LHO
OD.B
10
CA

289-D-4

ANNALES TYPOGRAPHICI

AB ANNO M.D.

A D

ANNUM M.D.XXXVI.

CONTINUATI.

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

TOMI SECUNDI

PARS POSTERIOR.

HAGÆ-COMITUM,

Apud { FRATRES VAILLANT; ET NICOLAUM PRÆVOST.

M. D. CC. XXII.

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'SHAGE.

ANNALES TYPOGRAPHICI.

PARS POSTERIOR.

JAM tandem poſt præcipuos Typographos *Germaniæ*, *Italiæ*, *Belgiſque* celebratos, ad meos conterraneos *Gallos* me lubentiſſimè converto: inter quos, *Pariſiis* præſertim, inſigniores, ſeſe mihi offerunt S. COLINÆUS, C. WECHELUS, R. STEPHANUS, aliſque eo labore, eâ induſtriâ, eâ eruditione Artem excolentes, ut nihil antea fuerit præſtitum, quod non, aut æquarent, aut ſuperarent.

Binos jam de STEPHANIS, (quorum Vitam anno 1683. in Epiſtolica Diſſertatione (a) Clariſſ. ALMELOVEENIUS breviùs expo-

(a) Lettres choiſies de Mr. BAYLE avec des Remarques: chez FRITSCH & BOHM 8.o à *Rotterdam* 1714. Lettre XXXVIII. (pag. 161, 162.) à Mr. MINUTOLI à *Rotterdam* le 15. de *Juillet* 1683.

„ Un Medecin d'*Amſterdam*, nommé „ *Janſonius*, (1) petit-fils de ce grand „ faiſeur d'Atlas, vient de publier en „ Latin *la Vie des* ETIENNES, ces „ fameux *Imprimeurs*, & y a joint pluſieurs particularitez concernant leur „ *Imprimerie*, & un *Catalogue de tous* „ *les Livres*, qu'ils ont mis au jour.

(a) Vide

(1) Ce Medecin eſt plus connu ſous le nom d'*Almeloveen*, & s'eſt depuis tendu celebre par pluſieurs Ouvrages curieux, qu'il a mis au jour, ou qu'il a enrichi de ſes Obſervations. Celui, dont M. *Bayle* parle ici, eſt intitulé THEODORI JANSSONII AB ALMELOVEEN, *de Vitis* STEPHANORUM *celebrium Typographorum, Diſſertatio Epiſtolica* Amſtelodami, JANSONIO-WAESBERGII 1683. 8. Et quoi qu'il laiſſe pluſieurs choſes à deſirer ſur le chapitre de ces *fameux Imprimeurs*, ſa *Diſſertation* n'eſt nullement inferieure à *l'Hiſtoire*, qu'on nous en a donné depuis peu à *Londres*. M.

Hæc eſt Viri hujus peritiſſimi cenſura; ex quâ conſtat planiſſimè, meam, poſt *Almeloveenianam*, de STEPHANIS jucubrationem et vitam fuiſſe ſupervacaneam prorſus & inutilem; in illâ ſcilicet nihil reperiri, quod in hâc deſideretur; hanc nihil adjunxiſſe, quod illa emendaverit. Me nihilominus duco fortunatiſſimum, quod meum iſtud conamen à *multis* candidè, nec ſinè aliquâ (immeritâ quantumvis) laude exceptum *nec* haud ſatis placuerit. Non certè amicis illorum laudibus aut gravi hujus judicio ita commoveor, ut tollat illis, hoc offendar. Et hoc & illa meam acuent induſtriam, id enim ſemper enitar maximè, ut, quocunque res ceſſerit, in meis (quotum tenuitatem nemini quàm mihi notiorem eſſe bonâ fide affirmo) ſcriptis Lector, ſi minùs doctrinam, genium, ſtylùmve ſuſpiciat, at oleum & operam deſuiſſe nunquam conqueratur.

Quicquid interim pretii meæ lucubratiunculæ illa ademerit cenſura paulò finiſteriori, plus ſatis grandeque eum fœnore reſtituit magis propitium Reverendi & doctiſſimi P. JACOBI LE LONG judicium; cujus amicitiam gratus agnosco, quod bina mea de Typographis *Pariſienſibus* Opuscula, non ſinè alboris ſui ſuffragii calculo, *Biblioth.* quam de *Gallicâ* compoſuit, *Bibliothecæ* (Operi omni, ideoque meâ, laude longè ſuperiori) inſerere dignatus fuerit. Non autem poſſum non vehementer optare, ut Manuſcriptum illud, cujus ibidem prædicta mentionem facit *Bibliotheca*, ſcilicet Viri celeberrimi *Properi* MAR-

expoſuerat) aliiſque aliquot *Pariſienſibus* Typogaphis Tractatus conſcripſi. Quæcunque in illis fuſiùs enarrata ſunt, in his Annalibus ſummatim repetam; multa antè mihi aut nondum aut perperam intellecta adjiciam aut corrigam. Lectorem autem id monitum velim; licèt in his Annalibus nihil cognitu neceſſarium ſciens omiſero, illos tamen Tractatus nequaquam inutiles reddi.

Simon Colinæus [(a) Simon de Colines] (b) Henrici (uti antè dictum eſt) Stephani ſucceſſor Viduam duxit, & Officinam primùm in defuncti ædibus è regione *Scholæ Decretorum* per (c) quinquennium curavit; poſtea (d) earum poſſeſſione ſuo privigno Roberto Stephano Artem jam profiteri parato cedens (e) è regione Collegii *Belvacenſis* ad Inſigne Solis aurei ſive (f) in ædibus (g) Sole aureo inſignitis commoratus eſt.

Libri ab illo editi variis emblematum Inſignibus decorabantur. Typographica Inſignia erant aut publica, Regni ſcilicet vel Univerſitatis, vel Diœceſeos; aut privata, cáque vel propria, vel communia. Rurſus propria, vel Familiæ, vel Typographi, vel Ædium; communia etiam, vel affinibus, vel ſociis, vel utroque affinitatis & ſocietatis vinculo conjunctis. Alia porrò Codices gerebant iconum aut figurarum ornamenta, vel pro libitu excogitata, vel ad rem, quæ in Libro tractatur, accommodata. Jam ſingulorum, quò clariùs intelligantur, exempla oportet proponere.

Affixit Colinæus Scutum (h) Regni *Francici* (i) Fernelii *Monaſphærio*, Univerſitatis *Pariſienſis* (k) Aristotelis

(a) Vide Libros ab ipſo *Gallicè* editos 1532. 1536. At ſcribitur Colynes in Privilegio *Promptuar.* Montholon. 1520.

(b) Vide *Hiſtor. Typogr. Parif.* p. 4. & *Rob.* Stephanus in *Reſponſ. ad Theolog.* p. 8. vocat eum vitricum ſuum.

(c) Ab ann. 1520. ad 1525.

(d) Ann. 1526. *Rob.* Stephanus excudebat è regione Scholæ Decretorum.

(e) Vide Clictov. *Propugnac.* 1526.

(f) Sarzos. in *Æquat. Planet.* 1526.

(g) Sol aureus Signum jam diu erat notiſſimum; quo uſus eſt ann. 1483. *Udalricus* Gering. Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 138.

(h) Ex more Typographis conſueto. Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 194.

(i) Ann. 1526.

(k) Ann. 1526.

(a) Ann.

Marchand (cujus ex Litteris ad me datis mihique multùm profuturis magnam perſpicio in re librariâ ſcientiam) *Syntagma de* Stephanorum *Vitis* non diutius premetur. Nullus ſanè dubitandi locus eſt, quin erudito illo Syntagmate non ſolùm mea Stephanorum Hiſtoria (quam vir candidus ſibi non omnino diſplicuiſſe per Epiſtolam mihi indicavit) ſed & ipſa Almeloveenii Diſſertatio longè inferior apud omnes ſanos judices æſtimetur.

LIS Politicis, (a) *Senonenſis* Archiepiscopi *Senonenſis* Concilii Decretis. (b) Scuta Familiæ gentilia appingendi mos inter primos Artifices receptus prorſus tandem, niſi (c) apud paucos, exolevit.

Inſignia Typographei, quæ (d) plerumque ad Typographorum nomina eorúmque notationem alludebant, (e) tres cuniculos habuit COLINÆUS; Signum ædium, Solem aureum, (haud ità frequenter) (f) appendit. Idem (g) CALDERIORUM, quibuscum ei erat (h) affinitatis conjunctio, Tempus falcigerum ſæpius; (i) *Aſcenſianum* aliquando, cùm ſibi & JOANNI ROIGNY ALEXANDRI *Aphrodiſienſis* in ARISTOT. Elench. Commentarios (k) excuderet, prælum; & (l) tripes cum emergente vitis palmite vas, ſiquando cum FRANCISCO STEPHANO affini (m) in quibusdam Editionibus ſocietatem iniret, uſurpavit.

Typographica Inſignia aliquid ferè ſemper gerebant adſcriptum; aut Typographi nomen litteris vel integris, ut (n) S. DE COLINES; vel initialibus, ut (o) S. D. C. vel (p) ſymbolicis ſeu implexis indicatum; aut epigraphum ſeu quoddam adagium, ex quo cognosci poſſet inſignis typographici ſignificatio. Sic (q) SIMON COLINÆUS, *homo politus, laudatâ ſuis & exteris induſtriâ, ut litteras earúmque gloriam ne quidem tempore*

(a) Ann. 1529.

(b) MALINKROT. *de Art. Typ.* p. 104.] „ Apud primordiales illas antiquorum impreſſiones invaluit, ut Signum ſuum, ſeu, ut vocant, Scutum, „ quisque appingi rudi fatis Minervâ faceret, ut in quàm plurimis Libris, quos „ hujus Artis infantia progenuit videre „ eſt, unde in plerisque ejus temporis „ impreſſorum Codicum clauſulis illud „ paſſim occurrit: *Suis conſignando Scutis.* „ Hæc magnâ ex parte hodie intermittuntur, in quorum locum certa Emblemata & Imagines apud aliquos ſucceſſerunt.

(c) Vide GORMONTII Editiones; ARISTOPH. 1528. &c.

(d) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 187.

(e) *Jacob.* BERGOM. *de Clar. Mulier.* 1521.

(f) JUSTIN. 1520. GEORG. *Trapez.* Dialect. 1532. & 1534.

(g) HORAT. 1528. Eo Signo *Reginaldus* CALDERIUS utebatur. Vide CAILLE, p. 89.

(h) Forſàn COLINÆUS ex CALDERIORUM familiâ ſecundas contraxit nuptias; & viciſſim *Claudius* CALDERIUS *Reginaldi* filius cum COLINÆO affinitatem iniit; erat enim COLINÆI ex filiâ nepos. Vide CICER. Epiſtol. Famil. 1545. in 12.

(i) De *Badio* ASCENSIO (cujus Signo uſi ſunt VASCOSANUS & ROIGNY, ejus generi.) dictum eſt priùs.

(k) Ann. 1542.

(l) Lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 162.

(m) Vide ann. 1537. *Comment.* HIER. RUP. *Philoſoph. Moral.*

(n,o) GALEN. *de loc. affect.* 1520.

(p) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 260. & *Hiſtor.* STEPHAN. p. 222.

(q) Leg. *Cl.* MIN. in ALCIAT. *de Symbol.* 1608. p. 44.

(a) GAZ.

pore interituram ſuo agalmate repræſentaret, SATURNUM *falce mentem omnia depinxit, addito verſiculo, ut Symboli animâ* VIRTUS SOLA ACIEM RETUNDIT ISTAM. (a) Alicubi ſubſcripſit, (b) Καλὸν τὸ καιρῷ παντὸς εἰδέναι μέτρον. Sententia illa temporis damna redimere, hæc tempore uti monet.

Complurium Librorum à COLINÆO cuſorum titulos videmus figuris & gnomis argumentum enarrantibus illuſtratos. In (c) MONTHOLONI *Promptuario* exhibet Jus Divinum (d) SS. Trinitas, Canonicum Pontifex, Civile Imperator, cum hâc Sententiâ, *Funiculus triplex difficilè rumpitur.* ECCLESIASTES, IV. In (e) CLICTOVEI *de doctrinâ moriendi* Opuſculo conſpiciuntur oſſa, cranium, marra & ligo libitinarii inſtrumenta; cum his verbis; *Hic jace. Memor eſto, quoniam mors non tardat.* Eccli. 14. RESPICE FINEM. *Memor eſto judicii mei; ſic enim erit & tuum. Mihi heri & tibi hodie.* Eccli. 38. In (f) medicis Tractatibus, CHRISTUS leproſum ſanans, M. M. C. (i. é. ut puto, *Magiſter Medicorum Chriſtus*) HIPPOCRATES, GALENUS, PAULUS ÆGINETA, ORIBASIUS, ASCLEPIADES, DIOSCORIDES, & Medicorum ſuper extento cadavere diſſertantium conventus. In (g) Veterinariis, vir armatus equo inſidens. In (h) Phytologis, variæ ſtirpium & arbuſtorum ſpecies. In (i) Aſtronomicis, Aſtronomia, Muſica, Geometria, Arithmetica, PTOLOMÆUS, ORPHEUS, EUCLIDES; (k) Sphæra; (l) Globus Orbis univerſi, Homo ſubtèr jacens, à MERCURIO ſic admonitus, *Altior incubuit animus ſub imagine Mundi.* In (m) Philoſophicis, ARISTOTELES [(n) *Non de virtute ſcire ſat eſt; ſed euitendum eſt ipſam habere.*] PYTHAGORAS [(o) *Stateram ne transgrediare: id eſt, Virtutis medium ne transeas*] SOCRATES [*Adoleſcentes ſpeculum conſulant: quo ad bonum incitentur*] PLATO [*Breves virtutis labores æterna voluptas ſequitur*] CICERO [(p) *Qui virtute præditi ſunt, ſoli ſunt divites*]

(a) Gaz. traduct. CICER. CATON. 1528.
(b) Vide GROT. *Excerpt. ex Trag.* 1626. p. 933.
(c) Ann. 1520. Tom. I.
(d) Hujusmodi iconas ſatis apud antiquos frequentatas probare nequaquam poſſum.
(e) Ann. 1520.
(f) GALEN. *de compoſit. medicam.* 1530.
(g) Ann. 1530.
(h) Ann. 1536. RUELL. *de Stirp.*
(i) Ann. 1534. ORONT. *Fin. Quad. Aſtral.*
(k) ALCABIT. *Iſagog.* 1521.
(l) *Sphær.* SACR. BOSC. 1538. & ibid. fol. 3. Sphæræ materialis figura, aſtantibus URANIÂ & PTOLOMÆO.
(m) ARISTOTEL. *Politic.* ann. 1526.
(n) Lege *Ethic.* NICOM. lib. 10. cap. initio.
(o) Hoc eſt unum ex Symbolis PYTHAGORÆ. Lege ejus Vit. per PORPHYR. *Rom.* 1630. p. 27.
(p) Lege CICER. *Paradox.* 6.

(a) Ex

tes] SENECA [(a) *Nunquam Stygias fertur ad undas inclyta virtus*] Plus satis hæc ad dandum typographicorum hujusmodi apparatuum ſpecimen.

COLINÆO in Arte Librariâ fuerunt ſocii (b) HENRICUS STEPHANUS, (c) GULIELMUS DAVOUST, (d) GALIOTUS À PRATO, (e) JOANNES ROIGNY, (f) ANTONIUS AUGERELLUS, (g) JOANNES ENGELLIER, (h) REGINALDUS CHALDERINUS, & (i) FRANCISCUS STEPHANUS; eidem operam ſuam præſtiterunt, (k) LUDOVICUS BLAUBLOMIUS *Gandavus*, (l) ADAMUS SAULNIER, (m) LUDOVICUS CYANEUS *Gandavus*, (n) JOANNES LODOICUS TILETANUS, (o) ANTONIUS VINCENTIUS, (p) MICHAEL VASCOSANUS, (q) JACOBUS NYVERDUS adſcriptitius Bibliopola ac Chalcographus, (r) GULIELMUS BOSSOZELUS, & (s) STEPHANUS ROFFET.

Quamvis

(a) Ex SENEC. *Hercul. Oet.* v. 1980.

(b) MONTHOL. *Promptuar.* 1520. Hujus Libri Tomus ſecundus eandem gerit tituli formam, qualis in plerisque *Henr.* STEPHANI Libris cernitur.

(c) *Decret. Senonenſ.* 1519. & CAILLE p. 103.] „ *Guillaume d'Avouſt* ſit imprimer par *Simon* COLINET, *Methodus* „ *Confeſſionis in Compendium redacta*, in „ quarto en 1533.

(d) *Bibl. Vulg.* in fol. en 1541. Vidi Exemplar illorum Bibliorum, quod uti & Nov. Teſt. Lat. in 8. 1543. in fine gerit *Galieni* PRATENSIS Inſigne.

(e) ARISTOT. *Elench.* 1542.

(f) EUSEB. *Præp. Evang.* 1534.

(g) GIRARD. *Inſtit. Gr.* 1541. Is erat Librarius *Bituricenſis*.

(h) CICER. *Topic.* 1545.

(i) Vide ann. 1537. 1540. 1541. 1542. 1543.

(k) *Veterinar.* 1530.

(l) Nov. Teſtam. Lat. 1541. ADAMUS ille excudit Epitaphia *Petri à Cornibus* 1542.

(m) ARISTOT. *Natural.* 1530. Et CAILLE, p. 103.] „ *Louis Cyaneus* im„ prima, SENECA *de Clemeutia* cum notis „ *Joan. Calvini* in quarto 1532. VICE„ LIUS *de bonis Operibus* en 1534. & pour „ *Jacques* KERVER, *le Songe de Poliphi„ le*, ou *le Tableau des riches inventions*, in „ folio en 1546. " Suspicor BLAUBLOMIUM & CYANEUM non duorum, ſed ejuſdem unius duo fuiſſe nomina, hoc ſcilicet Græcâ, illud vernaculâ Linguâ expreſſum.

(n) ARAT. 1540. De TILETANO dicetur poſtea.

(o) Bibl. Vulg. 1541. Is erat Librarius *Lugdunenſis*.

(p) GALEN. *Ars Medic.* 1543. De VASCOSANO poſtea.

(q) *Chron. Bergom.* 1535.

(r) GALEN. *de Element.* 1541. Et CAILLE, p. 97.] „ *Guillaume de Boſſe„ zel* imprima *de Voto ac libero Arbitrio*, „ *auctore* Carolo BOUILLO Samarobrino, „ *in octavo* en 1529. *Traité des Triomphes* „ *de la Noble Dame*, & *l'Art de honneſte„ ment aimer* in folio en 1536. le *Terence* „ en François in folio en 1539.

(s) Sermones de GUERRICUS *ſine anno*. CAILLE, p. 108.] „ *Eſtienne Roſ„ ſet*, dit le *Faulcheur*, Libraire & Re„ lieur du Roi, fit imprimer une Tragedie „ de *Sophocles* intitulée *Electra*, traduite „ du Grec par *Lazare de Baif*, in octavo „ en 1537. la Traduction des Epitres de „ Saint *Paul*, de *Jean Gaignée* Aumo„ nier du Roi *François* I. in octavo en „ 1540. *Decameron* de *Bocace* traduit par „ *Antoine le Maſſon* in folio en 1545. & in „ octavo en 1548.

(a) Moro-

Quamvis nihil ſub COLINÆI nomine ante 1520. excuſum viderim, haud tamen dubium eſt eum priùs Artis tyrocinia poſuiſſe in HENRICI STEPHANI Officinâ, & cum ipſo eandem exercuiſſe. Duorum enim ingentium, quibus ſuum *Promptuarium* complexus eſt MONTHOLONUS, Voluminum impreſſio anno 1520. in lucem prolata, cujus pars poſterior HENRICI STEPHANI nomen, & eandem tituli formam, quam hujus Editiones ſolebant, gerit, fuiſſe ſpatii annuo multo longioris opus videtur.

Nulla eſt liberalis Ars aut Scientia, nullus penè eâ tempeſtate vir inter eruditos clarus, quin typis ejus prodierit clarior. SEPULVEDÆ (homini (a) ſatis ſubmoroſo) ſua Scripta illis diligenter (b) impreſſa adeò placuerunt, ut ſuam ARISTOTEL. *de Rep.* Librorum verſionem iisdem etiam (c) imprimi cupiverit. Neque tantùm COLINÆI prælum ambiebant ſui populares, ſed & alienigenæ: inter quos (d) THOMAS LINACER Anglus, *fidelissimus Græcarum litterarum Interpres: cujus verſionis extant permulta* GALENI *opera accuratissimè quidem conversa, ut nihil magis integrum aut purum in re medicâ desiderari possit. Quæ omnia ſuis typis* COLINÆUS, *vir de re cuſoriâ apud* Parrhiſinos *bene meritus, ſummâ diligentiâ excudi curavit.*

Pulcherrimis omnium generum characteribus inſtructam fuiſſe ejus Officinam teſtantur Libri vernaculâ, Latinâ, Græcâ editi. Neque Hebraïcis, iisque nitidiſſimis caruiſſe conſtat ex Hebræorum & Chaldæorum nominum Catalogo, qui eleganti (e) Bibliorum juxta Vulg. Verſ. Editioni ſubjicitur. Græci licèt Codices non eo, quo Latini, numero lucem à COLINÆO acceperint, ſatis tamen (f) multi reperiuntur, ex quibus haud minimam ex eâ parte laudem eum commeruiſſe arbitremur. In primis quidem, (g) anno 1521. ex pauculis lineis Græcè, mendosè & confusè (absque ſpiritu & accentuum apicibus) excuſis ei defuiſſe patet cùm componendi artem tum hujusmodi characterum copiam; quod nihilominus miror,

(a) Moroſum hunc reddebat ſua oſtentatio (*erat enim omnium* Hispanorum *gloriosissimus* ERASMO teſte, cujus lege Epiſtol. ad CHOLER. p. 1489.) Vide CHEVILL. p. 147.

(b) SEPULVEDÆ Opera ann. 1541. COLINÆUS excuderat; & ejus verſionem Comment. ALEX. *Aphrodiſ.* in ARISTOT. *de prim. Philoſ.* 1536. cui *Antonius* ERLAUTÆUS præfixit Epiſtolam, quâ COLINÆUM *magni nominis hâc ætate Typographum* laudat.

(c) Lege SEPULVEDÆ Epiſtolam ad COLINÆUM in *Hiſtor. Typogr.* Pariſ. p. 14.

(d) Lege BERGOM. *Chronic. Supplem.* ann. 1535. p. 435.

(e) Ann. 1541.

(f) SOPHOC. 1528. GAZ. traduct. CICER. CATON. 1528. GALENI quædam Opuscul. 1529. 1530. ISOCRAT. DEMON. & NICOC. 1529. Nov. Teſt. 1534. &c.

(g) Vide BERGOM. *de clar. Mulier.* p. 189.

(a) Vide

miror, cùm (a) ante id tempus ex HENRICI STEPHANI Officinâ multa prodierint eo charactere, accuratè satis, neque sinè apicibus illis exarata. COLINÆUS postea suum Typographeum necessariâ omni Typorum Græcorum supellectili locupletandum curavit, annóque 1528. aliquot Libros eâ Linguâ publicos fecit. Characteres, quibus Latinos Libros ederet, (initio enim non alios, quàm quos (b) HENRICI STEPHANI Officina suppeditabat, habuit) sibi comparavit elegantiores cùm Romanos tum præsertim Italicos, quorum hi ipsos *Aldinos* exilitate æmularentur, formæ plenioris & speciosioris novitate superarent. Non hìc præteribo initam à COLINÆO rationem in Libris quibusdam *lineolas ab invicem sejungendi ad commodè excipienda præceptorum dictata.* Hoc modo ex ejus prelo prodierunt AUGUSTINI DATI *Eloquentiæ Præcepta* anno 1521., & (c) TERENTII Comœdiæ ann. 1539. & (d) VIRGILIUS. (e) In TERENTIO & VIRGILIO *singulæ dictiones polysyllabæ in puerorum usum suis accentibus signatæ sunt.* In (f) *Compendiarid Confessionis Methodo* (anno 1542.) non tantùm textûs lineæ spatio majore longiùs inter se distant, sed spatium illud interlineari glossâ, quæ unam aut binas minutissimis litteris impressas lineolas exigat, completur. Neque novum hoc erat inventum, sed jam ante 1500. apud Theologos & Juris-consultos in suis glossis usitatum; & indè ad classicos Authores translatum; uti ex TERENTIO 1496. & HORATIO 1498. *Argentinæ* per JOANNEM GRUNNINGER impressis patet. Hanc autem Scholia (ne legentis scilicet oculus distrahatur) textui intermiscendi consuetudinem in Græcâ *Homericæ*

(a) *Batra-*

(a) Vide THEODORIT. *de Curat. Grac. Aff.* 1519.

(b) Quod constat ex utriusque Librorum collatione: CLICTOV. *de Vit. & Morib. Sacerdotum* Opusculum apud *Henr.* STEPH. 1519. & SIM. COLIN. 1520. cujus Editio utraque inter se eodem prorsus charactere consentit, & usque ad fol. 26. pagina paginæ, linea lineæ ita respondet, ut præter variam aliquot initialium litterarum florentium formaturam (p. 6. fol. 8. p. 14. 16. 18. fol. 23.) eadem omnino sint omnia.

(c) Scil. *Heautont. Adelph. Hecyr.* quas unà cum *Franc.* STEPHANO edidit. Talibus linearum distantiis Novum Testamentum excusum est ann. 1541. in Officinâ *Adami* SAULNIER, ex impensis *Simonis* COLINÆI.

(d) Hæc VIRGILII Editio iisdem Italicis charactèribus, quibus *Terentiana* illæ Fabulæ, excusa est, sed nullum animi indicium præfert: Eam autem distingui oportet ab aliâ Romanis excusâ 1526. Ambæ sunt inventu rarissimæ. Utrique præmittitur ALDI (quæ in *Aldin.* Editione VIRGIL. ann. 1501. legitur) Epistola, in quâ se VIRGILII *Lusus* sive Opuscula postea edituram pollicetur. Lusus hos in COLINÆI Editione 1526., non in aliâ, reperies.

(e) Mos ille in Ritualibus & Breviariis servatus est; ne Sacerdos (aliquando indoctior) in vocibus enunciandis erraret.

(f) Hanc cum *Franc.* STEPHANO excudit.

(a) Vol.

(a) *Batrachomuomachiæ* 1486. Editione obſervavi, in quâ cùm idem ſit, & Scholiaſtæ & textûs character, neque alter altero major, colore ſolùm inter ſe diſtinguuntur, hic nigro, ille rubro expreſſus. Hunc alternis lineis Exegeten & Authorem dirimendi morem in nullâ poſt illam Græcâ Editione ſervatum novi; ſed aut (b) ad paginarum margines oràsque aut (c) ſeorſim ad Libri finem Græca Scholia antiqui ante 1500. disponere ſolebant Typographi; quod (d) recentioribus poſtea uſu veniſſe obſervamus.

Rubricæ (e) diu jam in Typographiam fuerant introductæ. Iis technicas voces deſignavit COLINÆUS in *Grammatographiâ Latinâ* ann. 1533. à ſe in lucem editâ; in quâ tyronum juvandorum & vitioſæ pronuntiationis evitandæ gratiâ, accentûs locum in polyſyllabis vocibus indicant lineolæ curvæ vocalibus, ſurſum (v) brevibus, deorſum (^) (f) longis, ſuperimpoſitæ. Huic *Grammatographiæ* (rarò obviæ) COLINÆUS hanc adfixit Præfatiunculam.

„ SIMON COLINÆUS omnibus citò & facilè discendæ
„ Grammaticæ cupidis S.

„ Hôc Grammaticali artificio, perfacilè initiandi omnes, quæque ad

(a) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 182.

(b) APOLLON. *Argon.* ann. 1496. (de quâ Editione Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 267. 268.) ARISTOPH. 1498. & NICAND. 1499. apud ALD.

(c) CALLIMACHI Hymni Græcis literis majusculis, & in eosdem Scholia minusculis, ſeorſim excuſa ann. circiter 1496. De illis dixi Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 267. 286. Horum Editio adeò antiqua mihi tunc nondum innotuerat.

(d) Libet hic obſervare variam apud Typographos Scholiorum diſpoſitionem & formam. Scholia excudebantur characterе aut minore, quàm textus (utì ARISTOPHAN. 1498. CALLIMACH. 1532.) aut eodem, quo textus (utì NICAND. 1499. PINDAR. 1515. HESIOD. 1537. SOPHOC. 1555.) ſed morem illum huic prætulerunt Typographi tandem celebriores, *Henricus* STEPHANUS, MORELIUS, TURNEBUS, &c. Romana HOMERI cum EUSTATHII comment. ann. 1550. Editio in primo Volumine Poetam & Scholiaſten typis optimis, ſed iisdem; in reliquis utrumque deterioribus quidem, at hunc minoribus, quàm illum, exhibet. Scholiorum præterea disponendi ratio diverſa eſt; aut ſeorſim à Textu, (utì THEOCRIT. 1516. formâ characterum eâdem, CALLIMACH. 1532. non eâdem, ſed Textûs majore quàm Scholiorum) aut junctim cum Textu, ad paginarum marginem externam oràmque infernam (utì ARISTOPH. 1498.) imò ad oram quoque ſupernam (utì APOLLON. 1496. NICAND. & ARAT. 1499. AHISTOPH. 1525. SOPHOC. 1555.) & (quod rariusculum) ad marginem internam (utì HESIOD. 1537.) *Henricus* STEPHANUS oris ſupernis, & infernis, ac marginibus exterioribus Scholia adtexebat (ÆSCHYL. 1537. SOPHOC. 1568. CALLIMACH. 1577.) MORELIUS oris infernis, ſupernisque; mediæque etiam inter textum paginæ (ARAT. 1559.)

(e) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 138.

(f) Grammatic. *Buſbeian.* 1696. pag. 6.
„ Linea curva (v) brevis nota, longi
„ recta recumbens (-)
„ Temporis eſt: ſed curva cadens (^) ra-
„ riſſima longi.

(a) Extraict

„ ad Grammaticen ſpectantia diſcent. Nam ut in univerſali deſcrip-
„ tione Mundi (quam *Cosmographiam* vocant) promptiſſimè omnes,
„ & parvo quidem tempore, totum oculis perluſtrant Orbem, &
„ quodammodo diſcunt, quod vix plurimo tempore diſcurſu Li-
„ brorum fieri poſſit, ſic univerſali deſcriptione Grammatices
„ (quam idcirco *Grammatographiam* dici liceat) perprompte parvó-
„ que tempore, omnia penè ad Grammaticen ſpectantia cernuntur
„ & quodammodo diſcunt, modò ſint, qui in ipſo literarum aditu
„ adpoſitè id monſtrare queant. Et generales formæ magnis chartis
„ compinguntur, ut in abditioribus ſtudii locis domi parietibus adfi-
„ gi poſſint, quò ſemper domi diſcentes habeant præ oculis, quous-
„ que formæ illæ mente ſint conceptæ, tenacitérque hæreant. Com-
„ pinguntur & in Libro cum formis tabulísque ſpecialibus, ut foris
„ etiam exiſtentibus non deſit proficiendi occaſio. Formæ genera-
„ les primùm memoriâ diſcendæ ſunt, & deinde ex ſpecialibus ad
„ eas recurrendum. Et hoc adſerere auſim, uno anniculo hôc arti-
„ ficio ferventes & attentos peramplius diſcere poſſe, quàm alioqui
„ ſex annis in ludis literariis diſcere ſoliti ſint, maximè qui arte tes-
„ ſeriſque noverint feliciter uti. Quod quidem artificium in gra-
„ tiam Sereniſſimæ adoleſcentulæ D. MAGDALENES, quæ eſt
„ ſuperſtitum Chriſtianiſſ. *Francorum* Regis FRANCISCI hôc no-
„ mine primi, filiarum major natu filia, elaboratum. Quæ qui-
„ dem haud invidet ad publicam utilitatem cæteris iri communica-
„ tum, imò optat hôc ipſo omnibus bene eſſe conſultum. Vale.

Italicos Characteres in Linguam vernaculam an quis (a) COLINÆO prior induxerit, neſcio. Antea in Libris Gallicis imprimendis typi ad Gothicam formam magis accedentes uſurpabantur, quales in Libris compluribus (b) ab ANTONIO VERARDO emiſſis, & (c) Privilegiis à COLINÆO ad quarundem Editionum initia adjectis cernimus.

COLINÆUS non tantùm id operam dabat, ut pulchros, ſed ut emendatos Libros emitteret. Ideo Officinæ & ejusdem Operariis privignum ſuum (d) ROBERTUM STEPHANUM aliquando, (a) donec

(a) Extraict des Iſles &c. 1532. Diſſection des Parties humaines 1540.

(b) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 139.

(c) Vide Privilegia CLICTOV. *Propugn.* 1526. *Decret. Senonenſ* 1529. illud à Curiâ, hoc à Rege conceſſum.

(d) Sic *Rob.* STEPHANUS in *Reſponſ. ad Cenſur. Theolog.* ann. 1532. p. 8. *Taceo, quod jam ab illis* [Theologis] *tentatum fuerat anno* 1522., *quum à vitrico meo* Simone COLINÆO *impreſſum fuiſſet minore formâ Novum Teſtamentum, emendatum ſanè elegantique characterе excuſum (res nova proſùs temporum malignitate Libros ſacros tunc*

(a) donec hic artem ſuis ſumptibus, profiteretur, præfecerat; & nullus dubito, quin poſt abitum STEPHANI curaverit ſibi nunquam deeſſe, qui Correctoris munere fungeretur. Editionibus pleriſque Indices erratorum, ſuâ alios (b) prolixitate, alios (c) brevitate notabiles; Errata aliquando (d) excuſat brevis ad Lectorem apologia.

tunc poſſe correctos reperiri) quia tunc ejus Typographiæ præeram; quas in me Tragœdias excitârunt! Hanc Editionem notat LONG in *Biblioth. Sacr.* p. 469. „ Nov. Teſtam. „ Lat. accurante *Rob. Stephano* (ut ipſe ait „ in *Reſp. ad Cenſ.*) in 16. *Pariſiis, Simo-* „ *nis Colinæi* 1523. Editio emendata ele- „ gantique charactere excuſa. Hanc e- „ quidem nondum vidi, & puto raram, „ ex quo Theologorum cenſuram paſſa „ eſt, & forſan ab iisdem ſuppreſſa.

(a) *Robertus* STEPHANUS Officinam publicam inſtruxit ann. 1526. Poſt STEPHANUM quinam in COLINÆI Typographeo correctorium munus obierunt, non certè affirmare audeo. Suspicabar aliquando *Hubertum* SUSSANNÆUM in ejus Officinâ nonnunquam Editiones Librorum curâſſe, quibus ſua interdum adjiciebat Epigrammata (uti *Terentian.* 1531. *Moral. Ariſtot.* 1542. *Georg. Trapez.* Dialect. 1544.) ſed aliorum etiam præterea (qui mos erat antiquiſſimus. Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 295.) Epigrammata reperio; uti *Ludovici* DE BREUL (*Terentian.* 1531.) *Nicolai* BORBONII & *Joannis* FOSSERII *Matiſcenſis* (ORONT. *Arithmet.* 1534.) *Joannis* ROVETII *Senonenſis* &c. (ORONT. *Quadrat. Circul.* 1544.) neque tamen aſſeram hos omnes ἐπιγραμματογράφους fuiſſe Correctores. Subjiciam hic SUSSANNÆI ad *Simonem* COLINÆUM Epigramma (in illius ludorum Libris apud hunc ann. 1538. editis p. 24.)

Colinæe *tuis cognomen moribus aptum*
Refers, decuſque nobile
Mente agitas, & jam te animis cœleſtibus
addis,
Relevando inopiam pauperum.
Divitias è theſauro dum promis in illos
Tuo, novum in Cœlo extruis,
En tibi concilias Chriſtum, Chriſtique pa-
rentem.
Paras ad hæc amicules,
Non illos certè fucoſos: infimus Orbis
Qualeis alit, ad facem cadis
Siccatis fugientes. te ſitienter amici
Stabiles tui exſpectant Jovis
In templo: quò fata velint te ſerò redire,
Sororum ideneum novem
Inventis: quæ venturum transmittis in ævum
Pulcherrimis typis. Deus
More tuo reliquam faxit traducere vitam,
Suiſque donis impleat.

(b) in MONTHOLON. *Promptuar.* 1520. Vol. prim. Index erratorum implet quatuor paginas, in ſecund. tres.

(c) In ORONT. *Quadrat. Circul.* 1544. (paginar. 107. in fol.) bina tantum *errata notatu digniora impreſſoriæ artis labilitate commiſſa.*

(d) In TERENTIAN. 1531. Erratorum Index initio ponitur; & in fine hæc adjiciuntur —— *Si qua noſtrum effugerunt obtutum, penſita, Lector candide, quam deprehendes, multos oculos paucis plura videre poſſe, nec* Timotheum *exiſtere potuiſſe, niſi* Phrynis *extitiſſet.*

Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Et in *Diſſection des parties* 1546. poſt ſeptem errata ad calcem Voluminis enumerata. —— *Si tu en appercois d'autres (comme ne doubtons qu'il n'en y ait) amende les à ta volonté, eſtimant que nul eſt ſans vice.* Ad *Grammatographie* (1533.) calcem nullus eſt Erratorum Index, cujus loco legitur hoc Diſtichon:

Parcite Chalcographis, ſi paucula menda reperta eſt;
Non eſt mos nullam linquere Chalcographis.

De Erratorum Typographicorum Indicibus lege plura, Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 297. 298. 299. 300.

(a) Nov.

gia. In Græcis, Ciphras & Reclamantes (a) aliquando affixit, aliquando aut (b) has aut (c) utrasque neglexit. Ad *Galenici* Opusculi cujusdam finem ſyllabum erratorum quatuordecim ſubjecit; ad (d) Græci Teſtamenti calcem, nullum.

Moram hìc mihi injiciunt multa non levis momenti, quæ in hâc Teſtamenti Editione occurrunt; virorúmque (f) doctorum disquiſitionem meruerunt. Vix alia ulla Novi Teſtamenti Editio magis varia eſt, & minùs una & ſimplex; ex tot & tam diverſis Exemplaribus Verſionibúsque confícta, ut nihil potius Editori fuiſſe videatur, quàm ut quiddam novum & ab hactenus vulgatis alienum proferret. Mirarer nudam prorſus prodiiſſe; nihìlque præter textum, niſi ſacrorum Librorum πίνακα in initio; & in fine Evangeliſtarum Vitas ac Epiſtolarum Argumenta Græcè conſcripta, comparere; nullam adjungi Præfationem, quâ (ut in cæteris penè omnibus factum legimus) totius inſtituti operis ratio aperiatur, quorúmque Exemplarium fide adversùs receptam lectionem iri placuerit. Illius forſan Author, qui pro libitu adeò audacter & ex merâ ſæpe conjecturâ textum ſacrum refigere aut refingere conatus eſt, latere maluit quàm innotescere; & modeſtiâ quidem non omnino improbandâ, noſtrísque recentioribus Bibliorum reformatoribus ignotâ.

(g) Colinæus (h) Librarius Juratus poſt vigeſimum ſextum ab exercitæ ſuo primùm nomine Artis initio annum vitâ deceſſit: nam poſt annum 1546. nullam ab eo comperi Editionem prodiiſſe; annóque 1550. ejus hæredes excudiſſe conſtat.

Christianus Wechelus *Lutetiæ* (i) anno 1522. cœpit inclareſcere; meruítque non poſtremum inter *Pariſienſes* Typographos locum nancisci. Linguâ vernaculâ, Latinâ, Græcâ & Hebræâ multos publicavit Libros, quorum ſi copiam, nitidos characteres, & accuratam emendationem ſpectemus, non erit, quare præcipuis Ar-

(a) Nov. Teſtam. 1534.

(b) Cicer. Cat. 1528. De Ciphris & Reclamantibus lege Vol. I. *Annal. Typog.* p. 266.

(c) Sophoc. 1528.

(d) De conſtitutione medicin. ſinè anno.

(e) Nullum etiam in Edition. Sophoc. 1528. & Euclid. ſex libr. 1544. Tamen in Editione Novi Teſtamenti, aliquot paginas oculo feſtinante percurrenti hæc non quidem levia occurrerunt errata. *Matth.* c. 2. ℣. 14. ἀυτῦ pro ἀυτῷ c. 3. ℣. 13. βαπτιδθῆναι pro βαπτιδθῆναι c. 4. ℣. 24. ϖεϑσύνιγκαν pro ϖεριλύιγκαν. In præfixo Sacrorum Librorum catalogo, Apocalypſeos nulla fit mentio. Ubique imprimitur Κολασσεῖς per α, niſi in Argumentis, ubi Κολοσσαῖς.

(f) Lege clariſſ. Millii Prolegomena in Nov. Teſtament.

(g) *Hiſtor. Typograph.* Pariſienſ. p. 15.

(h) Libraire juré en l'Univerſité de *Paris. Vide Privileg. Propugnac.* Clictov. 1526.

(i) Caillb, p. 94.

(a) Galen.

Artis illius magiſtris non annumeretur. Libris à WECHELO editis hæ plerumque apponuntur Subſcriptiones *apud Chriſtianum Wechel in vico Jacobæo ſub Scuto Baſilienſi* (a) usque ad annum 1539. & *apud Chriſtianum Wechelum ſub Scuto Baſilienſi in vico Jacobæo*, *& ſub Pegaſo in vico Bellovacenſi* anno (b) 1540. usque (c) ad 1544. Et *excudebat Chriſtianus Wechelus ſub pegaſo in vico Bellovacenſi*, (d) anno 1547. usque ad (e) 1553. Inſigne typographicum, quo primùm uſus eſt, fuit arbor cum duobus erithacis altero in ramis ſedente, & alterum advolantem quaſi procul arcente, hôc adjecto Adagio, (f) *Unicum arbuſtum non alit duos erithacos.* Hoc ſymbolum erat proprium (g) SIMONIS SYLVII Typographi, qui operam ſuam excuſoriam WECHELO (h) aliquando commodavit. Arboris illius ſignum *Wechelianis* Editionibus impreſſum vidi (i) usque ad ann. 1533. Aliud (k) poſtea WECHELUS uſurpavit; manus ſcilicet binas Caduceum tenentes, bina copiæ Cornua, & Pegaſum ſuper his transvolantem. Aliqui mihi occurrerunt Libri arbore & erithacis notati, ſed nec WECHELI nec SYLVII nomine adjecto; horum Librorum (l) alter væniebat HIERONIMO GORMONTIO ſub Interſignio trium Coronarum, in WECHELI tamen (vix dubito) Typographeo excuſus. (m) Alter gerit nullius Typographi nomen; mihi nihilominus videtur, obſervato attentiùs charactere, ex eâdem Officinâ proficiſci. Prioris in hôc Libro paginæ limbi exhibent CHRISTI *Jordanis* aquis tincti effigiem; columbam cœlitus devolantem; ſenem ſuprà angelis cinctum, ſiniſtrâ Globum gerente, voce ex alto denunciante hæc verba, (n) *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipſum audite.* Depingitur ibidem CHRISTUS à Satanâ tentatus

(a) GALEN. *de Plenitud.* 1528. CEBET. *Tabul.* 1539.

(b) ARISTOPH.

(c) HIPPOCR. Jusjur.

(d) PLUTARCH. *de liber. inſtit.*

(e) DION. Orat.

(f) *Μία λίχυη ὐ τρέφῃ δύο ἐριθάκους.* De hôc Adagio conſule SUID. ZENOB. DIOGENIAN. & Adag. ERASM. Erithacus eſt avis, quam GAZA nunc Sylviam, nunc Rubeculam interpretatur.

(g) CAILLE, p. 95.] „ *Simon Du-*
„ *bois* imprima pour *Chreſtien Wechel*, le
„ Livre de la vraye & parfaite Oraiſon in
„ octavo en 1527. & pour *Guliot Dupré*,
„ les Oeuvres de *Guillaume Crotin* Cha-
„ noine & Chantre de la Sainte Chapelle
„ de *Paris*, in octavo en 1527. Ce Li-
„ vre eſt aſſez recherché, eſtant d'un Poë-
„ te le plus eſtimé de ſon temps, & qui
„ ſe ſauva la vie, pour une Stance qu'il fit,
„ qui ſe voit dans ce Livre. Il avoit pour
„ marque ces mots: *Unicum arbuſtum non*
„ *alit duos erithacos.*

(h) GAZ. *Gramm. Gr.* 1529. An hic *Simon* affinis fuerit *Jacobi Franciſci* SYLVII, qui in multas CICERONIS Orationes Commentarios edidit, neſcio.

(i) GALEN. *de Criſib.* 1528. ERASM. *de ſarciend. Eccleſ. concord.* 1533.

(k) APHTHON. 1534. PERS. 1553.

(l) *Nic. Clenard.* Tabul. in Gramm. Heb. 1529.

(m) POMP. MEL. cum Comment. *Vadian.* 1530.

(n) *Matth.* c. 3. ℣. 17. & *Matth.* c. 17. ℣. 6.

(a) Vide

tus MAT. IV. & JOANNES *Babtista Judæis* respondens JOH. I. Figuras hujusmodi, argumento ex sacrorum Codicum historiis desumpto, paginis Librorum appingi solere alicubi antè observavi; verùm consuetudinem hanc extra culpam esse, aut indè capiendum exemplum nequaquam arbitror. Nimia illa cum sacris familiaritas profani nonnihil sapit.

Præterea in eâdem istius Libri paginâ legitur hoc (a) Adagium, (b) ἄκμων μέγις Φ᾽ ὑ φοβέῖται τὲς ψόφυς.

WECHELUS plurima GALENI è prelo suo emisit Opuscula, partim (c) Latinè versa, partim (d) Græca. ERASMO placuit, quippe cujus nonnullas primùm excudit (e) lucubrationes. Singulares multas & selectas ex Græcorum (f) Philosophorum, (g) Medicorum, (h) Historicorum, (i) Oratorum, & (k) Poetarum Operibus partes in manus eruditorum tradidit. Pluris (ni fallar) haberetur Author per partes intermissis subinde & distinctis succedaneisque conatibus articulatim emissus, quàm si totus uno & continuo partu typographico ederetur. Labor enim nullo dato remissioni spatio operosus Typographi in eâdem re ad nauseam usque occupati

(a) Vide ERASM. Adagia, Edit. 1629. p. 131.

(b) Excelsus animus fortunæ minis non commovetur.

(c) De Crisi. 1528.

(d) De Element. &c. 1546.

(e) De farciend. Eccles. concord. 1533.

(f) PLATON. Dialog. tres. 1549. PLUTARCH. de liber. 1547.

(g) HIPPOCR. Jusj. &c. 1544. & de Natur. Hom. 1548.

(h) THUCYD. concion. 1531. ejusd. Lib. 2. 1535. HERODOT. *Clio.* 1538.

(i) ÆSCHIN. & DEMOSTH. Orat. contrar. 1531. Ad cujus Editionis calcem hoc legitur Erotema, τί δὲ εἰ αὐτῷ τῷ Συρίῳ ἀκκιόνητι; Lege CICER. Lib. 3. de Orator. ——— *Quo mihi meliùs etiam illud ab* Æschine *dictum videri solet, qui, cùm propter ignominiam judicii cessisset* Athenis, & *se* Rhodum *contulisset, rogatus à* Rhodiis, *legisse fertur Orationem illam egregiam, quam in* Crestphontem *contra* Demosthenem *dixerat: quâ perlectâ, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, qua erat contrà à* Demosthene *pro* Crestphonte *edita: quam cùm suavissimâ, & maximâ voce legisset, admiratibus omnibus,* Quanto, *inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum?* & QUINTIL. Institut. lib. 11. cap. 3.

(k) HOMER. Odyss. Lib. 5. 1535. &c. ARISTOPHANIS *Plutum* cum *Caroli* GERARDI Commentariis sibi & *Mathurino* DUPUYS ann. 1549. imprimebat WECHELUS. Ejusdem Comœdias omnes seorsim etiam excudit ann. 1540. 1544. 1550. & cur id fecerit, rationem dat initio *Pluti* ann. 1550. CHRISTIANUS WECHELUS *candido Lectori S.* — *Cùm destinassemus, Candide Lector, prælo nostro committere* Aristophanis *Comœdias, opera precium duximus in illorum gratiam, qui omnes emere, aut noluni, aut pra rei tenuitate non possunt, singulas Comœdias seorsim imprimere: eo tamen modo, ut si quis eas à nobis excusas omnes cupiverit, comparare possit: si quamlibet separatim, hic quoque non frustretur: atque ita nos omnibus accommodavimus, ut quisquis voti sui compos fieri possit.* Curæ itaque eruditis plerumque hujusmodi seorsim ab uno aut variis Typographis celebrioribus excusas Authorum particulas conquirere, donec aliquando feliciter contingat ex hisce particulis integrum unum confici Authorem; qui eò emendatior est, quòd in singulis plus curæ cum minori tædio impendatur.

(a) Ann.

pati manum laſſat; attentionis, quæ Correctori adhibenda eſt, acumen obtundit; Editoris ad finem anxiè properantis eludit patientiam; nec mirum, ſi & huic & illis in Operibus longiusculis obrepat ſomnus. Qui è carceribus vegeto vigilique animo exierat, ad metam ſæpe exhauſtis & effœtis viribus languidus accedit; adeò ut idem negotium ab eodem cœptum & finitum vix credideris. Operis verò ſpiſſi, ſi in brevia fragmina diſtribuatur, tædium minuitur fallitúrque; labor vix ſentitur diviſus; interjectis ad refrigerandum cogitationis æſtum otii temporibus, recenti usque & alacri ſtudio repetitur Opus; omnésque ejus, magni quantumvis & ardui, partes pari curâ, quia nulla in ſingulis irrepſit laſſitudo, feliciter ad finem perducuntur.

WECHELUS Hebraicè (a) Geneſin & (b) Exodum publicavit; qui ſi reliquas Bibliorum partes ſeorſim itidem; eodem characterum ſplendore, eâdem (c) Voluminis formâ, dediſſet, quàm grato munere ſacrarum Litterarum ſtudioſos devinxiſſet! In utriusque Libri limine ſic affatus eſt Lectorem. (d) CHRISTIANUS WECHELUS *pio Lectori S.* —— *Cupienti mihi de communibus ſtudiorum rationibus bene mereri, viſus ſum operæ precium facturus, ſi ita me comparem, ut non modò Autores bonos typis & emendatis & elegantibus excudam: ſed ejus quoque rationem pro meâ virili habeam; ne quis veſtrûm, facultatum inopiâ, eorum Scriptorum lectione privetur, qui vel ad formandos mores, vel ad diſcendam pietatem conferunt. Nam hæc eſt, proh dolor! præſens ſtudiorum ratio, ut nemo ferè bonas literas ſeriò diſcat, præter eos, qui vel in re ſunt tenuiſſimâ, vel ſumptus paulò majusculos ferre nequeunt. Quare cùm in Authoribus prophanis, tum in Bibliis ſacris excudendis, faciendum duximus, ut magna Volumina, in plures deducta Codices, publicemus: quò vel exiguo nummo eos ſibi Libros comparent ſtudioſi, quibus & vera Religio, & honeſtæ vitæ ratio prodita eſt. Hâc in re, candide Lector, ſi & ſtudium meum, & benevolum erga te animum boni conſulueris, prorſum, me hercule, effeceris, ut, tui commodi promovendi gratiâ, in poſterum nihil gravatim ſuscepero. Vale.* Lutetiæ *ex Officinâ noſtrâ.* (e) *Idem eidem ſalutem. Quandoquidem, candide Lector, hæc vitæ cùm privatæ tum publicæ ratio eſt, ut beneficentia ad ineundas colendásque amicitias cumprimis accommodata ſit, præclarè admodum & à naturâ comparatum, & à viris ſapientibus receptum eſt, ut multiplex variúsque ſit exercendæ benignitatis modus: nimirum ut aliàs facultatibus, aliàs conſilio, aliàs denique operâ declaretur benevolentia. Quocirca cùm nos, & ſingulari conciliandæ nobis juventutis ardore flagramus, & prioribus gratificandi rationibus deſtituimur, tentiam nobis uſurpandam arbitramur,*

(a) Ann. 1537. (b) Ann. 1536. (c) In 4.to (d) Geneſ. (e) Exod.

(a) Ann.

mur, ut induſtriâ noſtrâ, atque laboribus juvenilia ſtudia pro virili adjuvemus. Quam equidem ad rem non ſatìs habemus, eos Authores, qui vel ad formandos mores, vel ad imbibendam pietatem, uſûs quàm plurimum conferunt, noſtris typis excuſos, benignè cum ſtudioſâ juventute communicare, niſi & id conſequamur, ut hi ſumptu quàm minimo comparari queant. Neque enim id nos latet, quod vel Sole meridiano clarius eſt, eò propè deventum eſſe, ut tam Religionem, quàm humaniora ſtudia, nemo ferè juſtâ diligentiâ perſequatur, niſi qui vel in re ſint tenuiore, quàm ut ſumptus paulò majusculos ſufferre queant, vel dextero alioqui genio, ad meliorem mentem revocentur. Cætera turba propè omnis, partim quæſtui, parum ingenio, partim gulæ, partim denique Veneri illegitimæ addictior eſt, quàm ut ei ſit integrum, bonas literas vel à limine ſalutare. Ideóque cùm boni viri officium, tum præcipuus noſter in rem literariam amor, magnopere à nobis efflagitat, ut pro virili noſtrâ ſtudioſorum inopiam compendio aliquo ſublevemus. Quare poſt tot in omni parte ſtudiorum Libellos ſeparatim à nobis excuſos, offerimus tibi nunc Exodi libellum, eúmque Hebraicis typis ſeorſim expreſſum; quem ſi pari, atque à nobis tibi offertur, alacritate animíque candore exceperis, non dubitamus fore, ut nec te emptionis nec ſuſcepti laboris nos pœniteat. Quin potiùs futurum crediderimus, ut & te eruditione auxeris, & nos in poſterum ad tibi gratificandum promptiores reddideris. Vale. Lutetiæ *ex Officinâ noſtrâ.* M.D.XXXVI.

In (a) Græco-Latinâ GAZÆ Grammaticæ Editione, quam WECHELI expenſis procuravit SIMON SYLVIUS, ad primi libri finem ſpecimen (haud (b) adhuc frequens, ſaltem apud *Pariſienſes*) habetur textûs cum Latinâ Verſione duabus in unâ paginâ columnis conjuncti: cujus Exemplar (c) CHEVILLERIUS in Typographiam (d) *Tiguri*

(a) Ann. 1529. Quæ Editio ità inſtituitur, ut quatuor illius Grammaticæ Libri, eodem quidem anno, ſed ſeorſim ſub novis ſinguli titulis imprimantur.

(b) Anno 1528. *Lugduni Seb.* GRYPHIUS in minore formâ excudit Precationes Biblicas Hebraïcè & Græcè, in paginis ſingulis Latinâ Verſione hinc Græci indè Hebraïci Textûs adjectâ.

(c) Pag. 237. 238. 239.

(d) CHEVILLER. p. 237.] „ Les „ Impreſſions Grecques & Latines dans „ ces premiers tems étoient rares: *Ego* „ *certè hactenus pauciſſimos omnino Libros* „ *vidi ita translatos in Latinum Sermo-* „ *nem, ut Graca non adjecta aut ſeorſim* „ *excuſa deſiderarem*, dit GESNER dans „ ſa Préface ſur l'*Elian* Grec-Latin de „ l'Impreſſion de *Zurich* in fol. 1556. Ce „ fut ce docte Medecin, qui donna avis „ aux Imprimeurs d'ajoûter toûjours aux „ Interpretations Latines l'Original Grec, „ & qui conſeilla aux Auteurs, quand ils „ voudroient faire imprimer quelque Tra- „ duction, de donner auſſi le Texte Grec. „ Dans cette même Préface, à l'Article „ où on lit pour titre: *Latinis interpreta-* „ *tionibus Graca eſſe conjungenda, ad Inter-* „ *pretes Librorum Gracorum, & Typogra-* „ *phos Admonitio*: Il parle en ces termes: „ *Moneo, ut quicunque poſthac aliquid inter-* „ *pretandum ſuſceperit, vel ſuæ interpreta-* „ *tioni & Apographo Archetypum Gra-* „ *cum adjungant, vel ſeorſim edi curent* „ &

Tiguri (a) GESNERUM, (b) *Parisiis* TURNEBUM ſcribit introduxiſſe.

Obſervavit ſcitè (c) CHEVILLERIUS bifrontes has (ut ita dicam) ſeu biformes Librorum Græco-Latinorum paginas cùm Editori & Interpreti tum Lectori maximè ex uſu eſſe. Illius Verſio caſtigatior eſt & ſtrictior, minúsque πλεοναζούσαν luxuriâ diffluit, ubi Textus & Verſio ἐν ἀντιπαλίᾳ ſpatiis æqualibus disponenda ſunt. Utriuſque præterea collatio fit facilior, ubi ſub uno penè intuitu collocantur; & ſicubi indiligentiorem fuiſſe contigerit aut Typographum aut Interpretem, promptior petitur (d) verſionis ex viciniore

„ & ——— *Si illi modò & eruditis hominibus gratificari velint, & ſuæ auctoritati fidelique conſulere. Porrò Typographos quoque moneo, ut Græca libenter ſuſcipiant, & ſi minùs queſtuoſam eorum diſtractionem ſibi futurum putant, Exemplaria cudant pauciora, plurisque vendant*, &c. On peut voir plus au long dans cet endroit les raiſons qu'il apporte pour appuyer cet avis. En effet, il executa lui-même ce qu'il conſeilloit. Les Auteurs Grecs, qu'il entreprit de donner au public, furent imprimez en Grec & en Latin: mais il ſe ſervit d'une maniere d'Impreſſion differente de celle qui avoit été pratiquée par *Alde Manuce*. Car au-lieu de mettre le Grec dans un feuillet, ou dans une page, & l'Interpretation Latine dans l'autre, il fit faire deux colonnes à chaque page. Dans la premiere il plaça le Grec, & dans la ſeconde le Latin. Il commença cette maniere dans le *Stobæus*, qui fut ainſi imprimé in fol. à *Zurich* l'année 1543. & une ſeconde fois à *Baſle* l'année 1549. & une troiſieme à *Zurich* en 1559. &c.

(a) CHEVILLER. p. 240.] „ Il eſt vrai néanmoins qu'avant le tems de *Gesner* il avoit déja parû quelques Livres differens de ceux de la Bible, où l'on avoit vû les deux Colonnes. La Grammaire de *Conſtantin Lascaris*, dont nous avons parlé ci-deſſus, fut auſſi imprimée à *Vicence* l'année 1488. Dans le Saint *Hiérôme* des *Amerbachs* & de *Chevalon*, le Catalogue *De Scriptoribus Eccleſiaſticis* de ce Saint, traduit en Grec par *Sophronius*, eſt repreſenté dans le premier Tome ſur deux Colonnes. Et *Jeſſe Bade* en l'année 1519. imprima in fol. à *Paris* les Ouvrages d'*Ange Politian.*, où il donna auſſi les Epigrammes Grecques & Latines de cet Auteur: mais les Editions faites en cette maniere étoient rares & en petit nombre. L'uſage n'en eſt venu commun, & la coûtume n'en a été introduite dans les Imprimeries que depuis le tems de *Gesner*.

(b) ARISTOT. *Ethic.* 1555.

(c) P. 240. usque ad 244.

(d) Quædam exempla protulit CHEVILL. p. 240. 241. 242.] In Edit. Concil. Gr. Lat. Rom. 1612. p. 389. vox [*jungantur*] ex Græco [χρείαζ] reſtituetur, & legetur [*jungantur*]. In ÆLIAN. *Var. Hiſtor.* Gr. Lat. *Baſil.* apud *Henr. Pet.* 1555. p. 431. reponatur [*mendiciate*] ex Græco [πτώκ] pro [*mendicitate*]. In ARISTOT. *Du Val, Pariſ.* 1619. & 1629. p. 1169. Lege [*ex moribus apparentibus, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἠθῶν*] pro [*ex moribus à parentibus*]. In PLATON. ex Verſione *Jan.* CORNARI *Baſil.* 1561. in Dialog. X. Lege [*numine aſſatoi, ἰνδᾶτε*] pro [*minimè aſſatos*] In EPIPHAN. Latin. *Baſil.* apud *Rob.* WINTER. 1543. vel OPORIN. 1560. vel *Pariſ.* apud *Seb.* CRAMOIS. 1612. ad Hæreſ. 48. Lege [*viduitatem laudat, χηρεύειν ἐπαινεῖ*] pro [*virginitatem laudat*]. In S. CHRYSOSTOM. Latin. *Baſil.* apud FROBEN. 1530. Tom. v. p. 61. & *Pariſ.* apud CHEVALLON. Tom. I. p. 23. Lege [*caput mulieris vir, κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ*] pro [*caput viri mulier.*]

(a) In

ciniore Textu, imò (a) ipſius aliquando Textûs ex Verſione adverſâ emendatio. (b) Fuerunt tamen, quibus displicuerunt binæ iſtæ in eâdem paginâ columnæ; quaſi eâ ratione minùs neceſſarium fieret Græcarum litterarum ſtudium. (c) In Libris unâ Linguâ editis perutilis eſt duplex paginarum columella; (d) quippe breviat lineas, oculorúmque ab aliâ ad aliam recurſum: quorum acies in longioribus diſtracta aberrat ſæpe, ut fatigatur. De his nunc ſatis; ad WECHELUM redeo.

WECHELO ſuarum Pandectarum decimum tertium de diverſis Artibus mechanicis, & aliis humanæ vitæ utilibus Librum nuncupavit GESNERUS.

Egregio Typographo CHRISTIANO WECHELO Lutetiæ Pariſiorum CONRADUS GESNERUS S. D. P.

„ Cæteros quidem hujus Voluminis Libros ut illis nuncuparem „ Typographis, qui in eo genere vel numero vel præſtantiâ Autho- „ rum,

(a) In GREG. *Naz.* apud *Cl.* MOREL. 1609. Epiſtol. 74. Lege [ἀδικομεῖς δικαίως πεδίον, *iniquè agis, ô judex, qui non jejunas*] pro [ἀδικ τοῖς πολλοῦ πρεσβυτέροις, *ab antiquis patribus*] pro [ἀδικ τοῖς πολλοῦ πρεσβυτέροις]. Et CHEVILL. p. 243.] „ *Caſaubon*, après avoir marqué „ les plus grandes fautes d'Impreſſion qui „ ſont dans le Grec de l'*Æneas Tacticus*, „ imprimé à la fin de ſon *Polybe* de *Paris* „ 1609. dit que l'on connoitra les fautes „ de moindre conſéquence par ſa verſion: „ *Nos quid ſimus ſecuti, verſio palàm faciet.* „ Et M. *Aubert*, qui a donné le Saint *Cy-* „ *rille* d'*Alexandrie* en Grec & en Latin „ l'année 1628. écrit à la fin du IV. To- „ me, après avoir corrigé quelques fautes „ d'Impreſſion: *Cætera collato Græco textu* „ *cum verſione Latinâ, aut contrà, Lectior* „ *emendabit.* Et *Beveregius* à la derniere „ page du *Pandectæ Canonum* d'*Oxford* „ 1672. *Talia ſunt (Errata) ut à benigno* „ *Lectore facillimè corrigantur, ex oppoſitâ* „ *nimirum Linguâ, ut ſi in ipſo Græco textu* „ *ſint, & Latinâ verſione, ſin in Latinâ* „ *verſione, à Græco textu emendentur: exem-* „ *pli gratiâ*: Il en rapporte un exemple. „ Ainſi on peut dire avec verité que les „ deux Langues miſes ſur deux Colonnes, „ ſervent comme d'un Commentaire l'u- „ ne à l'autre, qui eſt ce que diſoit GES- „ NER, *ut in proximo alteram Interpretis* „ *aut Commentarii loco haberet.*

(b) CHEVILL. p. 244. ex *Scaligeran.* p. 76.] *Depuis qu'on a mis deux Colonnes aux Livres Grecs, perſonne n'étudie plus au Grec.* Muret *ſe fachoit de cette invention. Les colonnes auxiliaires Grecs, & tous ces gros Livres de Recueil, ſont cauſe que nous n'avons plus d'hommes doctes.*

(c) CHEVILL. p. 244.] „ Celui qui „ veut apprendre l'Hiſtoire Eccleſiaſtique, „ & employer tout ſon tems à cette étu- „ de, choiſira les Conciles Grecs-Latins „ de *Cologne*, & du P. *Labbe*, avec le *Ba-* „ *ronius* de *Cologne* ou de *Mayence*; laiſſant „ les Conciles du *Louvre*, & le *Baronius* „ de *Rome* ou d'*Anvers*, à ceux qui ne ſe „ font des Bibliotheques que par magnifi- „ cence, & que pour poſſeder de grands „ & riches meubles. Il ſera le ſemblable „ touchant les Editions des SS. Peres & „ des Hiſtoriens de chaque Siècle, préfe- „ rant toûjours les deux colonnes aux lon- „ gues lignes.

(d) Facilìùs legitur Etymolog. 1499. quàm SUID. 1499. aut PHAVORIN. 1523. & in *Aldin.* Edit. ÆSOP. &c. fol. 1505. commodiùs leguntur Græca, quæ columnis duabus, quàm quæ unâ impreſſa ſunt.

Typos nonniſi Romanos in Libris, quos ſua initio emittebat Officina, adhibuit; nec alios ferè adhuc (c) Typographi *Pariſienſes* noverant. (d) Tandem Italicos *Aldinis* quàm *Colinæicis* ſimiliores comparavit: Romanos etiam, quos in paterno prelo invenerat, uſu jam ſatis longo factos deteriores, (e) novis & elegantioribus mutavit. (f) Hebraicè & (g) Græcè vix quicquam præter quasdam Dictiones, Sententias Lineásve reperimus ab eo excuſum, antequam (h) Regius Typographus eligeretur. Tunc enim ejus Officina, ſimul honor munúsque novum acceſſerat, poſitis exuviis, & quicquid antiquæ rubiginis adhærebat, deterſo, nitidiorem multò & prorſus juvenilem cultum induit.

ROBERTO STEPHANO, ex quo id negotii ſuſcepit, maximæ erat curæ, & ne quid à ſe inutile ac frivolum prodiret, ſed quodcunque aut antiquiorum aut recentiorum Scriptorum ad litteras politiores promovendas fuiſſet elaboratum, in ſtudioſorum manus veniret emendatum, ac ipſis Authoribus neutiquam indignum.

Imprimendi

circumflexam notam pro acutâ) non adnumeràſſe, monétque Lectorem, *cætera cum ſilentio emendet, memineritque omnes homines eſſe nos, tunc maximè cùm quid accuratiùs volumus emendare.* Bibl. 1527. Idem nonnunquam Erratorum Indicem in Libris longiuſculis neglexit, utì TERENT. cum DONAT. 1536. & in brevioribus adjecit; utì SANNAZ. *de Part. Virg.* 1527. Idem in PLAUTI ſupra-dictâ Editione, ſingularum Fabularum Scenas numeris deſignavit, utì & in VIRGIL. 1532. ſingulorum Librorum pericopas; & in CICER. 1539. unasquasque per ſingula Opuſcula linearum decadas: quod etiam in ſuâ CICERONIS Editione obſervavit *Carolus* STEPHANUS; quò faciliùs ea, quæ & in rerum Indicibus & in *Ciceroniano* Lexico continentur, Lector reperiat.

Robertus STEPHANUS litteras majuſculas [A, B, C, D, E, F, G, H] paginarum marginibus aliquando addebat; quibus promptiùs linea, ubi erat vox quæſita, occurreret. Sic Bibl. 1527. & VIRGIL. 1532.

(a) Lege Præfat. in Comment. PERS. 1527.

(b) TERENT. 1529. VIRGIL. 1532. In Commentariis, voces ipſius Authoris, aliquando litteris majuſculis (PERS. 1527. TERENT. 1529. VIRGIL. 1532.) aliquando iisdem, quibus ipſa Scholia (TERENT. 1542.) exprimuntur.

Suis præterea Editionibus (ex antiquo more Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 59.) *Robertus* STEPHANUS aliique ex celebrioribus permulti, menſem (VIRGIL. apud ALD. menſe *Aprili* 1501.) & menſis diem (CICER. Orat. Part. apud. *R.* STEPH. 7. Cal. *Mart.* 1527. MONTHOL. *Prompt.* apud *Simon.* COLIN. 7. Cal. *Nov.* 1520.) adjicere ſolebant.

(c) Italico Characˊtere COLINÆUS & *Chriſtianus* WECHELUS inter *Pariſienſes* anno 1528. uſi ſunt.

(d) Tractat de Comœd. ad finem TERENT. 1533. CICER. *Tuscul. Quæſt.* ann. 1542.

(e) Ann. 1532. Bibl. Vulg. & VIRGIL.

(f) Catalog. Nom. Propr. in Bibl. 1528.

(g) Interpretat. Græcor. in Pandect. 1527. 1528.

(h) Ann. 1539. Vide *Hiſtor.* STEPH. p. 35.

(a) Ann.

Imprimendi (a) auſpicium fecit ab Epiſtolis familiaribus CICERONIS; cujus præcipui inter Romanos Oratoris aliqua ſubinde Opuscula ſola nonnunquam, aliquando Commentariis ſelectioribus elucidata, dare non deſtitit, donec omnia ſimul elegantiſſimè (b) produceret.

STEPHANUS primam opinionem magni momenti eſſe, totámque rei cujuslibet ferè ſummam ab exordiis rite ac feliciter inſtitutis pendere non neſcius, egregia in primo ferme limine ſuæ artis dedit ſpecimina, (c) Latina Biblia, & Digeſta; Legis ſcilicet Divinæ & Humanæ Codices ſeparari noluit; cùm illorum authoritate vis horum integra innitatur. His Operibus fecit exiſtimandi copiam, quanta ab eo viro, qui nunquam vellet à ſe degenerare, forent deinceps expectanda. His pignoribus ſuam quaſi fidem aſtrinxit, probavítque ſe nullis litterariis laboribus fore imparem.

Jam diu erat, quum Bibliorum Opus illud moliebatur. Anno enim (d) 1524. *pervetuſtas Urbis* Pariſienſis *Bibliothecas evolverat, operæ pretium facturum ſe arbitratus, ſi priùs quàm rem ipſam aggrederetur, vetera Exemplaria conſuleret, indè germanam lectionem excerpturus, quò authoritate eorum fultus, & quæ depravata eſſent, reſtitueret, & ſcrupuloſis quibusdam Lectoribus ſatisfieret, quos vel unius verbuli immutatio ſolet offendere.* Huic Operi denique abſoluto Regium in quinquennium impetravit Privilegium; Erratorum paucorum Indicem adnexuit.

(e) Anno circiter 1528. *ſtudioſis, ut aliquod ex optimis Authoribus Dictionarium aut colligendum curaret, aut ipſe colligeret, inſtantibus, ſe accinxit operi,* PLAUTÓque *ac* TERENTIO *diligenter perlectis, hortatu demum virorum eruditorum, quibus duos aut tres incepti operis quaterniones oſtenderat, binos annos in hôc Opere dies noctésque, rei domeſticæ & corporis ferè negligens, ita deſudavit, ut quotidie duobus prelis materiam ſufficeret, & absque ope divinâ oneri ſuccumbendum fuerit.* Ingentibus hisce pertinacibúsque conatibus per tria annorum luſtra evictis (dum aliis pene immueris Operibus vacabat) ſtupenda illa *Theſauri Latini* moles ad ſummum (e) demum apicem perducta eſt. Dictionariis Lexicísque ut nullum Opus inter rei litterariæ adminicula eſt utilius, ita quoque nullum tædii & laboris improbi plenius. In hôc ſtudiorum genere quantùm ROBERTUS deſudaverit, declarant varia in Linguis omnibus, (g) Hebraïcâ, (h) Græcâ, (a) Latinâ,

(a) Ann. 1526.
(b) Ann. 1539. 1540.
(c) Ann. 1527. 1528.
(d) Lege Præfat. Bibl. 1527.
(e) Lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 21.
(f) Ann. 1543.
(g) PAGNIN. 1548.
(h) De Theſauro Græco dictum eſt priùs.
(a) Ann.

(a) Latinâ, (b) Gallicâ, Lexica, & Dictionaria (c) Poetica ſeu Nominum propriorum, cùm profana, tum ſacra; omnia hæc ab ipſo impreſſa, nonnulla (d) ſæpius aucta & recuſa, complura ipſius potiſſimùm induſtriâ & vigiliis elucubrata; non tamen (Eccujus unius humeris his oneribus ſuffecerint?) absque ope interdum doctiſſimorum virorum (e) BUDÆI, BAYFII, TUSANI & THEODORICI BELLOVACI, aliorum præterea (f) correctorio in ejus Officinâ munere fungentium. (g) Decemviratum enim litterarium domi alebat, in quo ANDREAS GRUNTLERUS, GERARDUS CLERICUS, ADAMUS MODIUS; quorum Epigrammata legimus poſtremæ *Latini Theſauri* Editioni præfixa. (h) *Theſaurum Græcum* (qui ſub HENRICI nomine (i) longo pòſt tempore prodiit) Latino (k) *ſimilem meditatus eſt, totum à fundamentis conſtruendum, bonámque materiæ, quæ ad novum illud ædificium requirebatur, partem paravit*: ac (l) *non Lexicon Græco-Latinum neſcio quod, ineptiſſimarum adnotationum quádam velut colluvie conſlatum, tanquam veſtimentum aliquod ex vilibus ſcrutis conſarcinatum, ſed ingentem & immenſum Linguæ Græcæ Theſaurum, per multos annos ſumptibus propè infinitis, ex præſtantiſſimis Linguæ Græcæ Authoribus congeſſit atque coacervavit. Qui certè illo Latinæ Linguæ Theſauro (quem ipſe cumulaverat) tantò foret opulentior, tantóque precioſior, quanto majores ſunt illius, quàm hujus, divitiæ.* Sed mors ei invidit tanti Operis Editionem.

Nec tantùm in omnigenis Lexicis ſed (m) Grammaticis etiam, quíque & veterum & recentium ad eam Artem ſpectant, Tractatibus edendis multum operæ poſuit.

Sed hæ ſunt doctrinæ elementa, & fundamenta, quibus bene poſitis facilè cætera & fauſtè ſuccedunt. Tyroni Lexicis & Grammaticis

(a) Ann. 1532. 1536. 1543.
(b) Ann. 1540. &c.
(c) Ann. 1541. &c. De plagio, cujus STEPHANUM accuſat *Jacobus* THOMASIUS, in Elucidario Carminum, lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 25. 138. 139.
(d) Comparet Lector Editiones *Latini Theſauri* 1532. 1536. 1543.
(e) Lege Præfationes *Theſaur. Latin.* 1536. & 1543. Præfatio 1543. nullam facit mentionem BAYFII & TUSANI, & 1536. nullam *Theodorici* BELLOVACI.
(f) *Hiſtor.* STEPH. p. 18.
(g) Ibid.
(h) Ibid. p. 88. 141. 228.
(i) Ann. 1572.
(k) At *Theſaurus Græcus*, qualis anno 1572. prodiit, Latino longè eſt inferior. Ille enim ſi eam in Græcis, quam hic in Latinis, formularum ſcribendi copiam eodem ordine diſpoſitam comprehendiſſet, in multo plura excreviſſet Volumina. Qualis nunc Græcus deſideratur Theſaurus; ad quem conſtruendum ingenti & longo labore, incredibili & propè infinitâ lectione opus eſt: cui operi ſufficeret non niſi *Robertus* STEPHANUS ſuo decemviratu adjutus.
(l) Lege Præfat. CICERON. Lexic. apud *H.* STEPH. 1557.
(m) Vide *Hiſtor.* STEPHAN. Tom. II. p. 119. 120. 121.

(a) In

ticis instructo optimos quosque etiam Authores suppeditavit STEPHANUS.

Ex his nullos variis formis & characteribus, textu aut solo aut commentariis explicato, sæpius ad prælum revocavit, quàm (a) TERENTIUM, (b) VIRGILIUM & (c) CICERONEM : idque haud immeritò, cùm penès hujus triumviratus arbitratum omne sit Latinè scribendi loquendíque jus & norma.

Hic non duxi prætereundum, quòd eodem anno 1529. duæ TERENTII Editiones ex ROBERTI STEPHANI Officinâ prodierint; altera cum DONATI & CALPHURNII Scholiis, sexto Nonas *Julii*; cum textu solo altera, cui quoniam mensis dies non adjiciatur, affirmare non liquet, quæ duarum exierit prior. Hæc sanè perquam rarissima est; cujus duo tantùm Exemplaria videre contigit, aliud audivi in Bibliothecâ illâ, quæ pridem *Cantabrigiensi* publicæ ex dono accessit, reperiri. In hâc Editione ea (de quibus dixi antea) servantur (d) intervalla, quibus commodiùs dictionum explanatio posset inseri. Abesse mihi non videtur conjectandi locus, DONATI in TERENTIUM interpretationem seorsim excusam fuisse, nempe quam (e) anno 1527. promiserat.

In duabus illis TERENTII emissionibus, utì & subsequentis anni *Plautinâ*, typis Romanis, quos hactenus adhibuerat, usus est; at novorum specimen in *Virgilianâ* cum SERVII Commentariis anno 1532. dedit.

ROBERTO STEPHANO nil puto felicius eveniisse, quàm quòd in eâ inciderit tempora, quum ad rei inter *Gallos* litterariæ incrementum maximè conferret Regium patrocinium. LUDOVICI XI. in litteras studium (f) antea memoravi. Easdem apud LUDOVICUM XII. gratiâ non excidisse testatur ingens litteratorum ab ipso ad primas dignitates evectorum (g) numerus. Ab eo ampla (h) Typographis & Bibliopolis irrogata privilegia, Litteris publicis anno 1513. 9. *April.* consignata. Rex ille LUDOVICI XI. Bibliothecam Libris compluribus juridicis *Mediolano* convectis locupletatam *Lupará Blœsiam*, quod ipsi erat solum natale, transtulit. LUDOVICO

(a) In fol. bis 1529. sinè Comment. & cum Comment. 1536. cum Comment. In 4. 1542. cum Comment. In 8. 1533. 1534. 1536. 1538. 1545. 1551. In 12. 1534. 1541. Editiones 1545. & 1551. Italico, reliquæ Romano Characterе.

(b) In fol. cum Comment. 1532. In 8. sinè Comment. 1533. 1540. In 12. 1537. 1549.

(c) In fol. 1539.-1540. In 8. 1544.

(d) Eadem lineatum intervalla observavit *Rob.* STEPHANUS in SANNAZ. *de Part. Virgin.* 1527.

(e) Lege Præfationem, quam ann. 1527. præfixit Scholiis in PERSIUM.

(f) Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 74.

(g) *Histor.* STEPHAN. pag. 7. 8.

(h) CAILLE, p. 71.

(a) CAIL-

VIGO XII. ſuccedens ann. 1515. FRANCISCUS primus (a) anno 1516. 20. *Octob.* conceſſa priùs Librariis privilegia confirmavit. Auxit ann. 1527. Bibliothecam *Fontis Bellaquei* conſiliis maximè JANI LASCARIS, (b) quem *Româ Lutetiam*, ut ipſi à Bibliothecâ eſſet, accerſiverat. Ei poſt Bibliothecæ præfectus eſt GULIELMUS (c) BUDÆUS: cujus hortatu (d) omnium Scientiarum Ludos in ſuo Regno aperuit, (e) Magiſtrósque optimarum Artium, magnis propoſitis præmiis, (f) conſtituit. Bibliothecam ingenti Hebraïcorum, Græcorum, Latinorum Codicum copiâ maximis ſumptibus inſtruxit. (g) Rex ille FRANCISCUS à quibusdam traditur GULIELMUM POSTELLUM ſummâ pecuniæ non exiguâ in Orientales plagas, raros Libros ac Manuſcriptos conquiſitum, legâſſe; unde POSTELLUS reverſus, brevi tempore interjecto, anno 1538. Alphabetum duodecim Linguarum publicavit. (h) FRANCISCUS peculiari amore ROBERTUM STEPHANUM complectebatur; eique annum ætatis 36. agenti, ann. (i) 1539. *Jun.* 24. Regii in Hebraïcis & Latinis Typographi munus injunxit; quæcunque typographiea poſtularet, ſubſidia concedere nunquam non paratus. (k) *Inter hæc præſidia præcipuum erant ii ſumptus, qui in conquiſitionem cùm aliorum Librorum (potiſſimùm Græcorum) tum verò Hiſtoricorum (Hiſtoriæ enim præſertim Romanæ hic Rex amator erat); & qui in ſculpturam tam pulchrorum* (l) *characterum ſeu typorum, quibus Libri illi excuderentur, faciendi erant.*

ROBERTUS, licèt nullas adhuc viderim Editiones, in quibus ſe Regium *in Græcis* Typographum ſcripſerit, mihi tamen videtur (ex ipſius (m) Epiſtolâ EUSEB. *Eccleſ. Hiſtor.* ann. 1544. præfixâ) aliquam Græci etiam Typographei curam habuiſſe. Symboli iſtius fuit inventor, quod ſolebat Libris plerisque ex Regiâ Bibliothecâ depromptis affigere, quóque plurimi celebres Typographi

(a) CAILLE, p. 86.
(b) ZELTNER. *Centur. Typogr.* p. 319.
(c) CAILLE, p. 86.
(d) *Hiſtor.* STEPHAN. p. 34.
(e) Ibid. p. 33.
(f) Lege Profeſſorum nomina: Ibid. p. 53.
(g) CAILLE, p. 87. CHEVILL. p. 296. *Memoir. de Litterature*, Tom. I. 1517. p. 7.
(h) *Hiſtor.* STEPHAN. p. 34. 35.
(i) *Hiſtor.* STEPHAN. p. 35.
(k) Ibid. p. 35.
(l) CAILLE, p. 85.] „ *François* I. „fit fondre par *Guillaume Le Bé* en leur „ perfection, ces beaux caractères Hebreux, Grecs & Latins, dont *Robert* „ ESTIENNE *Pariſien* fils de *Henry*, ſon „ Imprimeur ordinaire, avoit la garde, „ & dont il ſe ſervoit en l'Impreſſion de „ ſes Livres, au bas desquels il mettoit ordinairement, *Ex Officinâ* ROBERTI „ STEPHANI *Typographi Regii, regiis „ typis.*
(m) Ἑλληνικῆς γλώσσης συμπόσιον βίβλους μέλλοθεν ἐκτυπώσειν. ——— ἵνα δὲ πολὺ ἀσφαλέστερον τὴν καθήκουσαν ὑπουργίαν, μὴ ὑπ' ἀνδρὸς βασιλίως κατορθῶν ἐχεμθ. &c.

(a) *Ca-*

phi cùm (a) Regii tum etiam (b) alii ſuos Libros ornabant. Symbolum id erat lancea cum Olivæ palmite & ſerpente circumflexis, ſubjecto (c) HOMERI Hemiſtichio βασιλῆι τ' ἀγαθῷ κρατερῷτ' αἰχμητῇ.

Nulla eſt ferè pars in univerſo omnium Scientiarum Artiúmque liberalium orbe, quam ROBERTUS typis non illuſtraverit: quod quidem fatetur GESNERUS in Epiſtolâ, quâ huic quintum ſuarum Pandectarum librum de Arithmeticâ nuncupavit.

ROBERTO STEPHANO *Regio Typographo* Lutetiæ Pariſiorum. CONRADUS GESNERUS *S. D. P.*

„ Non equidem ignoro, doctiſſime *Roberte*, quæ & quàm egregia „ Volumina per te publicum aeceperint lumen, eáque plura, quàm „ ut hìc recenſeri; & elegantiùs diligentiúsque excuſa, quàm ut pro „ merito à me commendari poſſint; nec in uno ſolùm ſed omni pro„ pemodum Disciplinarum genere, ut nulla ferè hujus Operis pars „ ſit, quæ non jure tibi nuncuparetur: volui tamen hôc in loco „ participem te lucubrationum noſtrarum facere, non quòd non ali„ bi digniùs hoc feciſſem, ſed ne omnino te præterirem. Partes „ enim alias noſtræ gentis Typographis deſtinavi: peregrinis verò „ (quorum tu veluti Sol quidam inter minora Sidera occurriſti) ea „ tantùm dedicare conſtitui, in quibus nullus noſtrorum, quod qui„ dem ſcirem, aut in præſentiâ meminiſſem, excelluiſſe videretur. „ Excellere autem dico Typographum aliquem in hôc vel illo ge„ nere Librorum, in quo vel plurimos, vel optimos, vel utrum„ que, vel paucos ſed bonos, vel unum ſed optimum alicujus Scien„ tiæ Authorem excuderit. Cùm igitur inter Arithmeticæ Scrip„ tores *Tonſtallo*, cujus tu Librum olim evulgâſti, primam laudem „ hactenus omnes ferè attribuerint (ut qui rem omnem logiſticam, „ quæ Praxis, ut vocant, Arithmeticæ eſt, Latiniſſimè, copioſè „ & perſpicuè tradiderit) tibi hunc de Arithmeticâ Libellum nos„ trum nominatim dedicare viſum eſt. Quamvìs enim excellentio„ ra plurima publicaveris, quorum comparatione non æquiùs, A„ rithmetica tibi quam feles *Minervæ* conſecranda videatur; malui „ tamen aliquâ in parte Bibliothecæ noſtræ quâvis occaſione nomen „ tuum celebrare, quàm prorſus anonymum relinquere: ídque gra„ titudinis ergo magis, quam omnes ſtudioſi tibi debent, quàm „ quòd

(a) *Carolus* STEPHANUS; *Robertus* STEPHANUS, *Roberti* filius; *Mamertus* PATISSONIUS; *Guil.* MORELIUS; TYRNEBUS; *Federicus* MORELLUS pater & filius.

(b) BENE-NATUS.

(c) ιλ. γ. v. 179.

„ quòd laudis aliquid Operibus tuis per ſe nobiliſſimis noſtrâ cele-
„ bratione acceſſurum ſperarem. Ergo hoc unum abs te expecto,
„ humaniſſime mi *Roberte*, munusculum tantillum boni ut conſulas,
„ & non ex magnitudine aut dignitate ipſius, ſed animo Authoris
„ æſtimationem de eo facias. Libenter equidem hìc beneficia tua
„ in ſtudioſos, hoc eſt, Officinæ tuæ opera, commemorarem; quæ
„ vel te Authore & laboribus tuis elucubrata æternam procul dubio
„ gloriam tibi paritura; vel ab aliis, priscis, novis, Græcis, La-
„ tiniſque Authoribus conſcripta, ex ædibus tuis prodiverunt; niſi
„ tantus eorum numerus eſſet, ipſáque adeo præclara, & verè baſi-
„ lica, à Typographo nomine & reipſâ regio profecta, ut niſi lau-
„ datum dimittere nullum poſſem; atqui ſi laudandis, ut merentur,
„ ſingulis immorarer, prolixior Epiſtola Libelli hujus modum exce-
„ deret. Theſaurum certè tuum, ejúsque Epitomen Latino-Galli-
„ cam, Teſtamentum utrumque Latinum cum Scholiis, & Græ-
„ cum ſeorſim, & *Euſebium* Græcum, quæ nunc præ cæteris abs
„ te edita memini, indicta relinquere non poſſum. Perge igitur,
„ Vir optime; perge feliciter, & auſpice CHRISTO, ſacra & hu-
„ mana ſtudia pulcherrimis typis tuis juvare: ſic boni piíque &
„ dioſi omnes tibi faveant, & Domino Deo precibus ſuis te com-
„ mendent: ſic Deus ipſe, qui honeſtos conatus nunquam deſerit,
„ propitius tibi & benignus te tuáque omnia fortunet. *Tiguri*,
„ decimo Calendas *Februarii*, anno Salutis 1548.

Hìc miror Hæbræorum Bibliorum in 4.to & 12.o ROB. STEPHANI typis excuſorum nullam à GESNERO factam mentionem. Quoniam autem GESNERUS ſpecialem Librorum à ROB. STEPHANO impreſſorum Catalogum (quod fecit in plerisque aliis celebrioribus Typographis à ſe ſalutatis) Epiſtolæ non adjecit; defectum hunc, cùm quæ de illo inſigni Typographo in hóc Volumine dicenda mihi propoſui, exacta fuerint, ſupplebo.

ROBERTI STEPHANI Officinæ laudes JOANNES AURATUS Poeta Regius celebravit eleganti Carmine, quod, quamvis in STEPHANORUM * *Hiſtoriâ* jam diu excuſum, non tamen pigebit hìc reſcripſiſſe.

Inter tot, hâc ætate bellè qui typis
Cudunt minutulis Libros,
Primas, Roberte Stephane, *tu partes tenes,*
Reclamitante nemine:

Seu

* Pag. 94.

Seu quis requirat literæ elegantiam ,
Cæſis in æs è formulis,
In plumbeas abire juſſam teſſeras ,
Vulcaniâ *juvante vi:*
Seu linearum nobilem ſymmetriam ,
Oculos quòd acres plurimum
Juvet legentum , haud indecenter omnibus
Suum tenentibus locum.
Verſus ſpatiolis rite diſtinguentibus ,
Pavvis perinde ut areis,
Quas hinc & indè ſúsque déque continent ,
Cohibéntque certi margines :
Seu quis (quod ad rem pertinet vel maximè ,
Quam quærimus) ſolertiam ,
Ac diligentiam ſagacem poſtulet ,
In eluendis omnium
Nævis Librorum ; nequæ labes ſordium
Doctorum Operibus inſidens
Obſtaculo ſit imperitioribus ,
Doctisque bilem conciat.
Inuſitatam O hominis erga literas
(*Humaniores quas vocant*)
Propenſionem mentis ! O animum viri
Nullo ſilendum tempore:
Seu ſit ſuperſtes , ſeu fuiſſe Dii velint :
Solerte qui curá libros
Excudit , expolítque tantâ ; nec ſinit
Circumſideri erroribus ,
Aut occupari ; craſſa quos inſcitia
Et obſoleta ſpurcitas
Linguæ profudit ante-lapſis ſæculis ,
Tum cùm nitor ſub pedibus &
Sermonis apparatus eſſet (prob nefas!)
Simul omnis eruditio ,
Expulſa terris quæ per hominum inertiam
Humana corda fugerat ;
Gentes ut execrata quondam ferreas ,
Poſt aurea atque argentea
Peracta ſæcla , dicitur noviſſima
Liquiſſe præpeti pede
Aſtræa *terras , quam Pudor & Integritas*
Recti bonique præſides

Sunt

Sunt inſecutæ , non reverſuræ , niſi
Criminibus indictâ fugâ.
Sic effugârat , quicquid in terris erat
Tunc literaturæ bonæ ;
Ætas parentum ruſtica atque inelegans ;
Cùm dira labes hæc ſtatim
Veterum occupavit expolitas ſchedulas ,
Unde niſi ab ignorantiâ
Profectia ? cæterùm lues hæc denique
Vires eundo ſic malas
Collegit , ut ſincera nulla pagina
Ad nos dein pervenerit.
Cunctis dolendum quod ſoret nunc poſteris ,
Queis haud inoffensè datur
Nec ſinè labore plurimo ire per libros ,
Ætas reliquit quos purior
Mutilos , adeſos , ſaucios , interlitos ,
Et ulceroſos undique ,
Mendisque totidem penè , quot vocabulis ,
Turpem ſcatentes in modum :
Quæ non parum vel doctioribus
Nunc exhibent negotii ;
Illas quotidie acriter pugnantibus
Loco movere non ſuo.
At ô tuarum poſſit hâc in parte quis
Laudum invenire terminum ?
Cui tanta ſe monumenta debent , atque tot ,
Quæ priſca gens mortalium
Licèt edidiſſet , nunc forent ut inedita ,
Ni per laborem plurimum
Redintegrâſſes tu reſuscitans ea ,
Propè dixerim , intermortua ,
Roberte , *literariæ rei ſalus ,*
Non ut columnis pluribus
Inniterentur tecta , prætereuntium
Quod vertat in ſe lumina :
Non ut renidens tibi lacunar in domo
Fulgore verberet ſolum
Imagino ſum. Non enim tu arti tuæ
Statuis avarè & ſordidè
Pretium : leves quod ſacculos exhauriat
Scholaſticorum pauperum ,

Tuam

Tuam frequentant qui tabernam plurimi
Plenam bonarum mercium:
Emptos ut illinc quàm licèt parvo libros,
Quibus opus ipſis, auferant:
Libros, heri qui diligentiam ſui
In corrigendis lapſibus
Vel ore ab ipſo, ceu parentes liberi,
Teſtentur, ac ſubindicent.
Quod dum aſſequaris, ſumptibus non interim
Parcis profuſioribus,
Plus publicæ rei quàm domeſticæ gerens
Curæ atque ſollicitudinis.
Nec me latet, quis ſit ſtatus domi tuæ,
Si Junius Rabirius
De te loquendo verba non mihi dedit.
Quod cur faceret, aut quomodo?
Cùm vir ſit (ut ſcis hospes ejus) & bonus
Et elegantis ingent:
In quóque nigri nulla mica ſit ſalis,
Multum ſed albi & candidi.
Is ipſe verbis talibus (ſi ſum memor)
Eſt uſus, ad me dum redit:
Dato Libello ſub tuum prælum ſuo
Grato tenellis mentibus:
Quibus ſolidior convenit nondum cibus.
Aurate *mi, medullitus*
Quem diligo, quem plus ocellis bis amo,
Qui lucis uſum dant mihi:
Non tu potes videre conjectarèque
Quo nunc ab orbe ſum redux?
Cùm conſpiceris me renidenti ore ſic
Magnum fateri gaudium.
Næ tu parum vides, opinor, ſordium
Quàm plena tibi ſunt lumina.
Sed quid moror nunc eloqui, quid ità ſiem
Alto perfuſus gaudio?
Adverte, dicam. Pes refert me nunc meus
(Equi mens ſi ſiet mei)
Illinc, ubi lux ire purior mihi
Videtur ac ſerenior.
(Lux literarum, dico, non diuturna lux)
Quàm gentium usquam. Cæterùm

Hâc gratiâ illuc iveram, libellus ut
Committeretur publico:
Puritiæ quem ſcriptitavi in gratiam
Volentis informarier
Solennibus Linguæ Latinæ initiis
Et inſtitutis primulis.
Ut ergo talis conſcius voti mihi
Et appetitûs veni eò,
Miratus urbem, doctiores & viros,
Mox me Roberti *contuli,*
Eum alloquendi cupidus, ad domum; neque
Facta eſt rogante me mora,
Quin duceret me, mitterétque, intrò ſtatim
Impigra ſervorum manus
Illuc: ubi illum reperi Voluminum
Inter patentium greges,
Totum imminentem literis, erratáque
Delere & interpungere
Non deſinentem, ſtante retro Pallade
(Tydidæ *ut inter prælia*)
Monitrice, cujus cuncta de ſententiâ
(*Ducenda ſeu foret nota*
Transverſa, ſeu lacuna libris indecens
Infercienda replendáque,
Seu ſubmovendum quidpiam verſo ſtylo,
Sive quid agendum denique)
Agebat ille. Qui ſimul vidit procul
Ad ſe ferentem me gradum,
Salvere juſſum me morâ nullâ rogat,
Quis? unde? quâque gratiâ?
Hîc ipſe, oborto obmutuiſſem cùm metu,
Adſtantium quem fecerat
Conſpectus eruditione inſignium,
Amœniore ſcilicet,
Valde virorum, qui ſimul conſueverant
Socios laboris ſedulò
Præſtare ſeſe, cúmque eo pervolvere
Mox imprimendos Codices:
Blandè manu me prendit, ac in angulum
Seduxit, ut vacuum metu
Id quod volebam, non puderet me loqui.
Ad me redivi tunc ego:

Votúmque

Votúmque in ejus auribus cœpi meum
Audacius deponere:
Quod expetebam, ille annuit demptâ morâ,
Cumulúmque gratiæ addidit,
Quòd me volentem posuit & mox in suis:
Non antè sanè creditum;
Sperare nec enim venerat in animum mihi,
Fortasse non digno, boni
Tantum: verendos poneret ut inter vires
Authoritate laudéque.
Insignis hoc & plura liberalitas
Tamen mihi dedit viri:
Nam censuit me, de suo qui viverem,
Dignum, sulsque in ædibus
Qui commorarer. Quale diversorium
O Jupiter! quàm splendidum,
Quantúmque amœnum! Sed potissimùm, quibus
Cordi bonæ sunt literæ.
Quid aliud illic inter uncta fercula,
Spumas agentes & scyphos?
Quid? cùm remotis pulsa jam mensis fames,
Sedavit & potus sitim?
Quid ad caminum luculentúmque foculum,
Siquando hyems inhorruit?
Quid inter opus ubi collocatur maxima
Illic diei pars citi?
Quid tandem (ut unâ cuncta summâ colligam)
Lares beatos personat
Indesinenter, continenter, jugiter,
Et usquequaque & undique,
Intaminata quàm Latini puritas
Sermonis, & canus decor?
Nempe uxor, ancillæ, clientes, liberi,
(Non segnis examen domûs)
Quo Plautus *ore, quo* Terentius, *solent*
Quotidianè colloqui.
Hæc inter animo quo fuisse me putas?
Quo? nisi solet quò rusticus
Ingressus olim divitis fores domûs
Et invidenda limina,
Ut imminentia vertici stupet suo
Laquearium cælamina.

Ut insolenti quas opes calcat pede ,
Positósque circùm parietes
Pictos tapetas mente perculsâ videt ,
Perstrictus auri fulgure
Novis ferendis impares spectaculis
Oculos gemdsque debiles.
Hæc elocutus Junius Rabirius
Sese recepit ad suos,
Mirationis me relinquens ebrium
Et invidentem jam sibi.

Datum Lemovicibus 4. *Non.* Maij, *Anno* 1538.

Sic eodem, quo HORATIUS Vitam Rusticam ,. Epodí genere AURATUS laudavit STEPHANI Officinam ; qui (a) *alto heroicóque animo ad suscipienda litteraria Opera sustinendáque onera præditus magnis & propemodum* HERCULIS *laboribus parvum suum exercebat corpusculum. Sed (ut pius erat, & amore divino flagrabat) in sacrorum Librorum Editionem multò ardentiùs quàm in aliorum quorumlibet incumbebat, & pecuniam in alios quidem profundebat, in illos verò prodigebat. Imò in iis elaborandis, quæ ad Sacræ Scripturæ illustrationem pertinebant, non solùm pecuniam prodigere non dubitabat, sed usque adeò nullis laboribus parcebat, ut etiam in iis tolerandis (quod exitus ostendit) vitæ prodigus esset.*

ROBERTO ex suis Bibliorum Editionibus multum invidiæ conflatum est; odiúmque, quod adversùs eum *Sorbonæ* Doctores anno 1522. conceperant, recruduit anno 1532, (b) *quo Biblia majori Volumine impressit, idque tum permissu tum consilio seniorum Collegii ipsorum: cujus rei locuples testimonium reddebat privilegium Regis, quod certè nunquam impetrâsset, nisi palàm factum esset primariis Rabinis ita placere. Illi tamen occasionem nacti ad capitale supplicium hunc postulabant, clamitantes hunc Biblia corrupisse. Et de eo actum erat, nisi quorum authoritate factum fuisset, in tempore monstrâsset. Compressis postea eorum furoribus, vel saltem placatâ tam ingenti rabie, quòd pollicitus esset se nihil postea, nisi cum bonâ eorum gratiâ facturum, elapsis annis decem, 1540. Biblia rursum excudit, in quibus multa ex vetusto Codice reposuit, veram lectionem Hebræis Codicibus congruentem ad margines notans, nomine Codicis scripti adjecto. Hic rursus novæ flammæ : bacchantur Censores contra totum Librum, in quo ne minimum quidem erat, quod carpere ipsi possent, nisi fortè in Summariis, quæ vocant, quæ redolere hæresin dicebant.*

Pergit

(a) Lege Præfat. Expositi. Cathol. in Genes. apud *H.* STEPH. 1562.

(b) Lege Responsi. *Rob.* STEPHANI ad *Censur. Theologor.* Parisiens. pag. 7. &c.

(a) CAIL-

Pergit nihilominus; & decem Præcepta jam antea impreſſa denuo imprimit, & quam vocant, Scripturæ Summam; utraque ſingulis foliis, majori charactere ſatis venuſto, quæ parietibus poſſent affigi. Pro his quas ei exhibuerunt moleſtias! Quandiu abeſſe domo eum oportuit! Quandiu Aulam Regis ſecutus eſt! à quo tandem Diploma ad cohibendam eorum intemperiem obtinuit, quo jubebatur illa Latinè & Gallicè imprimere. Quoties clamaverunt pejorem illic doctrinam contineri, quàm Lutherus *unquam protuliſſet. Eò tamen res deducta eſt, ut probarentur plus quindecim non poſtremis Collegii Magiſtris, qui palàm ſigillis ſuis comprobárunt, quæ tota ætaterva improbaverat. Tandem quum ſeniorum illorum ſigilla conſpicerent, regiúmque privilegium, deputatorum ſuorum calculo approbari in ædibus Bidelli ſui paſſi ſunt. Eadem tamen illa, quæ tantopere in* Stephan. *damnabant, eorum juſſu à* (a) Joanne Andreâ (*homine imperito, qu. illis & proditionum omnium miniſter, & in ſtruendis calumniis optimum ſtabellum, & in exercendâ ſævitiâ carnifex acerrimus*) *impreſſa ſunt, ſed cum Præceptis Eccleſiæ, & fœdata corruptâque ab* Odoardo, *qui ex duobus primis Præceptis unum fecit, auferens eam, quæ de Imaginibus fingendis & colendis illic habetur expreſſa prohibitio; & poſtremum in duo diviſit,*

(a) CAILLE p. 101.] „ *Nicolas Couteau* imprima pour *Galiot Dupré*, *Jean Bonhomme* & *Jean André* les Ordonnances Royaux in 4. en 1537. Et p. 107.] „ *Jean André* Libraire Juré fit imprimer, „ Epitaphe ſur la mort de Monſieur le „ Mareſchal de *la Marche* Mareſchal de „ *France*, compoſée par *Gilles Corrozet* „ Imprimeur & Libraire en 1536. ANT. „ SOLARII *Opusculum de veneratione & „ Invocatione Sanctorum*, *in* ERASMUM, „ *in octavo* en 1548. Il avoit pour mar„que deux mains tenant un carreau, ſur „ lequel eſt un creuzet dans le feu, & „ dans le creuzet eſt un cœur, avec ce „ mot, *Chriſtus*, & au poing des deux „ mains une chaine de fer où pendoit une „ cage dans laquelle eſt un oiſeau avec „ ces mots: *Horum major charitas. Jean André* eſtoit ſi zelé pour la Religion Catholique, qu'il eſtoit comme l'Emiſſaire du Preſident *Lyset* pour luy decouvrir „ les nouveaux *Calviniſtes*, & les faire „ tomber entre ſes mains, comme il fit à „ l'endroit de *Pierre Capot* Libraire de *Genève*, qui venoit de temps en temps à „ *Paris*, où il fut arreſté en 1546. en debitant des Livres contre la Religion Ca„ tholique. Il y avoit auſſi de ſon temps „ un nommé *Jean Judet* Libraire à *Paris*, „ qui faiſoit tout le contraire de cet *An„ dré*, en avertiſſant les Heretiques des „ Aſſemblées & Conferences, des lieux „ & des heures que les Catholiques te„ noient entr'eux, ce qui fut cauſe que „ ce *Judet* fut brulé en 1559.“ Et *Apolog. pour* HERODOT, par *Henry* ESTIENNE 1546. p. 417.] „ Un Libraire qui ſervoit „ d'eſpie à ces deux perſecuteurs *Jean Ru„ zé* & *Claude des Aſſes* Conſeillers en Par„ lement, & à leurs compagnons, nom„ mé *Jean André*, en cheminant fut ſur„ pris d'une fureur & rage, laquelle l'ac„ compagna juſqu'à l'heure de ſon trépas „ qui fut bien-tôt après.“ Et in *Epiſtol.* PASSAVANT. de quâ *Hiſtor.* STEPHAN. p. 72.] „ Et vos neſcitis, ego vidi illum „ maledictum hæreticum *Robertum Stepha„ num*, qui nobis eſt tam bene elapſus. Per diem (ſicut dicit *David*) vos bene „ dicebatis, cavete bene, ipſe evadet vo„ bis; & defunctus *Joannes Andreas*, qui „ ſperabat maritare filias ſuas de bonis ip„ ſius, ut erat zelotiſſimus fidei Catholi„ cæ, bene etiam clamabat ſemper, quòd „ fugeret.

(a) Epiſ-

ſit, ut numorum denarium ſuppleret. Interea, quòd illis eſſet ſuſpectus de hæreſi, quoties domum illius ſcrutati ſunt Judices ipſorum impulſu, ſi quæ ſortè Libri ſuſpecti poſſent reperiri! Acceſſit ad hæc circiter annum 1541. *Novi Teſtamenti Editio cum breviſſimis Annotationibus ad margines ab illo ſimul excuſis, quas à viris doctiſſimis acceperat. Ac principio quidem, læto plauſu ab illis exceptus eſt Liber; paulo poſt pro ſuggeſtu clamant Annotationes hunc edidiſſe valde periculoſas, locos de Purgatorio & Confeſſione aliter, quàm ſolerent, interpretatum. Aliquandiu vice tertiâ latere coactus eſt. Tandem quum tempeſtas illa paululum ſedata foret, denuo eadem excudit, mutatis pauculis, multis additis quorundam Sectæ eorum conſilio;* Gagneio *interim* (a) Picarto, & Guiancurtio *obſtrepentibus. Magno poſtea labore, ſummis vigiliis, ſingulari attentione animi, quæ ex* Francisco (b) Vatablo, *homine in Hebraïcis litteris peritiſſimo, Profeſſore Regio, exceperant auditores docti, collegit in unum Volumen, adjectâ novâ Bibliorum tralatione è regione veteris. Opus hoc anno* 1545. *abſolutum fuit. Id ſtatim doctiſſimis quibusque Collegii communicat: remittunt, ſalva omnia eſſe aiunt, quòd non ſtatim mali quid ex* Vatabli *lectionibus publicè ſuburiturum crederent. Multi tamen deinde commoti dictitant non oportere ultrà diſtrahi Biblia iſta cum Annotationibus: clàm à nonnullis minùs improbis admonetur, ut ſibi caveat & proſpiciat. Profectus itaque in Aulam Regis, poſt oblatum ipſi* Euſebii *Volumen Græcum, circiter* 1546. (*quo tempore & Pſalterium ab illo excuſum eſt*) *admonuit* Petrum (c) Caſtellanum, *tunc* Matisconenſem *Epiſcopum, futurum ut brevi Theologi perſuadeant vel Curiæ vel Urbis Præfecto, ut venditio Bibliorum cum Annotationibus ipſi interdiceretur. Quum hominem plus ſatìs timidum videret, quid in hâc re conſilii daret, dubitare, dixit ſe libenter impreſſurum ad calcem, quicquid à Theologis vitii deprehenſum eſſet, adjectâ cenſurâ. Placuit conſilium, etiam Regi, qui mox* Caſtellano *imperavit, ut ſuo nomine ſcriberet Theologis, ut quod non placeret in Bibliis, ſeorſim annotarent, omnia poſtea* Stephano *traderent imprimenda. Scribit* Caſtellanus. *Tametſi hoc ſe facturos recepiſſent, nihil tamen effectum. Quin potiùs aſtutè interea ſollicitant Theologos* Lovanienſes, *ut ea Biblia in ſuum Catalogum Librorum ſuſpectorum & hæreticorum infarcirent. Reſcripſit ad Theologos* Caſtellanus. *Petuit Rex imprimi* Lovanienſium *Catalogum. Hortante iterum atque iterum* Caſtellano *tandem coacti, quindecim locos à ſe animadverſos miſerunt. Quos* Caſtellanus *cum* Gagneio *collatos remiſit cum Epiſtolâ de caſtigandi ratione & utilitate Annotationum,*

(a) Epiſtolæ PASSAVANT. Author vocat hunc PICARDUM, *picam garrulam.* De hôc PICARDO lege *Apolog. pour* HERODOT. p. 546.

(b) Multi putant *Robertum* STEPHANUM Annotationibus ſuis VATABLI nomen prætendiſſe. Lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 46. 47. & HUET. *de Clar. Interpretibus* 1661. p. 115. 116.

(c) De CASTELLANO lege Vol I. *Annal. Typogr.* pag. 291. *Hiſtor.* STEPHAN. p. 144. usque ad 159.

(a) FRAN-

tionum, quæ non parum eos urebat. Rex, missò 26. Octob. *Diplomate, additis minis præcepit, ut in absolutione censurarum pergant, eique dent imprimendas. Tamen neglexerunt. Obiit interea* (a) *Rex* FRANCISCUS: *cui* HENRICUS *filius succedens ann.* 1547. 16. Aug. *primo sui regni anno jussit misso Diplomate Theologos absolvere Censuras. Respondent se daturos. Regem frustrantur: pro articulis afferunt libellum supplicem, quo interdici* Stephano *venditione Bibliorum postulabant, propterea quòd esset Sacramentarius, scripsissetque in illis animas esse mortales. Theologi denique ex Collegio decem* Novembri *mense ad Prætorium* Fontisbellaquæ *advenientes ægerrimè protulerunt* 46. (b) *Articulos. Illis* Stephanóque *auditis, interdictum est palàm, ne Theologis jus illud, quod Episcoporum erat, censorium sibi in materiâ fidei usurparent. Episcopi in articulis nil mali invenerunt, præterquam fortasse in quinque aut sex, qui calumniæ obnoxii essent. Urget* Stephanus, *ut reliqui mittantur. Id Rex iterum atque iterum præcipit. Tergiversantur, quoad possunt; & postulant, ut reliquos articulos absolutos Rex traderet examinandos* (c) *Judicibus iis, qui tunc causas hæreticorum cognoscebant. Cùm annuisset* (d) *quidam,* Stephanus *destinatur Rege inscio victima. Obsignantur litteræ, quibus causâ ad illos Judices devolvitur. Illo hâc de causâ per octo menses integros aulam sequitur: qui sub Regis discessum apud* Seguſianos, *cùm* Taurinum *proficisceretur, à Rege accipit Litteras, quibus priores Litteræ fiunt irritæ: jubentúrque Theologi* (e) *reliquos mittere articulos. Demum per manus* Cauponis *&* Ruffi *mittunt* Lugdunum; *ubi cùm* Stephanum *non reperissent, negarunt se habere, & retulerunt ad suos. Sollicitant* Guiancurtium *Regis Confessorem, ne cogerentur dare reliquum articulorum, sed ut* Rob. Stephanus *condemnaretur tanquam hæreticus.* Guiancurtius *à Rege, quum* Taurino *reversus in colliculo S.* Andreæ *ferè solus requiesceret, Litteras extorsit quibus distractio Bibliorum à* Stephano *impressorum inhiberetur, eâ tamen conditione, ut articulos daturi essent. Hanc rerum mutationem* Lugduni *à Cardinale* Guyſiano *rescivit.* Stephanus, Castellanum *adiit, illi & patriæ valedicturus. Regi indicat* Castellanus, Stephano *natali solo migrandum. Rege tamen, ut in ornandâ suâ Typographiâ pergeret jubente,* Stephanus *à* Roberto SENALE Abrincensi *Episcopo* (*quem subornaverat* Guiancurtius) *ut cum Theologis rediret in gratiam, monitus assentitur; &* Guiancurtio *fingit se Theologis scripsisse Litteras, ut præterita effluant; nihil se posthac sinè ipsorum consilio facturum. Eo tempore efficiunt, ut nulla (nam rumor*

(a) FRANCISCI Regis Elogium, THUANO & BAYLIO Scriptoribus, lege in *Histor.* STEPHAN. p. 52. 53. 54. 55.

(b) Hos articulos enumerat *Rob.* STEPHAN. in *Responſ. ad Censur.* p. 44. ad p. 107.

(c) Inter quos LYSETUS, *Histor.* STEPHAN. p. 58. Lege Jocosam & Satyricam ad ipsum PASSAVANTII Epistolam.

(d) *A cujus nomine consulto abstinuit.*

(e) Hos enumerat STEPHANUS in *Responſ.* p. 113. ad p. 247.

(a) Idem

rumor erat mille & quingentos aureos iri numeratum) *pecuniæ darentur* Stephano *ad ſarcienda damna. Rex tamen pollicetur majori in re ſe fore munificum.* Stephanus *poſt trimeſtrem moleſtiam Diploma, quo Regis erga ſe animum adverſariis teſtaretur, quinquies emendatum, obtinuit denique, ut obſignaretur: quo Diplomate ſibi mox cavit, ne conjiceretur in carcerem; quod intrà triduum futurum audiverat, rogatis in ſe plus octoginta teſtibus. Dum hæ, regio Diplomate prolato, conticescunt turbæ, pergit in excudendo Novo Teſtamento Græco* (a) *majore formâ. Opus* (ann. 1550.) *abſolutum ad* Caſtellanum *defert, & ab eo, quòd Theologis non oſtendiſſet examinandum, acriter objurgatus, ſe defendit; in eâ Linguâ nihil aut parum ſeniores horum nôſſe; hæreſeos ſuſpectum eſſe illum Librum non poſſe; ſe quibusdam ex illis, ut textum* 1. Corinth. 15. 51. *mutaret, conſulentibus conſentire noluiſſe.* Caſtellanus *illico velut furiâ agitatus, & ſpe emerendi galeri illectus,* Gallandio *dat mandatum Theologis renuntiet, ſe nolle* Stephanum *tueri; proinde, quid agendum de hâc Novi Teſtamenti Græci Editione, viderent. De hôc* Stephanus *à* Gallandio, *qui ipſi omnino inimicus non erat, prænonitus, Theologis (quos legitimè ſuo more congregatos ante menſem adire non potuit) impreſſum à ſe illud Novum Teſtamentum offert in conclavi apud* Mathurinos, (b) Goveano *&* Ruffo *præſidentibus. Poſtulantibus afferri vetus Exemplar, reſpondet fieri non poſſe; nec unum eſſe,* (c) *ſed quindècim in Regiam Bibliothecam relata, quæ ipſi præcuriò data fuerant. Concedunt, ut relegendi Operis negotium duobus ex ipſis Græcè doctis detur. Toto menſe ſatagit* Stephanus, *ut referant, quibus demandata fuerat cura. Referunt ad Congregationem in Sacello* Sorbonii *Collegii congregatam. A Decano pronunciatur, Theologis non videri, ut Novum Teſtamentum propter Annotationes marginales (ſic varias lectiones vocabant), vendatur.* Stephanus *orat fruſtra ſibi dent ſcriptam, quam oſtendat Regi, Facultatis ſententiam. Poſtridie offert Regi Novum Teſtamentum. Ibi* Caſtellanus *mitior factus narrat, quid Facultas decreviſſet.* Stephanus *ex aulâ reverſus Novum Teſtamentum venale*

(a) Idem antea minore formâ bis excuderat ann. 1546. 1549.

(b) Hic eſt, qui in PASSAVANTII Epiſtolâ vocatur *Magiſter de Goveâ Sinapivorus.*

(c) Hic attende, Lector. *Robertus* STEPHANUS diſertis verbis aſſerit *Exemplaria quindecim ex regiâ Bibliothecâ ipſi præcariò data, & in eandem relata.* Idem in Præfat. Nov. Teſtam. 1550. *Exemplaria, tertium, quartum, quintum, ſextum, ſeptimum, octavum, decimum, & quintum decimum* (nec plura) *ex Bibliothecâ regiâ ſe habuiſſe* aſſerit. Hæc octo R. P. LE LONG. in *Biblioth. Sacr.* (Tom. I. p. 371. 385. 394. 395. 370.) numerat, quibus *Rob.* STEPHANUS uſus eſt viz.

Novum Teſtamentum Græcum, exceptâ Apocalypſi; deſignatum litterâ *e.* Bibl. Reg. Cod. 3425.
Nov. Teſtam. Græc. except. Apocal. ζ. 22.42.
Evangelia Græcè γ. 2867.
Evangel. Gr. ε. 2866.
Evangel. Gr. π. 2861.
Acta & Epiſtolæ & Apocalypſis ιι. 2869.
Acta & Epiſtolæ Græcè. ι. 2870.
Novum

venale exponit. At ſe ex eorum manibus ereptum videns, ne contemptu eos exaſperaret, quicquid poſtea impreſſurus eſſet, ſe illis communicaturum recepit. Ipſe verò ab illis nihilo ſecurior, ut qui ſciret implacabili odio ardentes avidè (a) *ipſius ſanguini inhiare, in* (b) *locum tutiorem ſe reci-*

Novum Teſtamentum Græcum exceptâ Apocalypſi, è melioribus à *Roberto* STEPHANO (qui illo uſus eſt) habitum. Iſte Codex non ampliùs extat in Bibl. Regiâ. *Hoc Exemplar litterâ* (δ) *à* STEPHANO *deſignari nullus dubito.* Ex his octo ipſe (dum abhinc biennium *Pariſiis* agebam) vidi ſex, ſcil. 2242. 2861. 2866. 2867. 2869. 2870. At verò Codex (quem vidi 2242.) Evangelia tantùm quatuor continebat. Alterum autem (notatum 2247.) vidi, in quo Evangelium LUCÆ; & Epiſtolæ, JACOBI una, PETRI duæ, JOANNIS tres, JUDÆ una, PAULI quatuordecim; item *Eccleſiaſtes*, *Sapientia*, *Canticum*, & *Proverbia*. Inter hos Codices, tres (viz. 2247. 2869. 2870.) habent Epiſtolas Catholicas; ubi Textus S. JOANNIS de tribus Teſtibus ſic legitur; *Ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἓν εἰσιν.* *Robertus* STEPHANUS (uti teſtatur Clariſſ. LE LONG. p. 394.) uſus eſt Codice (2869) cumque litteris *ιδ* deſignavit. At verò in ſuâ Novi Teſtamenti Græci ann. 1550. Editione, nullam Codicis *ιδ* mentionem facit, ubi priorem textûs de Tribus Teſtibus partem obelo transfigit.

Præterea in STEPHANI Epiſtolâ legimus illud Teſtamentum *cum vetuſtiſſimis ſedecim ſcriptis Exemplaribus collatum.* Paulò poſt tamen, cùm illa ſedecim enumerat Exemplaria, in iis includit *Complutenſem* Editionem. —— *Iis* (addito) *placuit, primo, ſecundo, ad ſextumdecimum uſque nomina imponere: ut primo* Complutenſeum *Editionem intelligas, quæ olim ad antiquiſſima Exemplaria fuit exacta.* —— *Secundo, Exemplar vetuſtiſſimum in* Italiâ *ab amicis collatum. Tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, decimo & quintodecimo, ea quæ ex Bibliothecâ Regia habuimus.* (Is tamen in *Reſponſ. ad Cenſur.* aſſerit, ſe quindecim ex Regiâ Bibliothecâ habuiſſe) *Cætera ſunt ea, quæ undique corrogare licuit.* Ex his STEPHANI verbis liquet, in ſedecim Exemplaribus includi Editionem *Complutenſem*; niſi doctiſſ. MARTINUS (qui aliter ſentit, *Diſſertat. Critiq.* 1717. p. III.) proferat locum, ubi STEPHANUS citet Exemplar decimum ſeptimum *ιζ*. Nam STEPHANUS affirmat ſe deſignaſſe *Complutenſe* numero primo *α*, nec plura, quàm ſedecim, (uti ſuprà dictum eſt) enumerat. Porrò clariſſ. MARTINUS ibidem adjicit BEZAM omnia STEPHANI Exemplaria contuliſſe, BEZÆque ipſius verba profert (ex ejus Præfat. in Nov. Teſtam.) *J'ai conſeré*, dit-il, *ces Livres du N. Teſtament avec les* 17. *divers Exemplaires Grecs d'*ESTIENNE. Hæc BEZÆ verba in nullâ (quam hactenus videre mihi contigit) Novi Teſtamenti Præfatione legi. BEZA autem in Novi Teſtamenti (fol. 1556. Olivâ *Rob.* STEPHANI) Præfatione habet hæc —— *Ad hæc omnia acceſſit Exemplar ex* STEPHANI *noſtri Bibliothecâ cum viginti quinque plus minùs Manuſcriptis Codicibus & omnibus penè impreſſis diligentiſſimè collatum.* Satis hactenus de *Roberti* STEPHANI Exemplaribus; & de hâc re multa adhuc ſuperſunt nondum ab eruditis enucleata.

Luber demum animadvertere, *Robertum* ſuum Teſtamentum Græcum (Edit. 1546. 1549. 1550.) diviſiſſe in duas partes, quarum prior *Evangelia* & *Acta*, poſterior *Epiſtolas* & *Apocalypſin* continet. At in manuſcriptis, quos vidi, & quos R. *Jacobus* LE LONG recenſet, Codicibus *Acta* cum *Epiſtolis* & *Apocalypſi* plerumque conjunguntur.

Obſervavi in aliquibus, quos conſului, Manuſcriptis *Paulinas* Epiſtolas reliquis poſponi, contrà atque in editis vulgò fieri ſolet.

(a) Nonnulli putant *Roberti* STEPHANI (poſtquam aufugiſſet) effigiem manu carnificis combuſtam. Lege BEZÆ Icon. & Epiſtol. PASSAVANT. *Hiſtor.* STEPHAN. p. 72. 93. 220.

(b) Scil. *Genevam.*

(a) *Hiſtor.*

recipere, (a) anno 1552. ineunte, *coactus eſt*.

Totam acerrimæ illius & longæ inter Theologos & STEPHANUM Contentionis Hiſtoriam ipſius verbis expoſui. De eâ variæ eruditorum, prout (b) Papæ aut (c) CALVINO favent, ſententiæ. In eo tamen (d) plerique mentis ſanioris & à ſtudio partium magis alienæ conſentiunt, altercationem utrinque acrioribus animis fuiſſe conſertam: STEPHANUM hinc ad PROTESTANTIUM partes (quibus multi in Romanâ Eccleſiâ clàm favebant) proniorem Theologorum odio (non absque cauſâ) obnoxium; Theologorum indè animos fervidiore odio iràque efferatos; hos ex illius Bibliis cauſas iniquiùs captâſſe, quàm bonâ fide & ratione illum accuſâſſe; illi etiam ſuum fel aliquantò (e) amarulentius non defuiſſe. Sed quò acerbiùs inter hos illúmque tam diu indeſinenter concertatum fuit, cò plùs miror illius in rebus typographicis labores nihilo magis interruptos inter iſta litigia durâſſe, & diligentiæ æſtum nunquam deferbuiſſe; virúmque tot moleſtiis vexatum per minas per damna ab ipſo adverſariorum odio opes animúmque duxiſſe. Illum quamvis magna in litterariam Rempublicam merita longo tempore ita tuerentur; ut neque Regis patrocinium nec eruditorum gratiâ exciderit, oportuit denique inveteratæ & inexpiabili malitiæ cedere.

Donec *Pariſiis* morari tutò licuit, negotium typographicum aliquando habuit cum ſuis affinibus MISCHAELE (f) VASCOSANO, JOHANNE ROIGNY & (g) CONRADO BADIO fratréque (h) CAROLO commune: ex quibus (ſi excipias CONRADUM, qui ſolum natale cum Religione etiam vertit) nullum novi, cui eadem

(a) *Hiſtor.* STEPHAN. p. 78.
(b) CHEVILL. p. 260.
(c) BEZ. *Icon.*
(d) P. SIMON. *Hiſt. du Vieux Teſtam.* Lib. II. Cap. 21. At integerrimi Hiſtorici THUANI audiendum eſt teſtimonium (Vide ejus Hiſtor. 1604. p. 605. 606.) *Migrante ad Deum optimo non ſolum Principe, ſed litterarum fautore ac parente eximio, indigna bene merito de patriâ civi tot ediiſi Hebraicis, Græcis, & Latinis libris gratia repenſa eſt à Theologorum noſtrorum collegio, qui hominem reip. invigilantem & quasvis æquas conditiones accipere ſe paratum demonſtrantem, non deſierunt laceſſere, donec ille vexationum injuſtarum pertæſus, ex neceſſitate conſilium cepit, & relictâ patriâ* Genevam *ad extremum ſe contulit; ubi tantâ prudentiâ publicam ſimul & privatam rem curavit, ut, quamvis tot adverſitatibus conflictatus & incommoditatibus, quæ ſolum vertentibus neceſſariò perferendæ ſunt; tamen in opere aſſiduus ad ultimum vitæ ſpiritum laudabile rei litterariæ adjuvandæ propoſitum conſtanter tenuerit.*
(e) Id neceſſe eſt agnoscat, quicunque ejus ad Cenſuram Theologorum Reſponſionem legerit. En ſpecimen, quod (p. 260.) affert CHEVILLERIUS ex illâ Reſponſione (p. 248.) *Quid enim aliud eſt Miſſa, quàm Diabolica incantatio, quæ ſinos quoque dementet? Imò tantundem apud filios Dei valet Miſſæ celebratio, ac ſiquis* Megæram *ac duas ſorores diceret lethale ſuum virus ſparſiſſe.* En virum aliàs doctum ſanúmque, inſano *Calviniani* Enthuſiaſmi æſtro correptum!
(f) Vide Catalog. ann. 1542.
(g) Ibid. ann. 1548.
(h) Ibid. ann. 1550.

(a) Qua-

dem cum illo fuerit in rebus ad Religionem pertinentibus opinio ; aut, ſi fuerit, non ſaltem tam aperta ejusdem profeſſio.

Vix ulli familiarior & promptior, quàm ROBERTO STEPHANO, fuit cùm Latinè tum Græcè ſcribendi facultas ; nulli ſtylus caſtigatior, magiſque ab obſcurâ orationis affectatæ diligentiâ & incurioſâ contrà dictionis incorrectæ negligentiâ alienus. Pauciſſimi ſunt, quibus aurea illa contigit ſermonis mediocritas ; quibus verba nullo labore exprimi, ſed naturâ magis quàm arte depromi venâque ubere juxtà ac facili fluere videntur. Is demum adeſt delectus, ea ſimplicitas, ut nil tumeat, nil ſerpat ; placeant æquè ac intelligentur omnia ; & quicunque legerit, cogitet ſe ea, quæ legit, non aliter ſcribere aut potuiſſe aut voluiſſe. Eam ROBERTO contigiſſe ſcribendi rationem comprobant multæ, quas affixit (a) Libris, Præfationes, ſpeciminis loco erit Lectori, quod de FRANCISCO Rege (b) Latinè & (c) Græcè ſcripſit, Elogium.

Si verè dixit olim graviſſimus Auctor PLATO, *tunc denique cum genere humano actum iri præclarè, cùm aut Philoſophi regnarent, aut Reges philoſopharentur, nihil eſt profectò cauſæ, cur non beatiſſimam hôc Rege* FRANCISCO *primo* Galliam *prædicare veriſſimè liceat. Ineſt enim naturâ, ut de* (d) SOCRATE *apud eundem Auctorem* SOCRATES *teſtatur, Philoſophia in hujus viri mente quædam. Cujus rei, ſi alia deeſſent, quæ quidem ſunt vel plurima, teſtimonio eſſe poſſunt perpetui illi de litteris atque omni doctrinæ genere ſermones ; quos ferè quotidie, quoties quidem certè aliquid vacui temporis nactus eſt, cum hominibus habet eruditiſſimis ; magnâ omnium, qui aſtant, admiratione, dum Regem advertunt, & eum quidem*

Ἐι γνησίως εἶπεν ὁ θεῖος Πλάτων τηνικαῦτα δὴ πᾶν τἀνθρώπινον γένος εὐδαιμονήσειν, ὅταν ἢ τοι οἱ φιλόσοφοι βασιλεύωσιν, ἢ πάλιν οἱ βασιλεῖς φιλοσοφῶσιν, ὅπως ἂν φθάνοι τις θᾶι Φερεκλέους τοῦ τέκτονος πρώτη βασιλέως τὴν Γαλλίαν ὡς ἀληθῶς μακαρίζων. Κατὰ φύσιν γάρ, ὡς φιλεῖ ὁ Ἰσοκράτης φράζειν τῷ αὐτῷ Πλάτωνι φησὶν ὁ Σωκράτης, τέθεα τἀνδρὸς τῇ ψυχοίᾳ φιλοσοφία τις πάρεξι. Σημεῖον δ' ἄντις ποιήσαιτο ἀξιόλογον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἐνδεεῖς ἔχοι, τῶν αὐτῷ πολὺ πλείσων ὄντων, τὰς αὐτὸς φιλεῖ λόγων καὶ παντοίων μαθημάτων ὁμιλίας, ὥσγε ἀρεσθέντα καθ' ἡμέραν, τοῦγε χρηματίζειν ἀπαλλαγείς, μετ' ἀνδρῶν ποιεῖται τῶν σοφωτάτων, ὅπως ἄνδρ' ὁπόθεν τῶν παρόντων ἐκπλήξεως. Τίς δ' ἐ θαυμάσειε, βασιλέα

(a) Quarum Præfationum plurimas antè enumeravi.
(b) CICER. *Tuſculan. Quæſt.* 1542.
(c) EUSEB. *Hiſtor.* 1544.

(d) Typographicum eſt in Latinis Eratum : oportet enim legere ISOCRATE. De hôc conſule PLATONIS *Phædrum* ad Dialogi finem.

Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Eccleſiaſtes & Eſther.	3. ſ.	6. d.	
Eſaias. . 5.ſ. Ezechiel	5. ſ.	6. d.	
Jeremias. 7.ſ. Daniel.	2. ſ.		
Duodecim Prophetæ cum Commentariis R. *David Kimbi*, Hebræi doctiſſimi, à *Francisco Vatablo* Hebraicarum literarum doctiſſ. Profeſſore Regio, accuratiſſ. emendatis : & locorum Scripturæ paſſim citatæ adnotatione illuſtratis.	13. ſ.	10. d.	1539. 8.
Oſee. . 3.ſ. Nahum		8. d.	
Joel. . 10. d. Habacuc.		10. d.	
Amos. . 20.d Sophonias.		8. d.	
Abdias. . 4.d. Haggæus.		6. d.	
Jonas. . 8.d. Zacharias.	2. ſ.	6. d.	
Micchæas. 1.ſ. 4.d. Malachias.		10. d.	
Biblia enchiridii formâ in 16.	75. ſ.		1536. 12.
Geneſis . 4.ſ. 6.d. Leviticus.	3. ſ.		
Exodus. . 4.ſ. Numeri.	4. ſ.		
Deuteronomium. 5.ſ. Joſue & Judicum liber.	5. ſ.		
Pſalterium.	5. ſ.		
Proverbia Salomonis & Job.	3. ſ.	6. d.	
Eſaias. . 4.ſ.6.d. Jeremias.	5. ſ.		
Ezechiel.	4. ſ.	6. d.	
Daniel & Eſdras.	4. ſ.	6. d.	

Prophetæ minores duodecim. 4. ſ.
Samuelis libri duo Hebraicè, parvâ formâ. 5. ſ. 6. d.
Regum libri duo Hebraicè, parvâ formâ. 5. ſ. 6. d.
Paralipomenon libri duo Hebraicè, parvâ formâ. 5. ſ. 6. d. 1543. 4.
Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Eccleſiaſtes, & Eſther Hebraicè, parvâ formâ. 2. ſ. 6. d. 1540. 4.
Theſaurus Linguæ ſanctæ, ex R. *David Kimhi* ספר שרשים *Sanctæ* PAGNINO *Lucenſi* Authore. 45. ſ. 1548. 4
Hebraicarum Inſtitutionum libri IIII. *Sanctæ* PAGNINO *Lucenſi* Authore ex R. *David Kimhi* priore parte מכלול quam חלק הדקוק inſcripſit, ferè tranſcripti. 18. ſ. 1549. 4.
Inſtitutionum Hebraicarum Abbreviatio, *Sanctæ* PAGNINO *Lucenſi* Authore. 3. ſ. 1546. 8.
Obſervationes in Linguam Hebraicam, ad ſimplicem Sacrarum literarum intelligentiam admodum neceſſariæ, *Sanctæ* PAGNINO *Lucenſi* Authore. 1. ſ. 1546. 8.

GRÆCA.

Alphabetum Græcum. 1. ſ. 1539. 8.
Euſebii Pamphili Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib. x. Ejusdem de Vitâ *Conſtantini* lib. v. *Socratis* lib. VII. *Theodoriti* Epiſcopi *Cyrenſis* lib. v. Collectaneorum ex Hiſtoriâ Eccl. *Theodori* lectoris lib. II. *Hermii Sozomeni* lib. IX. *Evagrii* lib. VI. 3. l. 10. ſ. 1544. fol.
Ejusdem de Præparatione Evangelicâ libri xv. 1544. fol.
Ejusdem Demonſtrationis Evangelicæ libri x. 50. ſ. 1545. fol.
Manuelis Moſcopuli de ratione examinandæ conſtructionis libellus. 8. ſ. 1545. 4.
Sententiæ Græcæ ſingulis verſibus contentæ juxta ordinem literarum ex diverſis Poetis. Adjecta eſt ad finem Latina Interpretatio. 8. d. 1540. 8.

Novum

Novum Teſtamentum Græcum, minuto & eleganti charactere Græco & Regio. Ex Bibliothecâ Regiâ. 10. ſ. 1549. 12.

Novum Teſtamentum majore formâ, grandioribus Regiis characteribus, ad plurium ſcriptorum Codicum, ex Bibliothecâ Regiâ ferè, eorúmque vetuſtiſſimorum fidem & formam excuſum. Ex quibus omnibus, ultra *Euſebii* Canones, & varias Lectiones, quicquid Lectori commodum fore viſum eſt, transtulimus. Cui conſulentes, locos etiam omnes, qui ſimul collati, lucem ſibi mutuam afferre poſſe videbantur, notavimus: & alia quæ noſtra Epiſtola te docebit. 35. ſ. 1550. fol.

Dionyſii Halicarnaſſei Antiquitatum *Romanorum* libri XI. Ex Bibliotheca Regia.

Ejusdem de Compoſitione, ſeu Orationis partium aptâ inter ſe collatione, ad *Rufum*.

Ejusdem, Artis Rhetoricæ capita quædam, ad *Echecratem*.

Item, Quo genere dicendi ſit uſus *Thucydides*, ad *Ammæum*. 43. ſ. 1547. fol.

Michaelis Syngeli Presbyteri *Hieroſolymitani* de laudibus Divi *Dionyſii* libellus. 18. d. 1547. 4.

ÆSOPI *Phrygi* Vita & Fabulæ, plures & emendatiores, ex vetuſtiſſimo Codice Bibliothecæ Regiæ. 3. ſ. 1546. 4.

Inſtitutiones Linguæ Græcæ, *Nicolao Clenardo* Authore: In quarto, 3. ſ. 1549. 4.

Et in octavo, cum Annotationibus *Guillonii*. 3. ſ.

Meditationes Græcanicæ in artem Grammaticam, Authore *Nicolao Clenardo*: in eorum gratiam, qui vivâ præceptoris voce deſtituuntur, & literas Græcas ſuo ipſorum ductu discere coguntur: In quarto. 2. ſ. 6. d. 1550. 4

Dionis Romanorum Hiſtoriarum libri XXIII, ad XXXVI ad LVIII usque. Ex Bibliothecâ Regiâ. 40. ſ. 1548. fol.

ALEXANDRI *Tralliani* Medici lib. XII.
Rhazæ de peſtilentiâ libellus, ex *Syrorum* Linguâ in Græcum translatus.
Jacobi Goupyli in eosdem caſtigationes. 20. ſ. 1548. fol.
DIONYSII *Alexandrini* de Situ Orbis libellus, EUSTATHII *Theſſalonicenſis* Archiepiscopi Commentariis illuſtratus. Ex Bibliothecâ Regiâ. . . 8. ſ. 1547. 4.
Commentarii Linguæ Græcæ, *Guillelmo Budæo*, Conſiliario Regio, ſupplicúmque libellorum in Regiâ Magiſtro. Authore. Ab eodem accuratè recogniti, atque ampliùs tertiâ parte aucti. . . . . 70. ſ. 1548. fol.
Juſtini Philoſophi & Martyris Opera Græca. . . . . 27. ſ. 1551. fol.
APPIANI *Alexandrini* Romanorum Hiſtoriarum . .

Celtica	*Syriaca*
Libyca vel *Carthaginenſis*	*Parthica*
	Mithridatica
Illyrica	Civilis, quinque libris diſtincta.

35. ſ. C. 1551. fol.
DIONIS *Nicæi* rerum Romanarum à *Pompeio* magno ad *Alexandrum Mamææ* Epitome, Authore *Johanne Xiphilino*. 15. ſ. 1551. 4.

LATINA.

In Grammaticis.
A B C. . . . 6. d.
Les Declinaiſons des Noms & Verbes que doibvent ſcavoir entierement par cueur les enfans, ausquels on veut bailler entrée à la Langue Latine. Enſemble la maniere de tourner les Noms, Pronoms, Verbes tant Actifs, que Paſſifs, Gerondifs, Supins, & Participes: les Verbes *Sum*, *Volo*, *Nolo*, *Malo*, *Fero*, *Edo*, *es*, *Fio*, *Poſſum*, *Memini*: auſſi les Impersonels. Des huict parties d'Oraiſon. La manie-

re d'exer-

re d'exercer les enfans à decliner les Noms & les Verbes. . . 2. ſ. 1549. 8.

Exempla de Latino declinatu partium Orationis Authore *Mathurino Corderio*, rogatu *Jacobi Blanci*, Grammaticorum hypodidasculi in Gymnaſio *Navarræo*. 20. d.

La maniere de tourner en Langue Francoiſe les Verbes Actifs, Paſſifs, Gerondifs, Supins, & Participes, auſſi les Verbes Impersonels, avec le Verbe Subſtantif nommé *Sum*, & le Verbe *Habeo*. Reveu & corrigé en grande diligence. . 4. d. 1528. 8.

De Gallicâ verborum Declinatione. . 8. d.

Ælii Donati de octo partibus Orationis libellus. . . 6. d.

Ejusdem Commentarii Grammatici tres. Ars prima, Ars ſecunda. De Barbarismo, Solœcismo, Metaplasmo, Tropis. *Sergii* in utramque *Donati* Artem Commentarii. *Servii* item *Honorati* in ſecundam Artem Interpretatio. . 1. ſ. 6. d. 1543. 8.

Principia, ſive prima Linguæ Latinæ elementa, pueris facilè inſtituendis commodiſſima. . . 2. d. 1540. 8.

Les principes & premiers elemens de la Langue Latine, par lesquels tous jeunes enfans ſeront facilement introduits à la cognoiſſance d'icelle. . . 2. d. C. 1533. 8.

Naturæ Verborum, inſertis vulgaribus exemplorum Interpretationibus, ad puerorum utilitatem. . . 2. d.

Johannis DESPAUTERII *Ninivitæ* Commentarii Grammatici. Eorum, quæ in Commentariis ſparſim annotata ſunt, Index ampliſſimus. . 25. ſ. 1538. fol.

Ejusdem Rudimenta ſeorſum. . 8. d.

Ejusdem prima pars diligentiſſ. recognita. Cum Indice copioſiſſimo omnium dictionum, quæ hìc explicatæ reperiuntur. 5. ſ. 1550. 4.

Ejusdem Syntaxis tertiò edita: cum Indice vocularum, quarum aut conſtructio, aut ſignificatio inſignior eſt. . . 5. ſ. 1550. 4.

Contextus univerſæ Grammatices *Despauterianæ*, à *Johanne Peliſſone* Authore recognitus & auctus, magno volumine. 2. ſ. Item parvó, . . 2. ſ. 6. d.

Rudimenta prima Latinæ Grammatices, eodem *Peliſſone* Authore. Minori formâ, 20 d. Majore, . . 2. ſ.

Ejusdem Modus examinandæ conſtructionis in Oratione. . . 4. d. 1535. 8.

Rudimenta Grammatices *Thomæ Linacri*, ex Anglico Sermone in Latinum verſa, Interprete *Georgio* BUCHANANO *Scoto*. Minori formâ. . . 1. ſ. 3. d. Majore. . . 20. d. 1538. 8.

Ejusdem de emendatâ ſtructurâ Latini Sermonis libri VI. Index copioſiſſ. in eosdem. . . 6. ſ. 1529. 8.

Commentarius puerorum de quotidiano ſermone, qui priùs Liber de corrupti ſermonis emendatione dicebatur, *Maturino Corderio* Authore. Carmen Paræneticum, ut ad CHRISTUM pueri ſtatim accedant. Indices duo, Gallicus & Latinus. . . 6. ſ. 6. d. 1530. 8.

Formula interrogandi de tribus præcipuis Grammaticæ partibus, Etymologiâ, Syntaxi, Proſodiâ, déque octo Partibus Orationis, additis paſſim Grammaticis canonibus ſcitu digniſſimis. Authore PRISCIANO *Cæſarienſi* Grammaticorum principe. . . 1. ſ.

Elegantiarum *Laurentii Vallæ* libri ſex, carmine perſtricti, cum breviſſimis, iisdémque doctiſſimis Scholiis. *Johanne Roboamo Ravenino* Authore. . 1. ſ. 6. d. 1549. 8.

De rectâ Latini Græcíque ſermonis pronuntiatione, *Deſid.* ERASMI *Roterodami* Dialogus: Ex poſtremâ Authoris recognitione, in quâ multa mutata & addita. . . 1. ſ. 6. d. 1547. 8.

De duplici copiâ verborum, *Des.* ERASMI *Roterodami* Commentarii duo: Ex

poſtre-

postremâ Authoris recognitione. 4. ſ. 1546. 8.

Epitome *Fabii Quintiliani* ſummo & ingenio & diligentiâ collecta, quâ poſſit ſtudioſa juventus, quicquid eſt Rhetoricæ Inſtitutionis apud ipſum Authorem, breviore compendio & multò faciliùs adſequi: Authore *Jonâ Philologo*. 18. d. 1547. 8.

De ſyllabarum quantitate, regulæ ſpeciales, quas *Despauterius* in carmen non redegit: Authore *Maturino Corderio*, Grammatices Profeſſore. 8. d. 1546. 8.

Tabulæ *Joannis* MURMELLII *Ruremundenſis* in artis componendorum verſuum Rudimenta. 6. d.

Methodus conſcribendi Epiſtolas, per *Chriſtophorum Hegendorphinum*.

Ejusdem Dragmata locorum tum Rhetoricorum, tum Dialecticorum, cum exemplis & optimis quibusque Authoribus. Ejusdem exempla ſtatûs conjecturalis, finitivi, qualitatis. 6. d. 1547. 8.

De figuris ſententiarum ac verborum, *P. Rutilii Lupi* Rhetoris antiquiſſimi libri duo, ita nunc reſtituti, ut & legi & intelligi magno ſtudioſorum commodo poſſint. AQUILÆ *Romani* liber unus. *Julii Rufiniani* de iis, quæ ab *Aquila* prætermiſſa erant, libellus, & præterea ejusdem libri duo. 10. d. 1541. 8.

Tabulæ de Schematibus & Tropis *Petri Moſellani*. In Rhetorica *Philippi Melanchthonis*. In ERASMI *Roterodami* libellum de duplici copiâ. 8. d. 1542. 8.

Johannis Despauterii de ſyllabarum quantitate compendium, per *Johannem Pelliſſonem* excerptum. Ejusdem *Pelliſſonis* Appendix de Accentibus. 6. d.

Tabulæ breves & expeditæ *Georgii Caſſandri* in præceptiones Rhetorices: Ex postremâ recognitione. 6. d.

Tabulæ præceptionum dialecticarum, quæ quàm breviſſimè & planiſſimè artis methodum complectuntur: in puerorum

& rudium

& rudium gratiam : Authore *Georgio Caſſandro*. . . 8. d.

Dictionarium Latino-Gallicum locupletius, Theſauro noſtro recèns excuſo, ita ex adverſo respondens, ut extra pauca quædam aut obſoleta, aut minùs uſitata vocabula, in hôc eadem ſint omnia, eodem ordine, ſermone patrio explicata : adjectis Authorum appellationibus, quas in ſuperiore Latino-gallico prætermiſeramus. . . . 60. ſ. 1546. fol.

Dictionaire François-latin, autrement dict, Les mots François, avec les manieres d'uſer d'iceulx, tournez en Latin. Corrigé & augmenté. . . . 30. ſ. 1549. fol.

Dictionariolum puerorum à poſtremâ Editiône, Authorum productionibus, ac permultis loquendi formulis adauctum, ut deinceps pueri ad ipſorum etiam vocabulorum uſum paulatim aſſuescant. Ad illuſtriſſimum Principem, atque ampliſſ. Cardinalem *Lotharingium*.

Dictionarium Hiſtoricum ac Poeticum : omnia Gentium, Hominum, Locorum, Fluminum, ac Montium antiqua recentioráque ad ſacras ac prophanas Hiſtorias, Poetarúmque fabulas intelligendas neceſſaria vocabula, bono ordine complectens. . . . C. 1553. 4.

Dictionarium Latino-Græcum. In hôc ſingulæ dictiones ac locutiones Latinæ Græcis vocibus ac ſententiis præmiſſæ, magnum utriusque Linguæ commercium indicant. Hujus autem plurima pars ex *Budæi* vigiliarum reliquiis excerpta eſt. Ad illuſtriſſ. Principem, atque ampliſſ. Cardinalem *Lotharingum*. . . C. 1554. 4.

Dictionarium poeticum, quod vulgò inſcribitur Elucidarius Carminum, multò quàm antea emendatius. . 2. ſ. 6. d. 1550. 4.

Dictionarium propriorum Nominum, Virorum, Mulierum, Populorum, Idolo-

rum,

rum, Urbium, Fluviorum, Montium, cæterorúmque Locorum quæ paſſim in Libris Sacris leguntur. . . 12. ſ. 1541. 4.

Les mots Francois ſelon l'ordre des Lettres, ainſi que les fault eſcripre : tournez en Latin, & amplifiez de beaucoup pour l'utilité des enfans.

De Latinis & Græcis Nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum, Piscium, & Avium Liber, Ex *Ariſtotele*, *Theophraſto*, *Dioscoride*, *Galeno*, *Nicandro*, *Athenæo*, *Oppiano*, *Æliano*, *Plinio*, *Hermolao Barbaro*, & *Johanne Ruellio* : cum Gallicâ eorum nominum appellatione. 1. ſ. 4. d. 1544. 8.

Laurentii Vallæ de Latinæ Linguæ elegantiâ libri VI. De reciprocatione *Sui* & *Suus* lib. I.

Ejusdem in *Antonium Raudenſem* Annotationum libellus. In POGIUM *Florentinum* Apologeticus & Scenicus Actus admodum feſtivus ac facetus. *Jodoci Badii Aſcenſii* in ſex de Latinæ Linguæ Elegantiâ libros, & libellum de reciprocatione, poſtrema Epitome ab ipſo recognita, & excuſa abhinc annos quindecim. . 10. ſ. 1533. 8.

Ejusdem libri in *Pogium*, cum libello in *Raudenſem* & Indice. . . 5. ſ. 1529. 4.

Pædologia *Petri Moſellani*, Dialogi XXXVII. Dialogi pueriles *Chriſtophori Hegendorphini* XII. . . . 10. d. 1531. 8.

D. ERASMI *Roterod.* varia Colloquia. 2. ſ.

Ejusdem de octo Orationis partium conſtructione libellus, cum Commentariis *Junii Rabirii*. . . 2. ſ. 1538. 8.

Ejusdem de rectâ Latini Græcíque Sermonis pronuntiatione Dialogus. . 20. d. 1530. 8.

Paraphraſis, ſeu potiùs Epitome inſcripta *D.* ERASMO *Roterod.* luculenta, juxtà ac brevis in Elegantiarum libros *Laurentii Vallæ*, ab ipſo jam recognita : cum Gallicâ tum dictionum, tum locutionum expoſitione. . . 2. ſ. 6. d. 1530. 8.

Caroli BOUILLI *Samarobrini* liber de Differentiâ Linguarum vulgarium & Gallici sermonis varietate. Quæ voces apud *Gallos* sint factitiæ & arbitrariæ vel Barbaræ, quæ item ab origine Latinâ manârint. De hallucinatione Gallicanorum nominum. . . . 2. f. 1533. 4.

De *Mibi* & *Nihil* tum scribendis tum proferendis Assertio, in gratiam puerorum. 5. d. 1540. 8.

Bellum Grammaticale. . . . 6. d. 1528. 8.

Accentuum difficilium Compendium, à *Francisco Menese* Minoritâ *Hispano* æditum. . . 8. d. 1527. 8.

Libellus de Accentibus, qui vulgò *Prisciano* attribuitur. . . 3. d. 1526. 8.

RHETORICA, ORATORIA.

M. Tul. Ciceronis Opera majore formâ, in quatuor Tomos divisa, quorum singuli, varias lectiones postpositas habent ex permultis veteribus ac manu scriptis Codicibus desumptas: ac præterea Indicem rerum ac verborum copiosissimum, nihil ut jam in *Cicerone* desyderari possit, quod non promptissimè reperiatur. 1539. fol.

Ejusdem Orationes minori formâ & characteribus elegantiff. Italicos *Aldi Manutii* characteres proximè referentibus, post omnes omnium Editiones accuratissimè emendatæ, collatis libris manu scriptis, & adhibito judicio acerrimo. Cum *Hieronymi Ferrarii* ad *Paulum Manutium* emendationibus in Philippicas *Ciceronis*. . . 20. f. 1544. 8.

Seorsum singula Volumina impressa iisdem characteribus hæc sunt:

Epistolæ familiares, diligentiùs quàm quæ hactenus exierunt, emendatæ. *Pauli Manutii* Scholia, quibus & loci familiarium Epistolarum obscuriores explanantur: & castigationum, quæ in iisdem

Epistolis

Epiſtolis factæ ſunt, ratio redditur. 6. ſ. 6. d. 1543. 8.

Aliæ Romanis characteribus: Cum *Petri Victorii* ſuarum in easdem caſtigationum explicationibus. 7. ſ. 6. d. 1541. 8.

Epiſtolæ ad *Atticum*, ad *M. Brutum*, ad *Quintum* fratrem, ſummâ diligentiâ caſtigatæ, ut in iis menda, quæ plurima erant, pauciſſima jam ſuperſint.

Pauli Manutii in easdem Epiſtolas Scholia, quibus abditi locorum ſenſus oſtenduntur, cum explicatione caſtigationum, quæ in his Epiſtolis penè innumerabiles factæ ſunt. 7. ſ. 6. d. 1543. 8.

Rhetoricorum ad *C. Herennium* libri IIII. De Inventione libri II. De Oratore ad *Quintum* fratrem lib. III. De claris Oratoribus, qui dicitur *Brutus*, lib. I. Oratoris ad *Brutum* lib. I. Topicorum ad *Trebatium* lib. I. Oratoriarum partitionum lib. I. Ejusdem de optimo genere Oratorum Præfatio quædam. Variæ lectiones ad calcem rejectæ. 8. ſ. 1544. 8.

Iidem Rhetorici libri minimâ formâ, minutísque characteribus. 2. ſ. 1537. 12.

Ad *Q.* Fratrem Dialogi de Oratore minimâ formâ minutísque characteribus. 20. d. 1537. 12.

De Oratore ad *Quintum* fratrem, lib. III. De claris Oratoribus, qui dicitur *Brutus*, lib. I. Orator ad *Brutum*, lib. I. Ejusdem de optimo genere Oratorum Præfatio quædam. Variæ lectiones ad calcem rejectæ. 4. ſ.

Rhetoricorum ad *C. Herennium*, lib IIII. De Inventione, lib. II. Topica ad *Trebatium*, lib. I. Oratoriæ partitiones. lib. I. Variæ lectiones ad calcem rejectæ. 3. ſ.

Epiſtolæ ad *Atticum*, ſummâ diligentiâ caſtigatæ, ut in iis menda, quæ plurima erant, pauciſſima jam ſuperſint.

Pauli Manutii in easdem Epiſtolas Scholia, quibus abditi locorum ſenſus oſtendun-

tur: cum explicatione caſtigationum, quæ in his Epiſtolis penè innumerabiles factæ ſunt. . . 7. ſ. 6. d. 1543. 8.

Officiorum, lib. III. *Cato* major, vel de Senectute. *Lælius*, vel de Amicitiâ. Paradoxa *Stoicorum* VI. Somnium *Scipionis*, ex lib. VI. de Republicâ. Quæ qui leget, facilè, quantum in iis emendandis ſtudium ſit adhibitum, intelliget. Additæ ſunt in extremo Opere variæ lectiones è libris manu ſcriptis, & ex ingenio. . . 3. ſ. 1549. 8.

Rhetorici, ſeu de Inventione lib. II. cum *M. Fabii Victorini* Rhetoris doctiſſimi Commentariis ſeparatim expreſſis. 4. ſ. 6. d. 1537. 4.

Ad *C. Trebatium* Topica. . . 6. d. 1528. 8.

In Topica CICERONIS *Anitii Manlii Severini* BOETII Commentarius. . 3. ſ. 1532. 8.

Ejuſdem *Boetii* de Differentiis Topicis lib. IIII. . . 10. d. 1534. 8.

Ad *Marcum Brutum* Orator. Explicatio quorundam locorum difficilium, Authore *Philippo Melanchthone*. . 1. ſ. 3. d. 1534. 8.

Victoris Piſani Patricii *Veneti*, in *M. Tulli Ciceronis* Oratorem Commentarium. 10. d. 1533. 4.

In *Ciceronis* Partitiones Commentaria *Georgii Vallæ*. . . 2. ſ. 1528. 8.

De Philoſophiâ, prima pars, id eſt Academicarum Quæſtionum Editionis primæ liber ſecundus, Editionis ſecundæ liber primus. De Finibus bonorum & malorum libri V. *Tusculanarum* Quæſtionum libri V. Secunda item, id eſt de Naturâ Deorum libri III. De Divinatione libri II. De Fato lib. I. De Legibus libri III. De Univerſitate liber. *Q. Ciceronis* de petitione Conſulatûs ad *M.* Fratrem lib. I. Quæ ſunt omnia, collatis Libris manu ſcriptis, & adhibito judicio, locis non paucis emendata. Scholia item *Pauli Manutii*, quibus *Ciceronis* Philoſophia partim corrigitur, partim explanatur. 10. ſ. 1543. 8.

Tusculana-

Tusculanarum Quæstionum ad *M. Brutum* lib. v. . . 2. f. 6. d. 1542 8.

Officiorum libri III. *Cato* major, vel de Senectute. *Lælius*, vel de Amicitiâ. Paradoxa *Stoicorum* VI. Somnium *Scipionis*, ex libro sexto de Republicâ. Quæ qui leget, facilè quantum in iis emendandis studium sit adhibitum intelliget. Additæ sunt in extremo Opere variæ lectiones è libris manu scriptis, & ex ingenio. . . . 2. f. 6. d. 1543. 8.

Iidem Officiorum libri minimâ formâ, minutísque characteribus. . 1. f. 6. d. 1545. 12.

Dialogi de Amicitiâ, de Senectute: cum *Erasmi* Annotationibus. . . . 1. f.

Orationum seorsùm in gratiam puerorum excusarum nomina.

Oratiò pro *P. Quintio*, & *Rosc.* Comœdo. 10. d.

Pro *L. Flacco* Oratio, multò quàm antea castigatior. . . 8. d.

Pro *A. Cluentio Habito.* 1. f. 4. d. Pro *L. Murænâ.* . . 8. d.

Pro *A. Cecinnâ.* 8. d. Pro Lege *Manilià.* 8. d.

In *Lucium Pisonem.* 8 d. Pro *M. Cœlio.* 6. d.

Pro *Sexto Roscio Amerino.* . . 10. d.

Pro *Archiâ* Poetâ, Pro *M. Fonteio*, Antequam iret in exilium. . . 8. d. 1539. 8.

Pro *M. Marcello*, Pro *Q. Ligario*, Pro Rege *Dejotaro.* . . 6. d.

Pro *P. Syllâ*, & pro *L. Cornelio Balbo.* . 1. f.

C. Crispi Sallustii in *M. T. Ciceronem* Oratio. 2. d.

In *Catilinarias M. Tul.* CICERONIS invectivas *F.* SYLVII *Ambiani* Commentarii luculentissimi. . . 6. f.

In *Ciceronis* Partitiones Commentaria *Georgii Vallæ.* . . 2. f. 1528. 8.

Marci Tullii Ciceronis Sententiæ illustriores, Apophthegmata item, & Parabolæ, sive Similia: aliquot præterea ejusdem piæ sententiæ. Authore *Petro* LAGNERIO *Compendiensi.* . . 2. f. 6. d. 1548. 8.

M. Tullii Ciceronis Paradoxa ad *M. Brutum*,

Audomari Talæi commentationibus explicata, ad CAROLUM *Lotharingium* Cardinalem. . . 1. f. 3. d. C. 1551. 4.

C. Plinii Secundi Novocomenſis, Epiſtolarum lib. x. Ejusdem Panegyricus *Trajano* Principi dictus. Ejusdem de Viris illustrib. in re militari, & in adminiſtrandâ Repub. *Suetonii Tranquilli* de Claris Grammaticis & Rhetoribus liber. Quibus adjectus eſt Index copioſiſſimus. *Julii Obſequentis* Prodigiorum liber. . 6. f. 6. d. 1529. 8.

Ejusdem *Plinii* de Viris illuſtribus liber, qui vulgò *Cornelio Nepoti* aſcribitur, ſeorſum impreſſus. . . 1. f. 1545. 8.

M. Fabii Quintiliani Oratoris eloquentiſſimi, Inſtitutionum oratoriarum lib. XII. 12. f. 1542. 4.

M. Fabii Victorini Rhetoris doctiſſimi Commentarii in Rhetoricos *M. Tullii Ciceronis*, antea deminuti, nunc primùm veterum Exemplarium ope, ſimul & ſtudioſorum hominum operâ in integrum reſtituti. 4. f. 6. d. 1537. 4.

Libri Dialecticæ Legalis quinque, Authore *Chriſtophoro Hegendorphino*. . 20. d. 1532. 8.

POETICA.

Diſticha de moribus, nomine *Catonis* inſcripta, cum Latinâ & Gallicâ Interpretatione. Dicta Sapientum cum ſuâ quoque Interpretatiunculâ. Omnia recognita, nonnulla adjecta, quædam immutata. . . 1. f. 3. d. 1536. 8.

Eadem ſinè Commentariis. . 3. d.

Q. Horatii Flacci Poemata. Ratio menſuum, quibus Odæ ejusdem Poetæ tenentur. Centimetrum *Marii Servii*. Variæ lectiones ex vetuſtiſſimis Codicibus. 3. f. 6. d. 1544. 8.

Ejusdem Epiſtolæ. . . 8. d.

Ejusdem Ars Poetica, cum trium doctiſſimorum Commentariis, *Jani Parrhaſii*, *Acronis*, *Porphyrionis*. Adjectæ ſunt ad calcem doctiſſimæ *Glareani* Annotationes. 2. f. 1533. 4.

M. Hiero-

M. Hieronymi VIDÆ *Cremonenſis* de Arte Poeticâ libri tres. . . 10. d. 1527. 8.

Ars verſificatoria *Hulderici Hutteni* . 3. d. 1526. 8.

Jun. Juvenalis Satyræ XVI.

A. Perſii Satyræ VI. ad vetuſtiſſ. ſcripta Exemplaria emendatæ : quorum varias lectiones ad calcem rejecimus. . 20. d. 1544. 8.

M. Annei Lucani de bello civili libri X. ad vetuſtiſſima ſcripta Exemplaria emendati : quorum varias lectiones ad calcem rejecimus. Ejusdem Vita in fine Operis. . . 3. ſ. 1545. 8.

P. Ovidii Heroidum Epiſtolæ. . 1. ſ. 4. d. 1541. 8.

A. Perſii Flacci Satyræ ſex. . . 4. d. 1527. 8.

M. Plauti Comœdiæ XX, ex antiquis, recentioribúsque Exemplaribus invicem collatis diligentiſſimè recognitæ. Quarum carmina, magnâ ex parte in menſum ſuum reſtituta ſunt. Authoris Vita. Argumenta ſingularum Comœdiarum. Tralatio Græcarum dictionum. 15. ſ. 1529. fol.

Salmonii MACRINI *Juliodunenſis* Cubicularii Regii, Hymnorum ſelectorum libri tres. . . 2. ſ. 6. d. 1549. 8.

Ejusdem Hymnorum libri ſex, ad *Jo. Bellaium*, S. R. E. Cardinalem ampliſſ. 1. ſ. 3. d 1537. 8.

P. Terentii Comœdiæ ſex, tum ex *Donati* Commentariis, tum ex optimorum præſertim veterum Exemplarium collatione, diligentiùs, quàm unquam antehac, emendatæ. *Ælii Donati* antiquiſſimi & celeberrimi Grammatici, aliorúmque veterum in easdem quicunque extant Commentarii ex veteri Codice manu deſcripto, Græcis etiam repoſitis, accuratè caſtigati. *Calphurnii* in tertiam Comœdiam doctiſſima Interpretatio. 15. ſ. 1536. fol.

Terentius ſinè Commentariis. In ſingulas Scenas Argumenta, ferè ex *Ælii Donati* Commentariis tranſcripta. Verſuum genera per ERASMUM *Roterodamum*. . . 4. ſ. 1536. 8.

Terentius,

Terentius, parvâ formâ, minutis characteribus. . . 2. ſ. 1541. 12.

Andria *Terentii*, omni Interpretationis genere, in adolescentulorum gratiam, facilior effecta: ut ex hâc Comœdiâ omnes deinde alias ab eodem Comico conſcriptas nullo negotio aſſequantur juvenes bonarum literarum ſtudioſi. . 5. ſ. 1546. 8.

Valerii Maximi dictorum factorúmque memorabilium Exempla. Adjecto Indice propriorum Nominum, rerúmque memoriâ dignarum locupletiſſimo. Variæ lectiones ex veruſtiſſimis Codicibus. 5. ſ. 1545. 8.

P. Virgilii Maronis Opera minori formâ. 5. ſ. 1533. 8.

Eadem ipſius Opera, cum *Mauri Servii Honorati* Grammatici Commentariis ex antiquis Exemplaribus ſuæ integritati reſtitutis. Caſtigationes & varietates *Virgilianæ* lectionis, per *Johannem Pierium Valerianum*. . 30. ſ. 1532. fol.

Ejusdem Bucolica. . . 6. d.

Sententiæ veterum Poetarum, per *Georgium Majorem* in locos communes digeſtæ, ac tandem poſt Authoris ſupremam manum, multùm auctæ & locupletæ.

Antonii Mancinelli de Poeticâ Virtute libellus.

Index Sententiarum & Proverbiorum. 2. ſ. 6. d. 1551. 8.

La Tragedie d'*Euripide*, nommée *Hecuba*, traduicte de Grec en rhythme Francoiſe, dediée au Roy. . . 1. ſ. 1544. 8.

Historica.

C. Julii Cæſaris rerum ab ſe geſtarum Commentarii. De bello Gallico libri VIII. De bello civili Pompeiano libri III. De bello Alexandrino liber I. De bello Africo liber I. De bello Hiſpanienſi liber I. Ex vetuſtiſſ. ſcriptis Codicibus emendatiores. Pictura totius Galliæ, Pontis in Rheno, Avarici, Alexiæ, Uxelloduni,

Maſſiliæ,

Maſſiliæ, per *Jucundum Veronenſem*, ex Deſcriptione *Cæſaris*. Veterum Galliæ Locorum, Populorum, Urbium, Montium, ac Fluviorum brevis Deſcriptio. 10. f. 1544. 8.

C. Suetonii Tranquilli XII. Cæſares, ex vetuſto Exemplari emendatiores multis locis. 4. f. 1543. 8.

Dion Caſſius Nicæus, *Ælius Spartianus*, *Julius Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanus* de Imperatoribus Romanorum: cum *Johannis Baptiſtæ* EGNATII *Veneti* in eosdem Annotationibus. 4. f. 1544. 8.

Herodiani Hiſtoriæ de Imperio poſt *Marcum*: vel de ſuis temporibus, è Græco translatæ, *Angelo Politiano* Interprete. 2. f. 1544. 8.

Trebellius Pollio, & *Flavius Vopiscus*, de Imperat. Ro. *Johannis Baptiſtæ Egnatii* in eosdem Annotationes. *Sex. Aurelius Victor* & *Pomponius Lætus*.

Johannis Baptiſtæ Egnatii Romanorum Principum libri III. 4. f. 6. d. 1543. 8.

Ammiani Marcellini rerum geſtarum libri XVIII. à decimo quarto ad trigeſimum primum. Nam XIII priores deſiderantur. Quanto verò caſtigatior hic Scriptor nunc prodeat, ex *Hieronymi Frobenii* Epiſtolâ, quam hâc de cauſâ addidimus, cognoſces. Librum trigeſimum primum qui ex Exemplari *Frobeniano* non habetur, adjecimus ex Codice *Mariangeli Accurſii*. 6. f. 1544. 8.

C. Criſpi Salluſtii de Conjuratione *Catilinæ* Hiſtoria. Ejusdem de bello *Jugurthino*. *Portii Latronis* Declamatio contra *L. Catilinam*. Fragmenta quædam ex libris Hiſtoriarum *C. Criſpi Salluſtii*. Ex vetuſtiſſ. Codicibus omnia emendatiora: & ad finem, variæ lectiones annotatæ. 3. f. 1544. 8.

Juſtini ex *Trogi Pomp.* Hiſtoriis externis libri XXXIIII. veteris Exemplaris beneficio repurgati. 3. f. 1543. 8.

Turcicarum rerum Commentarius *Pauli Jovii* Episcopi *Nucerini* ad *Carolum* V. Imperatorem Augustum, ex Italico Latinus factus, *Francisco* NIGRO *Bassianate* Interprete. Origo Turcici Imperii. Vitæ omnium Turcicorum Imperatorum. Ordo ac Disciplina Turcicæ militiæ exactissimè conscripta, eodem *Paulo Jovio* Authore. . . . 1. f. 3. d. 1538. 8.

De rebus Turcarum ad FRANCISCUM *Gallorum* Regem Christianiss. libri v. *Christophoro Richerio Thorigneo Senone*, cubiculario Regio, & Cancellario *Franciæ* à Secretis Auctore. De origine *Turcarum*, & *Ottomani* Imperio. De moribus & institutis illius gentis. De TAMMERLANIS *Parthi* rebus gestis. De expugnatâ à MAOMETHE *Constantinopoli*. De *Castellinovi Dalmatiæ* Oppidi recenti direptione. . . 2. f. 1540. 8.

Exemplaria Literarum, quibus & Christianissimus Galliarum Rex *Franciscus* ab adversariorum maledictis defenditur: & controversiarum causæ, ex quibus bella hodiè inter ipsum & *Carolum* quintum Imperatorem emerserunt, explicantur: unde ab utro potiùs stet jus æquumque, Lector prudens perfacilè deprehender. . . 5. f. 1537. 4.

Dionis Nicæi, Rerum Romanarum à *Pompeio* Magno, ad *Alexandrum Mamææ* filium Epitome, *Joanne Xiphilino* Auctore, & *Gulielmo* BLANCO *Albiensi* Interprete: Ad *Georgium Armeniacum*, Cardinalem ampliss. . . . 8. f. 1551. 4.

Oratio de Sententiâ Christianiss. Regis scripta ad Sereniss imos, Reverendiss imos, Illustriss imos, Excellentiss imos, Magnificos, Spectabiles Viros, universósque sacri Imperii Ordines *Spiræ* conventum agentes. . . . 2. f. 1544. 4.

Oraison escripte suyvant l'intention du Roy

Tres-

Treschreſtien, aux Sereniſſimes, Reverendiſſimes, Tresilluſtres, Tresexcellens, Magnifiques, Treshaults Seigneurs, & à tous les Eſtats du ſainct Empire aſſemblez en la Ville de *Spire*. 1. ſ. 6. d. 1544. 4.

Defence pour le Roy de France Treschrestien, à l'encontre des injures & detractions de *Jaques Omphalius*, faicte nagueres en Latin par un ſerviteur du Roi, & maintenant traduicte en Francois par *Simon Brunel*. . . 2. ſ. 1544. 4.

De rebus in *Galliâ Belgicâ* nuper geſtis, & pace reſtitutâ Carmen. . 2. d. 1545. 8.

Apologia cujusdam Regiæ famæ ſtudioſi, quâ Cæſariani Regem Chriſtianiſſ. arma & auxilia Turcica evocâſſe vociferantes; impuri mendacii & flagitioſæ calumniæ manifeſtè arguuntur. . . 15. d. C. 1551. 4.

Apologie par un Serviteur du Roy, contre les calomnies des Imperiaulx, ſur la deſcente du Turc. . . 1. ſ. C. 1551. 4.

Altera Apologia, pro Rege Chriſtianiſſimo contra Cæſarianos, in quâ de cauſis belli inter Regem & Cæſarem recèns orti breviſſimè & veriſſimè agitur. . C. 1552. 4.

Seconde Apologie, contre les calomnies des Imperiaulx: ſur les cauſes & ouvertures de la Guerre.

Apophthegmatum Opus cumprimis frugiferum, vigilanter ab ipſo recognitum Authore, è Græco Codice correctis aliquot locis, in quibus Interpres *Diogenis Laertii* lapſus erat: *Deſ.* ERASMO *Roterodamo* Authore. . 8. ſ.

PROPHANA.

ÆSOPI *Phrygis* Vita & Fabulæ à Viris doctiſſimis in Latinam Linguam converſæ. Apologi ex Chiliadibus Adagiorum *Erasmi*, ex Lamiâ *Politiani*, *Crinito*, *Johanne Antonio Campano*, *Gellio*, *Ger-*

bellio, *Mantuano* & *Horatio*. Fabulæ item *Aniani*, *Hadriano Barlando*, & *Gulielmo Hermanno* Interpretibus. Fabulæ præterea *Laurentii Abstemii*. . 2. ſ. 6. d. 1537. 8.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Juris Civilis Volumen primum, 8. ſ. Secundum, 7. ſ. 6. d. Tertium, 10. ſ. Quartum; 6. ſ. Quintum, 8. ſ. 6. d. Summa, 40. ſ. } 1528. 8.

Inſtitutionum Imperialium libri IIII. 4. ſ. }

Gulielmi BUDÆI *Pariſienſis* Conſiliarii Regii, ſupplicúmque libellorum in Regiâ magiſtri, de Aſſe & partibus ejus libri quinque, ab ipſo Authore noviſſimè & recogniti & locupletati. . 18. ſ. 1542. fol.

Ejusdem Forenſia. . . 12. ſ. 1544. fol.

Forenſium verborum & loquendi generum, quæ ſunt à *Gulielmo Budæo* proprio Commentario deſcripta, Gallica de Foro *Pariſienſi* ſumpta Interpretatio.

Gallicus forenſium verborum Index: cui ex diverſo respondet Latina ex *Gulielmi Budæi* forenſibus collecta Interpretatio.

Libri de re Ruſticâ, *M. Catonis* liber I. *M. Terentii Varronis* libri III. Per *Petrum Victorium*, ad veterum Exemplarium fidem, ſuæ integritati reſtituti. *L. Junii Moderati Columellæ* de Re ruſticâ libri XII. Ejusdem de Arboribus liber ſeparatus ab aliis. *Palladii Rutilii Tauri Æmiliani*, viri illuſtris, de Re ruſticâ libri XIIII. *Petri Victorii* explicationes ſuarum in *Catonem*, *Varronem*, *Columellam* caſtigationum. *Philippi Beroaldi* in libros XII. *Columellæ* Annotationes. *Aldus* de dierum generibus, ſimúlque de umbris & horis, quæ apud *Palladium*. . . . 16. ſ. 1544. fol.

Seminarium & Plantarium fructiferarum præſertim Arborum, quæ poſt hortos conſeri ſolent, denuò auctum & locupletatum. Huic acceſſit alter libellus de conſerendis Arboribus in Seminario: dé- 12. ſ. 1543. 8.

que

que iis in Planitarium transferendis atque inferendis. . . 2. f. 1536. 8.

De re hortensi libellus, vulgaria Herbarum, Florum ac Fruticum, qui in Hortis conseri solent, nomina, Latinis vocibus efferre docens ex probatis Authoribus: in adolescentulorum gratiam, multò quàm antea locupletior factus. Cui nuper additus est alius libellus de cultu & satione Hortorum ex antiquorum sententiâ. 1. f. 6. d. 1536. 8.

De Vasculis libellus, ex *Bayfio* decerptus, additâ vulgari Latinorum vocum Interpretatione. . . 8. d. 1535. 8.

De re vestiariâ Libellus, ex *Bayfio* excerptus: additâ vulgaris Linguæ Interpretatione, in adolescentulorum gratiam atque utilitatem. Secunda Editio. . 10. d. 1535. 8.

Caroli Stephani, de nutrimentis ad *Baillyum* libri tres. . . 2. f. 1550. 8.

Joannis VALVERDI *Hamuscensis*, de animi & corporis sanitate tuendâ libellus ad *Hieronymum Verallum* Cardinalem amplissimum apud *Francorum* Regem Legatum, cum Indice copiosissimo. . 2. f. C. 1552. 8.

De Arte supputandi libri IIII. *Cutheberti Tonstalli*. . . 4. f. 1529. 4.

De Puellâ, quæ sinè cibo & potu vitam transigit, brevis narratio, teste & Authore *Gerardo Bucoldiano* Physico Regio. 2. f. 1542. 8.

Orus Apollo Niliacus de Hierogliphicis notis, à *Bernardino* TREBATIO *Vincentino* Latinitate donatus. . . 8. d. 1530. 8.

Petri Bunelli familiares aliquot Epistolæ, in adolescentulorum *Ciceronis* studiosorum gratiam. . . 18. d. C. 1551. 8.

L. Feneſtella de Magistratibus, Sacerdotiisque *Romanorum*.

Pomponius Lætus itidem de Magistratibus & Sacerdotiis, & præterea de diversis Legibus *Romanorum*. . . 1. f. 3. d. 1544. 8.

Pauli JOVII *Novocomensis* Vitæ duodecim Vicecomitum *Mediolani* Principum, cum

iconibus illorum ad vivum expreſſis. Ex Bibliothecâ Regiâ. . 6. ſ. 1549. 8.

Abbregé de l'Hiſtoire des Vicontes & Ducs de *Milan*, le droict desquels appartient a la coronne de *France*: Extraict en partie du Livre de *Paulus Jovius*. Avec les Pourtraicts d'aucuns desdicts Vicontes & Ducs, repreſentez apres le naturel. A Monſeigneur *Anne*, Duc de *Montmorency*, Pair, Grand Maiſtre, & Conneſtable de *France*. . . 2. ſ. 6. d. 1552. 4.

Lazari Bayfii Annotationes in L. de Captivis & poſtliminio reverſis. in quibus tractatur De re navali.

Ejusdem Annotationes in Tractatum De auro & argento leg. quibus Veſtimentorum & Vasculorum genera explicantur.

Antonii Thyleſii de coloribus libellus à coloribus veſtium non alienus. . 10. ſ. 1549. 4.

Hactenus

Hactenus *Lutetiæ* floruit ROBERTUS STEPHANUS: de quo plura quidem, quàm de aliis, dixi: pauciora tamen, quàm ejus eruditio postulet & Librorum ab eo impressorum nitor ac copia. Illius quod vitæ supereſt, postquam *Genevam* migraverit, in alium deinceps locum rejicere visum est, ne limites huic Volumini præscriptos nimiùm transgrediar.

ROBERTO STEPHANO JOANNEM ROIGNY & MICHAELEM VASCOSANUM tempus, cognatio, artisque consortium junxerunt; nec ideo hos ab illo convenit separari.

JOANNES (a) ROIGNY, (b) Librarius Universitatis *Parisiensis* juratus, (c) BADII Gener, (d) anno 1529. innotuit, & ad (e) annum usque 1562. multis & luculentis Librorum Editionibus inclaruit. His siquando ullum affigebat Insigne, eodem, quo Socer, utebatur scilicet (f) Prælo *Ascensiano*. Habuit Officinam (g) in *Viâ Jacobæâ* sub Basilisco & quatuor Elementis. Characteres (h) Græci, & Latini, cùm (i) Romani tum (k) Italici, quibus Libri apud ipsum imprimebantur, elegantiâ suâ enituerunt. Socios in Arte Typographicâ, multos quidem delegit, sed non nisi optimos eruditione induſtriâque celebres: quales extiterunt ipsius Socer (l) BADIUS, affines (m) ROBERTUS STEPHANUS & (a)

(a) CICER. Epist. 1531. vel ROGNY Cæsar. Comm. 1543. vel ROYGNI Alexand. Aphrodis. in Topic. 1542. vel DE ROIGNY Terent. 1552.

(b) Vide Privileg. APHRODIS. in Topic. 1542.

(c) De quo antea.

(d) CAILLE, p. 97.] *Rob. Senal.* de mensur. 1529. cujus libri secunda Editio 1535. & tertia 1547. apud eundem *Roigny*.

(e) GUILLIAUD. in Evangel. MATTH. 1562.

(f) CICER. Epistol. 1531. APHRODIS. in Topic. 1542.

(g) *In Viâ ad divum Jacobum* CICER. Epistol. 1531. *sub Basilisco in Viâ Jacobæâ*. Symboli Apostol. explanationem suam primùm edidit ERASMUS 1533. *sub Basilisco & quatuor Elementis.* PET. LOMBARD. *Sentent.* 1537. *Sub Insigni quatuor Elementorum.* HOMER. Iliad. Lat. per *Hel. Eobanum.* 1550. *Joannes de* LA CAILLE (p. 105.) scribit *Joanni Roigny* idem, quod *Simoni Sylvio* (cujus supellectilem typographicam emerat) fuisse Insigne; arbustum scilicet cum hâc Epigraphâ, *Unicum Arbustum non alit duos Erithacos.* Vidi *Apophthegmatum Opus per* ERASMUM *Roterodamum*; excusum in 4. *Parisiis, venit apud* JOANNEM ROIGNY, *sub Basilisco, in Viâ Jacobæa. Anno* M.D.XXXIII. Qui Liber illud habet & in initio & in fine Arbustum cum illâ Epigraphâ. Neque ægre inducar credere, ipsum Librum, qui erat apud *Joannem* ROIGNY venalis, ex *Simonis* SYLVII prælo prodiisse, idemque SYLVII Symbolo denotatum. SYLVIUS enim (ut antea observavi) symbolum illud affigebat Libris, quos pro *Christiano* WECHELO excudebat. Vidi imò Librum isto Symbolo signatum, qui & *Joannis* ROIGNY & *Christiani* WECHELI nomen gerit: & paulò post proferetur.

(h) Vide Epistol. *Ludov.* REGII ad eclem Vit. BUD. 1540.

(i) CICER. Oration. cum Comment. 1536.

(k) CÆSAR. Comment. 1533. Vit. BUD. 1540. TERENT. 1552.

(l) CICER. Epistol. 1531. CÆSAR. Comm. 1533.

(m) BUD. de Asse, VASCOSANUS sibi, *Roberto* STEPHANO ac *Joanni* ROIGNY impressit 1542.

(a) CÆ-

& (a) VASCOSANUS, (b) CHRISTIANUS WECHELUS, (c) JOANNES PARVUS & PETRUS VIDOVÆUS, (d) SIMON COLINÆUS, (e) JOANNES LODOICUS TILETANUS, (f) GALEOTUS à PRATO & OLIVERIUS MALLARDUS Bibliopola Regius, (g) CAROLA GUILLARD, (h) MATTHÆUS DAVID, (i) GULIELMUS MORELIUS, (k) BENEDICTUS PREVOTIUS, (l) FEDERICUS MORELLUS; & (m) JACOBUS GAZELLUS.

JOANNES ROIGNY ex uxore ſuscepit MICHAELEM, qui paternis (n) poſtea ſtudiis animum adjecit.

MICHAEL VASCOSANUS (o) *Ambianus*, (p) in VARADÆORUM

(a) CÆSAR. Comment. VASCOSANUS ſibi ac *Joanni* ROIGNY impreſſit 1543.

(b) BASIL. de Spirit. Sanct. Latinè. Excudebat *Pariſiis Chriſtianus* WECHELUS ſub Scuto *Baſilienſi* communibus impenſis cum *Joanne* ROIGNY. ann. M.D.XXXII.

(c) VATABL. Paraphraſ. *Joanni* PARVO & *Joanni* ROIGNY *Petrus* VIDOUÆUS impreſſit 1539.

(d) APHRODIS. in ARISTOT. Elench. *Simon* COLINÆUS ſibi & *Joanni* ROIGNY impreſſit 1542.

(e) *Joannis* ROIGNY impenſis *Lodoici* impreſſit CICER. Oration. cum Comm. 1536. ASCON. in CICER. Oration. 1536. &c. De LODOICO dicetur poſtea.

(f) Impenſis *Galeoti* PRATENSIS & *Joannis* ROIGNY *Oliverius* MALLARDUS Bibliopola Regius excudebat Explanat. Precat. Dominic. 1538. CAILLE p. 109.] „ *Olivier Maillard* Imprimeur „ du Roy, imprima JOANNIS GILLOT „ *de Jurisdictione & Imperio lib.* II. *in* „ *quarto* en 1538. Il imprima pour JEAN „ ROIGNY *Breviarium Romanum Cardi-* „ *nal.* Franc. Quignonii *ſub Pontif.* Pau- „ lo III. *publicatum in octavo* en 1539. il „ y en a de pluſieurs grandeurs, & ce „ Breviaire fut fort deſiré des Eccleſiaſ- „ tiques, à cauſe qu'il n'y avoit que trois „ Leçons à dire. Cependant l'on y liſoit „ pendant tout le cours de l'année tou- „ te l'Ecriture Sainte. Il fut ſupprimé „ quelques années après ſa publication, „ ſur les plaintes de pluſieurs Religieux. „ Dialogue de *Platon* traduit du Grec „ par *Simon de Valembert* en 1542. Sa „ marque eſtoit celle de *Geoffroy Tory*, „ dont il avoit eu l'Imprimerie.

(g) ALEX. AB ALEX. *Genial. Dier.* Libri apud *Joannem* ROIGNY venales excudebantur in ædibus *Carolæ* GUILLARD 1539. de quâ mihi antea nonnihil dictum eſt & deinceps plura dicentur.

(h) *Joanni* ROIGNY *Pompon. Læt.* de Magiſtratib. excudebat *Matthæus* DAVID 1552. &

(i) HOMER. Iliad. Lat. per *Hel.* EOBAN. *Gulielmus* MORELIUS 1550. &

(k) TERENTIUM *Benedictus* PREVOTIUS 1552. &

(l) GUILLIAUD. in MATT. *Federicus* MORELLUS 1562. imprimebant: de quibus deinceps ſuo loco. Ex his conſtat *Joannem* ROIGNY aliis Typographis impenſas magis præbuiſſe quàm ſuam ipſe operam tradidiſſe, & Librarium ſeu Bibliopolam potiùs fuiſſe quàm Typographum. ROGERII Commentariis in CICER. *Lel.* ann. 1537. affixit pro Inſigni nudæ Amicitiæ iconem: & PLIN. Epiſtol. cum Comment. CATAN. Spei Imaginem, cum his verbis, *Spes præmii ſolatium eſt laboris*; Viro coràm aſtante & hoc Hemiſtichium pronunciante, *Nec me labor iſte gravabit* (VIRGIL. Æn. lib. II. vers. 708.) ſuperſcripto hôc proverbio, *Quod differtur, non auferetur*; ſubſcriptóque ſuo nomine IEHAN ROIGNY. Ad calcem Opuſculi de Doctrinâ morientium 1532. cernitur effigies Temporis equitantis ſuâque falce omnia dementis, hôc adjuncto Lemmate, *Reſpice finem.*

(m) Actuar. de Urin. 1548.

(n) Anno 1569.

(o) *Hiſtor. Typogr.* Pariſ. p. 17. 18. 19.

(p) Ibid. p. 21. 22.

(a) Ab

DÆORUM familiam à pueritiâ susceptus, & liberaliter educatus, & in adolescentiâ VARADÆI discipulus; BADII Gener nuptiis primis, (nam secundis ROBINAM COING duxerat) Typographus, & Librarius Universitatis *Parisiensis* juratus, tandémque (a) Typographus Regius, à Græcis THOMÆ MAGISTRI, PHRYNICHI & MOSCHOPULI Eclogis typographicorum laborum anno 1532. dedit initium; iisque ipse Epistolam præfixit, quam legisse eruditum neminem pœnitebit.

Ornatissimo Adolescenti NICOLAO STRABONI *bonarum literarum studiosiss.* MICHAEL VASCOSANUS *S. P. D.*

„ Etsi mihi nunquam dubium fuit, mi doctiss. *Nicolae*, magnam „ & duram esse provinciam Latinos Libros imprimere, durissimam „ Græcos præsertim emendatè; id etsi facilius sit tibi existimare „ quàm mihi scribere; non possum tamen non confiteri ipsius rei „ experientiam opinionem meam longè vicisse, ubi nunc datum est „ tempus, in quo laborem experiar, & diligentiam meam publicè „ ostendam. Aggressus sum rem quidem difficilem & sumptuosam „ curarúmque plenam. Sed me ipse consolabor hâc re maximè, si „ tibi gratas esse has lucubrationes meas videro; & prodesse omni„ bus audiero. En emitto selectiones Atticæ Linguæ *Thomæ Ma„ gistri*, *Manuelis Moschopuli*, & *Phrynichi*, quibus adjunxi *Orbicium*: „ & *Ælianum* de ordinibus exercitûs, formâ Enchiridii, in gratiam „ quorundam Aulicorum, qui id ut facerem enixè à me contende„ runt. Hos verò ipsos Auctores ob summum & propè divinum „ ingenium tuum & liberalissimum studium doctrinámque & egre„ gios mores, quibus abundas, sub tuo nomine æditos dono tibi of„ fero ac dedico, ut tibi hôc munere studiosi omnes debeant. Va„ le, & me (ut facis) ama. *Lutetiæ* pridie Calendas *Decembris* „ M.D.XXXII.

Ad hujus Libri calcem, erratorum Indicem neglectum sic excusat.

Ad Lectorem.

„ Collegeramus Errata hujus Libelli, Lector candidiss., quæ „ partim Exemplari corrupto, quod imitati sumus, initio nimium „ fidei adhibentes, partim festinatione quâdam, ut sit in hôc ge„ nere laboris, cùm te excusores literarum omnis moræ impatien„ tes improbè urgent, ut momento absolvas, quod in manibus ha-

(a) Ab ann. 1566. ad ann. 1576.

(a) Vide

„ bes; nihili facientes, an Liber emendatus an depravatus in lucem „ prodeat, modò ipſi ſuum penſum abſolvant; admiſimus in calce „ Operis adjecturi: ſed cùm nulla charta nobis relicta ſit integra, „ coacti ſumus inviti ea omittere. Quare nobis veniam dabis, ſi „ quid inter legendum mendorum deprehendas. Id ſi feceris, da- „ bimus operam porrò, ut optimos quosque Autores quàm emenda- „ tiſſ. in publicum emittamus, quibus ſtudia tua in dies magis ac ma- „ gis (quod unum ſpectamus) promoveamus. Vale.

In hâc Editione Græcâ omiſit Ciphras, quas (a) poſterioribus affixit.

(b) Habitâſſe eum in Viâ ad *Sanctum Jacobum* ſub ſigno Fontis ex ejus Librorum Inſcriptionibus comperimus. In ædibus *Aſcenſianis* Artem exercuiſſe, & præli *Aſcenſiani* Inſigne aſſumpſiſſe usque ad annum 1539. conſtat. Diutiſſimè rei litterariæ operam dediſſe Libri ipſius nomine (c) anno 1576. ſignati comprobant; & ante annum 1578. obiiſſe (d) privilegium ejus genero datum indicat. Siquid autem (e) ulteriùs excuſum à VASCOSANO occurrat, non ad patrem, ſed filium ((f) duos enim habuit, PETRUM anno 1542. 13. *April.* & MICHAELEM 1545. 23. *Aug.* natum) referendum eſt.

(g) VASCOSANUS ex coætaneis Typographis multos ſibi nactus eſt ſubſidiarios, ſuorúmque ſumptuum ac laborum participes; (h) PETRUM GAUDOUL, (i) JOANNEM PARVUM, (k) JOANNEM LODOICUM TILETANUM, (l) affines ſuos ROBERTUM STEPHANUM & JOANNEM ROIGNY, (m) GALEOTUM PRATENSEM, SIMONEM (n) COLINÆUM, (o) ODOINUM PARVUM, (p) ÆGIDIUM CORROZET, (q) MATHURINUM DU PUIS, (r) PONCETUM, (s) OLIVARIUM

(a) Vide GALEN. de Oſſib. 1543.
(b) *Hiſtor. Typogr.* Pariſ. p. 17.
(c) Politiques d'ARISTOTE. 1576.
(d) Lege Privileg. in PLUTARCH. Opuſcul. Gallic. (apud F. MOREL ann. 1581.) datum 1578. —— *Le Roy* Charles *dernier decedé devenant adverti des ſuffiſance, capacitez, & bonne diligente de feu* Michel Vascoſan, *& de* Federic Morel *ſon gendre, les auroit retenus pour ſes Imprimeurs, leur donnant privilege general privativement à tous autres d'imprimer tous Livres Grecs, Latins, & Francois, & autrement en toutes Langues, Sciences & Disciplines* &c.
(e) Hiſtoire des 9 *Charles*, fol. imprimé par VASCOSAN. 1583.
(f) CAILLE, p. 102.
(g) *Hiſtor. Typogr.* Pariſ. p. 19. 20. 21.
(h) Ann. 1533. 1534.
(ik) 1536.
(l) 1542. 1543.
(m) 1539. 1549.
(n) 1543.
(o) 1542. 1543. 1552.
(p) 1544.
(q) 1547.
(r) *Poncetum* PROBUM ſive LE PREUX (de quo priùs) 1551.
(s) 1556.

(a) 1557.

RIUM DE HARSY, (a) ſuúmque genérum FREDERICUM MORELLUM.

VASCOSANO quæ fuerit cùm Græcè Latinéque imprimendi, tum Latinè ſcribendi peritia, nemo vocabit in dubium, qui (b) Regii Diplomatis Exemplar, Epiſtolásque (c) & ab illo (d) & ad illum ſcriptas perlegerit.

Characterum, quibus utebatur VASCOSANUS, elegantiam nulli erudito licet ignorare; Typographis pauciſſimis æquare, neſcio equidem cui ſuperare, contigit.

Inter permulta in omni eruditionis genere Typographiæ Opera, (quorum copiam juxtà ac nitorem (e) correctionémque miramur, ſingulorúmque enumerationem ex Catalogo potiùs quàm deſcriptionem ex verbis petere Lector poterit) prælucent ſingulares illæ omnium (f) penè CICERONIS librorum Editiones in 4to variis temporibus

(a) 1557. Ii inter hos Typographos, quorum antè non facta eſt mentio, ſuis poſtea locis memorabuntur.

(b) *Hiſtor. Typogr.* Pariſ. p. 22.

(c) Ibid. p. 21.

(d) Ibid. p. 23. 24. 25. Lege binas à *Geneſ.* SEPULVEDÆ, & unam à *Jul. Cæſ.* SCALIGERO ad VASCOSANUM ſcriptas, quibus uterque ſuas lucubrationes doctiſſimi hujus Typographi curæ commendat.

(e) In BUD. *de Aſſ.* 1542. Errata tantùm tria numeravit.

(f) In Lectoris curioſi gratiam ſubjiciam Indicem, quo continentur ſingula CICERONIS Opuscula à VASCOSANO in 4. excuſa.

ad *Herenn.* 1536.
de Invent. 1536.
de Oratore 1544. & 1550.
Orator. cum Not. 1536.
Topic. cum Not. 1536. 1554.
Partition. 1539. & cæd. cum Not. 1543. 1547.
de Opt. gen. Orat. cum Not. 1551.
Orat. pro *P. Quint.* cum Not. 1543.
S. Roſc. 1544. & cum Not. 1541.
in Verr. 1539. 1544.
pro Leg. *Manil.* cum Not. 1537. 1541.
de Leg. Agrar. cum Not. 1540.
pro *C. Rabir.* 1538.
in *Catilin.* cum Not. 1540.
pro *Arch.* 1539. & cum Not. 1543.
ante & poſt Exil. cum Not. 1540.
pro domo ſuâ cum Not. 1539.
de Aruspic. cum Not. 1538.
pro *Cn. Planc.* cum Not. 1539.
P. Seſt. cum Not. 1555.
in *Vatin.* cum Not. 1553.
pro *M. Cæl.* cum Not. 1538. 1544.
de Provinc. Conſul. 1539.
in *Piſon.* cum Not. 1538.
pro *Milon.* cum Not 1541.
C. Rabir. cum Not. 1537.
Ligar. cum Not. 1543.
Deiotar. cum Not. 1539. 1543.
Marcell. Ligar. & *Dejotar.* cum Not. 1537. 1539.
in *Anton.* cum Not. 1537. 1544.
in *Salluſt.* cum Not. 1541.
Epiſtol. ſelect. libri 3. 1556.
Epiſtol. ad *Lentul.* 9.^a^ cum Not. 1550.
ad *Octav.* cum Not. 1536. 1541.
CATO *Maj.* 1549. & cum Not. 1536.
Lal. 1552.
Paradox. 1538. 1551. & cum Not. 1536.
Somn. *Scip.* 1553.
Quæſt. *Tuscul.* cum Not. 1549.
de Finib. 1544.
Divinat. cum Not. 1542.
Fato. 1553. & cum Not. 1547. 1550. 1554. 1556.
Legib. lib. 1. cum Not. 1554.
Univerſ. cum Not. 1543.

poribus evulgatæ, & plurimæ ex his virorum doctorum Commentariis explanatæ. An (a) totum CICERONEM hujusmodi formâ per ſingulas ſeorſim partes excuderit, dubitare adhuc quàm affirmare ſatius mihi videtur. Sed ſiquis harum rerum ſtudioſus talem ſummi illius Oratoris Editionem perfectam ex ſingulis illis partibus conflatam vigili indagatione poſſet ſibi comparare, Editio hujusmodi *Ciceroniana* cuilibet alii longè præferenda pretii quantivis theſaurus haberi mereretur.

A' tribus his Typographis affinibus & BADII generis ad quosdam alios Typographos *Pariſienſes*, qui eodem tempore inclaruerunt, transeo.

PETRUS GAUDOUL anno 1521. NICOLAI PRATENSIS operâ & prelo uſus PLUTARCHI *Vitas* Latinè edidit. Illius Inſigne typographicum fuit dextra ardentem lampada ſurſum gerens, cum litteris nominis initialibus P. G. & Epigraphis, alterâ à lateribus [*Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* MAT. 25.], alterâ ſubtus [*ſic luceat lux veſtra.* MAT. 5.], poſitis. Habitabat (b) *in Vitâ Sancti Hilarii ſub Signo Scuti Britannici*; aut (c) *in Clauſo Brunello ſub Signo Scuti Britannici.* Iniit ſocietatem cum (d) MICHAELE VASCOSANO & (e) JOANNE PARVO. (f) THEODORI GAZÆ Grammaticæ Liber prior ſub VASCOSANI, tres poſteriores ſub GAUDOUL nomine circumferuntur; omnes autem conſimili charactere Latino & Græco, ut ſub eodem prelo typographico ſudâſſe minimè dubium ſit. (g) Eandem antea Grammaticam anno 1529. (ſed Græcè tantùm & minutiſſimis typis, breviore formâ) cum PETRO GROMORS ediderat. Tanto in pretio GAZÆ Inſtitutiones habebantur; adeò vendibiles æra Typographis merebant, ut ullius vix Libri Impreſſio temporibus illis ſæpius repetita fuerit.

PRIGENTIUS CALVARINUS (h) anno 1524. innotuit; affigebat Scutum, cui Lilium dimidiatum & litteræ P. G. inſcribebantur, de vite ſuſpenſum, cum his Epigraphis; *Deum time*, *Pauperes ſuſtine*, *finem reſpice*. Ejus Officina (i) in Clauſo Brunello ad Inſigne geminarum Cipparum.

HIE-

Hiſce, quæ mihi occurrerunt, Lector, quæ deficiunt, prout ſeſe dabunt obviam, adjicere poterit.

(a) Maximè dubito, an VASCOSANUS omnes CICERONIS Epiſtolas in 4. excuderit. Selectas (uti in Catalogo ſuperiore) vidi.

(b) GAZ. Gram. 1534.

(c) CICER. Epiſtol. 1534.

(d) *Rud.* AGRICOL. de Invent. Dialect. 1533.

(e) CICER. Epiſtol. 1534.

(f) Ann. 1534.

(g) Lege prius, ubi VIDOBI mentio facta eſt.

(h) CAILLE p. 94.

(i) Vide ann. 1527. 1541. 1550. 1559.

(a) CAIL-

HIERONYMUS GORMONTIUS, ÆGIDII (ni fallor) (a) filius, anno 1524. ſub Interſignio trium Coronarum Librariam habebat Officinam; & tunc vendebat Libros à CHRISTIANO WECHELO (uti ex WECHELI (b) Signo his affixo conjicio) excuſos. Hic autem lubet id adnotare, duplicis Signi mentionem ſæpe in Libris fieri; alterius Officinam, ubi imprimebantur, alterius, ubi venales proſtabant, indicantis; quoties idem non erat Typographus & Bibliopola. Quin etiam aliquando idem Librarius duplex adſciscebat ſignum; aliud propriè (c) typographicum Libris tantùm impreſſum; aliud ædibus, quas incolebat, appenſum, at Libris non ſemper adjectum.

HIERONYMUS GORMONTIUS aliquando (d) Famæ imaginem præfigebat, cum litteris (H. D. G. i. e. HIEROSME DE GORMONT) & lemmate, *Ecquis incumbere famæ?*

At (e) Lexico, quod apud ipſum & GUILELMUM ROLANT

(a) CAILLE tamen, p. 80. eum inter *Ægidii* filios non numerat; neque p. 117. cujus fuerit filius, aut affinis indicat.

(b) Vide CLENARD. Tabul. in Heb. Gramm. 1529.

(c) Typographicum Signum ſæpius erat Inſigne Familiæ Gentilitium; uti *Ægidii* GORMONTII tres Roſæ.

(d) Vide PAUL. *Paradis.* Dialog. 1534.

(e) CAILLE p. 117.] „ *Jerosme de* „ GOURMONT *Pariſien* imprima, *Lexi-* „ *cepator Etymon ex variis*, &c. en 1543. „ & pluſieurs autres Livres. Il eſtoit ſça- „ vant & habile en ſon Art, il compoſa „ & imprima en 1548. la Deſcription de „ toute l'*Eſpagne*. Il eut pour femme *Ma-* „ *rie Perdier.*“ Hoc Lexicon ex variis doctiſſimorum hominum lucubrationibus per *Joannem* CHÆRADAMUM Eloquiorum ſacrorum Regium *Lutetiæ* Profeſſorem congeſtum prodiit apud *Guilelmum* ROLANT in Vico *Longobardorum* & *Hieronymum* GORMONTIUM ſub Inſigni trium Coronarum argentearum viâ ad D. *Jacobum*. Hoc Opus Regi *Galliarum* FRANCISCO VALESIO dedicavit *Joannes* CHÆRADAMUS; & ad Præfationis finem hæc leguntur: —— *Unde nomen nobis ratione etymologicâ ſuffragante* Χαιρόμυρι⊙ πᾶσι τὸ χαίρειν καὶ μυρίαδε, *quod eſt maximè conſonum etymo* * *patris. Is enim piæ memoriæ* Joannes Chæradamus *dicebatur* πᾶσι τὸ χαίρειν καὶ δακρύζειν, *quòd laboribus multis exantlatis & livore percitis, evictis ac domitis in patriâ myriade gaudeat; quam ego in viâ contexo ex lectione Voluminum multorum, quorum pauca admodum, qui nos odio habent gratis, attingunt propter myſteria procul abdita, magnòque gaudio, hoc eſt* αὐτῇ χαιρυσίᾳ *decem Tomis includo, quamque parmam & palmam futuram adverſus quotquot* Charmuriomaſtigas *vel nominis Etymo id ſuccinente ſemper habuimus perſuaſum* Charmuriâ *itémque hac canente*:

Chæradamus *vocor, &* (*ſi qua eſt in nomine virtus*)
Charmurius, *parvum vox nihil iſta ſonat.*
Sic mihi, ſic patribus nomen quod ſorte ferendo
Ingentis ſtimulos vincimus invidiæ.

Ipſius pater idem (unâ tantùm mutatâ voce *Hypocrates* pro *Charmurius*) Epigrammæ Lexico ann. 1523. apud *Ægid.* GORMONTIUM edito præfixerat.

Habuiſti hic, Lector, & duræ & ampullatæ dictionis in Etymologicâ CHÆRADAMI Præfatione ſpecimen.

(a) CAIL-

*De *Joanne* CHÆRADAMO patre antea, ubi mentio fit *Ægidii* GORMONTII.

LANT anno 1543. prodiit, affixit eadem, quæ ÆGIDIUS ſolebat, Inſignia, Scutum illinc *Colonienſe*, hinc *Gormontianum*. Eodem hôc anno apud hunc GUILIERMUM ROLAND, (a) ANDREAM BERTHELIN, & AUDŒNUM proſtabat venalis PLINII Hiſtoria à MICHAELE FEZENDAT excuſa: cujus vidi Exemplaria alia ſub illorum, alia ſub horum nominibus edita; unde eos in Arte conſortes fuiſſe conjicio.

GODOFREDUS TORINUS (de quo (b) antea) *Biturici*, in *Burgundiæ* Collegio aliquando Regentis Officio functus, ann. 1529. ad Artem typographicam animum adjecit. Anno 1512. apud HENRICUM STEPHANUM nitidiſſimam Itinerarii ANTONINI Editionem publicaverat. E Græco (c) transtulit in ſermonem Gallicum ORI APOLLINIS *Hieroglyphica*, (d) PLUTARCHI *Politica*, (e) *Tabulam* CEBETIS cum triginta LUCIANI Dialogis; è Latino, (f) ſummam Chronicorum EGNATII. Scripſit (g) *Ædiloquium, ſeu Dictiſcha partibus ædium urbanarum & ruſticarum ſuis quæque locis aſcribenda*. Et *Epitaphia ſeptem de amorum aliquot paſſionibus antiquo more & ſermone veteri vietóque conficta*. Fuit (h) Librarius juratus; & (i) Regis juſſu Hiſtoriam Eccleſiaſticam Gallicè CLAUDIO DE SEYSSEL

(a) CAILLE p. 110.] „ *André Berthelin* fit imprimer CLICTOREUS *de* „ *Doctrinâ moriendi in octavo* en 1538. „ *Franciſci* GEORGII Veneti *de Harmo-* „ *niâ Mundi in folio* en 1544. Ce Livre a „ été autrefois fort eſtimé par les penſées „ ſingulieres de la Création du Monde.

(b) Ubi *Henrici* STEPHANI mentio facta eſt.

(c) Hanc ORI Verſionem à TORINO factam memorant *La Croix du* MAINE, & *Joannes la* CAILLE; de hâc tacet *Antonius du* VERDIER in ſuâ Bibliothecâ. Hujus verò mentionem facit TORINUS ipſe, utì paulò pôſt oſtendam. ORI Verſio Latina & Gallica apud *Galiotum à* PRATO & *Joannem* RUELLIUM ann. 1574. prodiit; quæ an TORINI fuerit, unde ſciam, nil habeo. At in Titulo lego hos *libros nunc primùm in Latinum ac Gallicum ſermonem converſos*. Latinè tamen antea redditi ſunt à *Bernardino* TREBATIO & *Joanne* MERCERO; ac ann. 1521. 1551. editi. Et Verſio Latina, quæ 1574. prodiit, eadem eſt cum *Trebatianâ*, quæ 1521.

(d) Imprimé en 1530. à *Paris* 8. par *Guillaume Boullé*. CAILLE p. 68. & *Du* VERDIER p. 447. & à *Lyon* par *Guillaume* ROULLE. *La Croix du* MAINE.

(e) Imprimé par luy-même en 1529. CAILLE p. 98. en 12. chez *Jean Petit* 1529. *Du Verdier* & *La Croix du Maine*.

(f) Imprimée par luy en 1529. CAILLE p. 98. & *La Croix du Maine*. à *Paris* par *Charles L'Angelier* 1543. *du Verdier* p. 447.

(g) Duorum horum Librorum meminerunt GESNERUS in *Biblioth.* & LA CAILLE p. 98. & addiderunt *Pariſiis excudit* Colinæus *ann.* 1530. Poſteriorémne ſolum, an utrumque excuderit, nondum ſcio.

(h) Imprimeur du Roy & Libraire juré en l'Univerſité de *Paris*. *La Croix du Maine*. Typographi tamen Regii titulum non addiderunt *du Verdier* & *La Caille*.

(i) CAILLE p. 98.] „ Il imprima „ par ordre du Roy l'Hiſtoire Eccleſiaſti- „ que d'*Euſebe*, traduite par *Claude de* „ *Seyſſel* Evesque de *Marſeille*, qui fut un „ des premiers Traducteurs en noſtre „ Langue, ayant traduit *Thucydide*, *Xe-* „ *nophon*, *Oppien*, *Juſtin*, *Diodore* & plu- „ ſieurs autres in folio en 1532..

Hanc

SEL Interprete excudit. (a) Opus autem quo maximè inclaruit, fuit [Campus floridus, *Le Champ Fleury.*] Gallicè ab ipſo conſcriptum, & apud ipſum in parvo ponte ad fracti vaſis Inſigne commorantem ac ÆGIDIUM GOURMONT, ann. 1529. venale.

Hunc Librum, cùm ſit & notatione dignus & inventu rariſſimus, ſibi deſcribi non ægre feret Lector curioſus. Titulus Libri is eſt;

„ CHAMPFLEVRY, auquel eſt contenu lArt &
„ Science de la deue & vraye Proportion des Lettres Atti-
„ ques, qu'on dit autrement Lettres Antiques, & vulgai-
„ rement Lettres Romaines proportionnées ſelon le Corps &
„ Viſage humain.

Liber in tres partes dividitur. In primâ ſuos populares hortatur, ut Linguam vernaculam expolire & ornare ſtudeant; ac de litterarum antiquitate & originibus diſſerit. In ſecundâ, agit de litterarum numero, formatione, juſtâque ad corpus humanum proportione. In tertiâ, diſſerit de ſingularum rectâ pronunciatione & figurâ. His ſubjungit Tractatum de variarum Linguarum Elementis, & Alphabetis Hebræorum, Græcorum, & Latinorum. Addit demum Litteras (b) Quadratas in manuſcriptorum Codicum initiis poni conſuetas, quas illi ſcribendi artifices foliis & iconibus decorabant; (c) Gothicas; (d) adulterinas, (e) tornatas; (f) Literas *Perſis*, *Arabibus*, *Aſris*, *Turcis* & *Tartaris* ſervientes;

Hanc Verſionem EUSEB. per *Claud.* SEYSSEL memorat *du Verdier*, ſed neque Typographum neque annum indicat.

(a) Hoc Opus ſilentio præteriit *La Croix du Maine.*

(b) *Ilz ſont dictz Cadeaux quaſi comme Quadreaulx.* (Vide fol. 72.) Ibi TORINUS laudat Librum *Sigismundi* FANTE *Ferrarienſis* de eâdem materiâ dictum *Theſaure de Scritori.*

(c) *Lettre de Forme.* Ibid.

(d) *Oultre la Lettre de* Forme *nous avons la Lettre* Baſtarde *qui eſt quaſi de mesme art que la ſuſdicte Lettre de* Forme, *ſinon quelle eſt plus meigre, & quelle veult eſtre faicte quaſi comme Lettre* Courant. Ibid.

(e) *Nous avons davantage Lettres de* Torneure *desquelles les Anciens eſcripvoient Epitaphes ſur les Tumbes des treſpaſſes. Ilz en eſcripvoient auſſi en viſtres, en tapiſſeries, comme on peut veoir en beaucop de vieulx Monaſteres, mais aujourdhuy les Imprimeurs en font les Commancemans de leurs Livres & des Chapiſtres d'iceulx. En impreſſion y a maintes diverſes manieres de Lettres, comme Lettre de* Forme, *quon dict* Canon. *Lettre* Baſtarde *de laquelle on a toujours par cy devant imprime Livres en François. Il y a Lettre* Ronde, *Lettre* Bourgeoiſe, *Lettre de* Sommes, *Lettre* Romaine, *Lettre* Grecque, *Lettre* Hebraique, *& Lettre* Aldine, *qui eſt dicte* Aldine *pour ce que* Alde *le Noble Imprimeur Romain demourant & imprimant n'agueres en* Veniſe *a mis en uſage. Elle eſt gratieuſe pource quelle eſt meigre comme eſt la Lettre Grecque courant & non Majuscule.* Ibid.

(f) *Je vous ay faict les Lettres que le ſuſdict*

vientes; (a) Chaldaïcas, (b) Imperiales & Bullaticas; (c) Phantaſticas

dict Sigismunde *dict qui ſervent aux* Perſes, *aux* Arabes, *aux* Aphricains, *aux* Turchs *& aux* Tartares. *Car il dict ainſi ſoubz celles que j'ay enſuyvies apres luy.* Queſto Alphabetto ſerve a *Perſi*, a *Arabi*, *Aphricani*, *Turchi* & *Tartari*. *C'eſt à dire en Langage Francois. Ceſt Alphabet & A. B. C. ſert aux* Perſes, *aux* Arabes, *aux* Aphricains, *aux* Turcs, *& aux* Tartares. *Icelles Lettres veulent eſtre leues a gauche comme les Hebraïques, & leurs nems ſont comme il enſuit en commanceant touſjours a la fin dune chaseune ligne. Aliph. Be. Te. The. Zim. Che. Chi. Dal. Zil. Iz. Xe. Sin. SSin. Sat. Zat. Ty. Zi. Hain. Gain. Fe. Caph. Elep. Lam. Mim. Nim. Vau. Eliph. Lam. Ge. Nulla. Elles ſont trente en nombre, & y en ya qui ſont nommées comme les Hebraïques, toutesfois elles ſont differentes en figure.* Ibid.

(a) *J'ay auſſi enſuyvy ledit* Sigismunde Fante *es Noms & Figures des Lettres Caldaïques qui ſont en nombre vingt & deux.* —— *Le dict* Fante *dit que les Hebreux en uſoient au temps de* Moyſe *eſtans aux deſerts.* (fol. 73.) Hæ totâ penè omnes figurâ ab Hebraïcis discrepant.

(b) *Les Lettres* Goffes & Lourdes; *que* Sigismunde Fante *appelle Lettres* Imperiales & Bullatiques, *mais je les appelle* Goffes & Lourdes, *pource quelles demorerent en* Rome *du temps que les* Goths *la ſubvertiſent & miſent en cendres, avec toutes bonnes Sciences & Lettres, tellement que ce n'euſſent eſte les Volumes des Digeſtes, toute la Langue Latine fut perie & anichilée. Doncques les miſerables* Romains *apres leur deſtruction en despit des ſuſdits* Goiz, *quand ilz vouloient dire quelque choſe eſtre lourde, ilz l'appelloient* Gotte: *& par ſucceſſion de temps en corrumpant le vocable* Goffe, *duquel vocable* Goffe, *pour choſe lourde & mal ſeyante ilz uſent encores aujourdhuy.* Ibid.

(c) *Lettres* Phantaſtiques *viennent apres en leur ordre, leſquelles je vous ay figurées apres ung Exemple que jay aporte de* Romme. *Je ſcay bien qu'il y aura des Mouqueurs, mais je les lairray patientement dire, me contentant prendre plaiſir faire honneſte ſervice a ceulx qui ayment bonnes choſes. S'il y a quelquun qui les blasme, les bons les loueront & eſtimeront tant pour l'ancienete dicelles, que pour ce que je les mets en veu publique.*

Les Egyptiens *en leurs Ceremonies eſcripvoient par Images comme lancien Autheur nommé* Orus Apollo *le deſcript moult bien au long en Grec. On le treuve en Latin auſſi, & je l'ay translaté en Francois, pour en avoir faict un préſent a ung myen bon Seigneur & amy.* —— *Je reviens doncques a nos Lettres* Fantaſtiques, *& dis que a limitation & maniere des Eſcriptures* Egyptiennes, *elles ſont faictes par Signacles & Images, mais elles ne ſont pas faictes par raiſon de Philoſophie naturelle, comme leſdictes* Egyptiennes. *La premiere eſt ung A. ſignifié par ung Compas ouvert. La ſegonde eſt ung B. ſignifié par ung Fuſy. La Tierce ung C. ſignifié par une Anſe. Et ainſi conſequentement de toutes les autres. Si vous avez deſir d'en veoir a la maniere des* Egyptiens, *vous en trouverez en* Polyphile *de belles & bien faictes en beaucop de bons paſſages.* Ibid. Hic de Hieroglyphicis ſignaculis addenda ſunt nonnulla ex TORINO fol. 42. & 43. *Les Deviſes qui ne ſont faictes par lettres ſignificatives, ſont faictes dimages qui ſignifient la fantaſie de ſon Autheur, & cela eſt apelle ung Resbuz au quel on a resve, & faict on resver les autres. Telz Images ſont ou hommes, ou femmes, beſtes, oyſeaux, poiſſons & autres choſes corporelles & materielles.* —— *Telle facon de Resverie, c'eſt a dire deſcripture faicte par Images, fut premierement inventée des* Egyptiens *qui en avoient toutes leurs Ceremonies eſcriptes, afin que le Vulgaire, & les ignares ne peuſſent entendre ne facilement ſcavoir leurs ſecrets & myſteres. Celles eſcriptures eſtoient apellees en Grec* Hieroglyphica. —— *Ilz faiſoient mille aultres bonnes choſes ſemblables par Images, que vous porrez lire & cognoiſtre au* XXV. *Chapiſtre des leons antiques de* Cœlius Rhodiginus, *& plus a plain en* Orus Apollo, *qui les a redigées par eſcript, en ung Volume que porres trouver en Grec, ſi le y volez, & en Latin auſſi, & lequel jay translate en Francois, & faict ung preſent a un myen Seigneur & bon amy.*

Puis que je ſuis deſcendu en propos de Deviſes, Resbuz, & Eſcriptures Hieroglyphiques;

taſticas ; (a) Utopicas ; (b) Florentes ; (c) Implicitas denique

ques ; je veulx icy declarer ma Deviſe, & Marque , pource que je n'y voy mainz perſonnages eſtre deſirans de l'entendre.

Premierement en icelle ya ung vaſe antique qui eſt caſſe , (ce qui luy attira le ſurnom de *Maiſtre du pot caſſé.* CAILLE p. 98.) *par lequel paſſe ung Toret. Ce dict Vaſe & Pot caſſe , ſignifie noſtre corps , qui eſt ung pot de terre. Le Toret ſignifie Fatum , qui perce & paſſe foible & fort. Soubz icelluy Pot ceſſe ya ung Livre clos a trois chaines & Cathenats , qui ſignifie que apres que noſtre corps eſt caſſé par mort , ſa vie eſt cloſe des trois Deeſſes fatales. Ceſtuy livre eſt ſi bien clos , qu'il n'y a celluy qui y ſceuſt rien veoir , s'il ne ſcaicſt les ſegrets des Cathenats , & principallement du Cathenat rond , qui eſt clos & ſigne a lettres. Auſſi apres que le livre de noſtre vie eſt clos , il n'y a plus homme qui y puiſſe rien ouvrir , ſi non celluy qui ſcaict les ſegrets. Et celluy eſt Dieu , qui ſeul ſcait & cognoiſt avant & apres noſtre mort , quil a eſté , qui eſt , & qu'il ſera de nous. Le feuillage & les fleurs qui ſont audict Pot , ſignifient les vertus que noſtre corps pouvoit avoir en ſoy durant ſa vie. Les Rayons de Soleil qui ſont au deſſus & aupres du Toret & du Pot , ſignifient linſpiration que Dieu nous donne en nous exerceant a vertus & bonnes operations. Aupres dudict Pot caſſe , ya en eſcrit ,* NON. PLVS. *qui ſont deux dictions monoſyllabes , tant en Francois quen Latin , qui ſignifient ce que* Pittacus *diſoit jadis en ſon Grec. Mηδὲν ἀγαν* Nihil nimis. *Ne diſons, ne ne faiſons choſe ſans meſure , ne ſans raiſon , ſi non en extreme neceſſite.* Adverſus quam nec Dii quidem pugnant. *Mais diſons & faiſons.* SIC. VT. VEL. VT. *C'eſt a dire , ainſi comme nous debvons , ou au moings mal que pouvons. Si nous voulons bien faire , Dieu nous aidera , & pour ce ay je eſcript tout au deſſus.* MENTI BONÆ DEVS OCCVRRIT; *c'eſt a dire Dieu vient au devant de la bonne volonté , & luy aide.*

Alde le Romain, *Imprimeur a* Venize , *avoit ſa marque Hieroglifique ; mais il ne lavoit pas inventée , en tant quil lavoit empruntee de la deviſe de* Auguſte Ceſar , *la quelle eſtoit en Grec* Σπεῦδε βραδέως *qui eſt a dire en Latin ,* Feſtina lente. *Ou encores en Latin tout en ung mot ,* Matura. *Et en Francois ,* Haſte toi a ton aiſe. *Icelle Deviſe eſtoit painte & deſeignee par une ancre de navyre , & autour dicelle ung Daulphin. Lancre ſignifioit tardivete , & le Daulphin haſtivete , qui eſtoit a dire , quen ſes affaires fault eſtre modere , en ſorte qu'on ne ſoit trop haſtif , ne trop long ou tardif.* Virgile *nous eſt ſegret tesmoing que le dict* Auguſte Ceſar *avoit la dicte Ancre & Daulphin en ſa Deviſe , quant pour luy en faire memoire en ſes* Eneides, *il a dict au commancement du Premier Livre ;* Maturate fugam , Regique hæc dicite veſtro. *Qui en vouldra veoir & lire bien a plain , ſi s'en aille eſbaire a veoir le premier Proverbe de la Segonde Chiliade de* Erasme , *il y en trouvera ſe me ſemble a ſuffiſance.* TORINUS *in hôc ſuo Opere Aldum* MANUTIUM frequenter laudat , ipſiuſque Grammaticam Latinam (fol. 25. 57.) & impreſſiones (fol. 44. 52.). & * Tractatum de poteſtate litterarum Græcarum (fol. 44. 52.) *Andream* CRATANDRUM Typographum notat , quod maſè HERCULIS icunculum repræſentaverit. En ipſius TORINI verba (fol. 3) ——— *Au premier feuillet de* Pompone Mela *commenie ,* & † *imprime par ung nomme* Andreas Cratandrus Baſilienſis. *Ce dict* Andreas *luy faict tenir de la main ſeneſtre ung arc delachant une fleche tandis qu'il tient de ſa dextre ſa maſſue , ou il ne fault ſeullement que larc tendu ſans fleche , les fleches veuillent eſtre en leur trouſſe , & ſi* Hercules *en veult tirer , il doibt mettre la teſte de ſa maſſue a terre , & le manche droit & debout contre ſon eſtomac.* POLYPHILI Liber (cujus ſuprà meminit TORINUS) ab ALDO impreſſus eſt ann. 1499. [Vide Vol. I. *Annal. Typ.* p. 254.]

(a) Vtopiques, *pource que* Morus Langlois *les a baillées & figurees en ſon Livre quil a faict & intitulé ,* Inſula Vtopia. *Liſle Vtopi-*

* Plerumque habetur ad calcem Gramm. LASCAR.

† Anno forſan 1522. quam Editionem (mihi nondum viſam) repetio in FABRIC. *Biblioth. Latin.*

nique, quarum in Ciphris excogitandis frequens uſus eſt. Haud diſſimu-

Vtopique. Ce ſont Lettres que pouvons appeller Lettres voluntaires & faictes a plaiſir : comme ſont celles que les Chryſreux & Dechyfreux font en telle figure & forme quilz ſont pour en mander nouvelles quon ne puiſſe entendre ſans avoir le A. B. C. *desdictes Lettres voluntaires.* Ibid. De MORI phantaſticâ illâ *Utopia* Inſulâ, utpote re notiſſimâ, non eſt, quod hìc diſſeram. Lubet tamen (quoniam de Utopicis litteris ſermo hìc incidit) ex *Petri* ÆGIDII ad *Hier.* BUSLIDIUM Epiſtolâ *Utopiæ* præfixâ nonnihil exſcribere. —— *Tetraſtichum vernaculâ* Utopienſium *Linguâ ſcriptum, quod à* MORI *diſceſſu ſortè mihi oſtendit* Hythlodæus, *apponendum curavi, præfixo ejusdem gentis Alphabeto, adjectis ad margines aliquot Annotatiunculis.* Anno 1556. Anglica Utopiæ Verſio, *Radulpho* ROBINSON Corp. Chriſt. Colleg. apud *Oxonienſes* Socio Interprete, ex ſecundâ Editione ab ipſo recognitâ & emendatâ, *Londini* apud *Abrahamum* VEALE prodiit. Ibi hæc ad calcem leguntur.

A meter of iiii. verſes in the Vtopian tongue, briefely touchinge as well the ſtraunge beginning, as alſo the happie and wealthie continuance of the ſame common wealthe.

Vtopos ha Boccas peula chama polta chamaan
Bargol he mazlomi Baccan ſoma gymnoſophaon,
Agrama gymnoſophon labarem bacha bodamilomin,
Voluala barchin heman la la voluala dramme plagoni.

Whiche verſes the Translator, accordinge to his ſimple Knowledge, and meane underſtanding in the Vtopian tongue, hath thus rudely englished.

My Kinge and conquerour Utopus by name
A Prince of much renowme & immortal fame
Hath made me an yle that earſt no ylande was,
Eul fraight wt. worldly welth wt. pleaſure & ſolas.
Jove of all other without Philoſophie
Have ſhaped for man a philoſophicall Citie.
As myne I am nothinge daungerous to impartie,
So better to receave I am readie wt al my harte.

The Printer to the Reader. The Vtopian *Alphabete, good Reader, whiche in the above written Epiſtle is promiſed, hereunto I have not now adjoyned, becauſe I have not as yet the true characters or fourme of the* Vtopiane *letters. And no marveill: ſeyng it is a tongue to us muche ſtraunger then the* Indian, *the* Perſian, *the* Syrian, *the* Arabicke, *the* Egyptian, *the* Macedonian, *the* Sclavonian, *the* Ciprian, *the* Scythian *&c. Which tongues thoug they be no ſtraunge among us, as the* Vtopian *is, yet their characters we have not. But I truſt, God willing, at the next impreſſion hereof, to perfourme that, whiche now I can not: that is to ſaye: to exhibite perfectly unto thee, the* Vtopian *Alphabete. In the meane time accept my good wyl. And ſo fare well.*

Fabuloſam hanc ludicrámque lucubrationem, res nihilominus ſerias allegoricis verbis & ſermonibus docentem, non defuerunt, qui ERASMO adſcriberent (lege ERASM. Epiſt. p. 323. ERASMUS THOMÆ *Cardinali* ann. 1518.) Illa (uti conſtat ex *Petri* ÆGIDII & *Gul.* BUDÆI Epiſtolis, & ex ipſius Editionis calce) anno primùm 1516. *Pariſiis* apud *Ægidium* GOURMONT excuſa eſt. Anno poſtea 1518. videtur recuſa, nam ERASM. (Epiſtol. p. 357.) ad ÆGID. ann. 1518.— *Utopia in manibus eſt Typographi.*

(b) *Lettres qui ſont Fleuries, ceſt a dire environnees de Fleurs & Feuilles Antiques pour en uſer a faire Lettre dor, ou de couleurs en beaulx Livres, tant escripts a la main que faictz en Impreſſion.* (CHAMP FLEURY fol. 73.) Quales in Typographiæ incunabulis ab illuminatoribus exarari ſolitas obſervavi in Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 34.

(c) *La maniere de faire Chyfres quon a de couſtume faires en Bagues dor, en Tapiſſerie, en Viſtres, en Painture, & pluſieurs autres manieres, pour en ſignifier les Noms & Surnoms du Seigneur & de la Dame, eſt quil fault prendre les premieres Lettres deſdictz*

diſſimulabo eum nonnunquam in delineandis operoſiùs & ſubtiliùs litterarum ſchematibus eíſque ad humani corporis habitum rationémque accommodandis ἀναλογεῖν, ſuæ'que imaginationis inventis magis quàm ſolidæ materiæ veritati indulgere. At tamen ſeria ſic ludicris miscet, tot jucundas & utiles fabellas ubique inſpergit, tot loca ex (a) optimis quibusque Scriptoribus cùm recentibus tum antiquis inſerit & illuſtrat, tam crebras obſervationes ad rem (b) antiquariam multiplicésque *Gallicæ* Gentis (c) dialectos, & (a) variam

dedicti: Noms & Surnoms: & les entrelacer d'une alliance qui ſoit bien convenable.

(a) Hic libet annotare, quòd TORINUS in plurimis, quæ ex HOMERO citat, locis (præſertim fol. 26. ubi undecim verſus Græcè de aureâ *Jovis* Catenâ affert Iliad. 8. v. 17) nullos accentus ſpiritúsve vocibus affixerit.

(b) En vetus Epitaphium *Lugduni* repertum, quo TORINUS (fol. 41.) probat F. apud antiquos Latinos pro V conſonante uſurpari, ſicut *Folſo* & *Fiſo* pro *Volvo* & *Vivo*.

ALIARTOS. F. GELIDVS OPTVMVS
INSVLANVS. QVOI MAXVMA VIRTVS.
HAIC LABOR BACCHICOLAI
QVAE CASTOR APVD ME CYMNERIIS
IN TENEBRIS CONDITA IACENT.
CAECVTIENTEIS OMNEIS
NOSTRATEIS
PRAITEREVNT. AGEDVM SAXA
LABORE FOLFITE HERCVLEO
COMMVNIS EST MERCVRIVS, ET
DEXTRO HERCVLE IVPPITERIS
SENISSIMI CEREBRVM EFFODIETIS.
NIHIL SACRVM, CVLMOS
EXCVTIETIS
NAVCIFACIENDOS QVOM APYNAE
SINT ET TRICÆ AT AEDEPOL
ΚΟΙΝΑ ΦΙΛΩΝ ΠΑΝΤΑ
ANNO MILLENO SEPTENO.
NEOMENIIS ROMANIS.

Lege DAUSQU. *Ortograph.* p. 43. & P. MANUT. *Ortograph.* p. 55.

(c) Menſion des Gascons (p. 35.) Picards (37. ubi eorum Linguâ * Epitaphium profert) Normans (39.) Bourguignons & Foreſtiers (49 *ubi ſe Regentis munus*

* Epitaphe antique en Langage Picard, quon voit eſcript, ſe ma on dict, au grand Semetire Sainct Denis, a la noble Cite de Amyens.

Soubz moy Pierre Chi gist Pierre De Machy Quon a chi Moit boute Se boute Dieu luy faiche Veoir en laiche

Sespoulee Est poſee Chi empres Qui apres Tiespaſſa Et paſſa De chu monde Dieu la munde.

Tant vesquirent Quilz acquirent Unze enfans Bruns, blonds, blancs, Qui ſont monts Tous ches corps Qui poriſſent Vers noriſſent

Et attendent Quilz reprendent Soubz chez lxmes Corps & ames Pour aller Et voler Es saincts chieux Che doing Dieux Amen.

(a) variam apud Populos diverſos litterarum prolationem ſpectante interjicit, ut levet tædium ſimul, & ſtudium excitet ; Lectorémque unà delectet & doceat.

Hoc Opus (b) anno primùm 1523. cogitatum anno 1529. publicavit ; cui antea anno 1526. (c) Regis privilegium impetraverat.

In ejus laudem (d) ſequentia conſcripta ſunt Epitaphia.

GODO-

nus aliquando obiiſſe teſtatur) Pariſiens (55.) Manſeaulx, Bretons & Lorains (55.) Tholoſiens (58.) Lionnois (58.) &c.

(a) Alemans (35) Anglois (39) Ecoſſois (39) Flamens (46) Italiens (33) &c. *etiam ex antiquis Græciæ Incolis*, des Cappadociens, Cretenſes & Ciliciens (48) Laconiens (54) Beotes (57) &c.

(b) (CHAMP FLEURY. feuil. 1.) *Le matin du jour de la Feſte aux Roys, apres avoir prins mon ſommeil & repos, & que mon eſtomac de ſa legiere & joyeuſe viande avoit faict ſa facile concoction, que lon comptoit* M. D. XXIII. *me prins a fantaſier en mon lict, & mouvoir la roue de ma memoire penſant a mille petites fantaſies, tant ſerieuſes que joyeuſes, entre leſquelles me ſouvint de quelque Lettre Antique que javoys naguères faicte pour la maiſon de mon ſeigneur le Treſorier des guerres Maiſtre* Jehan Groslier *Conſeiller & Secretaire du Roy noſtre Sire, amateur de bonnes lettres, & de tous Perſonnages ſavans, deſquelz auſſi eſt treſame & extime tant de la que deca les mons* —— *A ceſte cauſe me volant employer aucunement a l'utilite du bien public, ay penſe demonſtrer & enſeigner en ce preſent petit Oeuvre la maniere de faire ſymmetriquement, c'eſt a dire, par deue proportion lettre Attique* &c.

(c) „ Francois, par la Grace de Dieu „ &c. Noſtre cher & bien ame Maiſtre „ Geoffroy Tory de Bourges, libraire de- „ mourant a Paris, nous a faict dire & „ remonſtrer comme pour touſjours di- „ vulguer, accroiſtre, & decorer la Lan- „ gue Latine & Francoiſe, il a puis cer- „ tain temps enca faict & compoſe un „ Livre en proſe en langaige Francois, „ intitule. Lart & Science de la deue & „ vraye proportion des Lettres Attiques „ &c. Lequel Livre il nous a faict veoir „ & preſentes, nous ſuppliant & requerant a ceſte fin luy donner & ottroyer „ Privilege, permiſſion & licence d'icelluy „ Livre imprimer ou faire imprimer : en- „ ſemble certaines Vignettes a Lantique „ & a la Moderne. Pareillement Friſes, „ Bordeures, Coronemens & Entrelas, „ pour faire imprimer Heures en telz uſa- „ ges & grandeurs que bon luy ſemblera, „ durant le temps & terme de Dix ans „ &c. Savoir vous faiſons que nous ce „ que dit eſt conſidere, inclinans liberalement a la ſupplication & requeſte dudict maiſtre Geofroy Tory : & ayant regard & conſiderations aux peines, labeurs, fraiz, & despens qu'il luy a convenu porter & ſouſtenir, tant a la compoſition dudit Livre, que pour la taille desdites Hiſtoires, Vignettes, Friſes, Bordeures, Coronemens & Entrelas, pour faire imprimer Heures, comme dit eſt, en pluſieurs uſages & grandeurs. „ A icelluy, pour ces cauſes & autres „ raiſons a ce nous mouvans, Avons donne & ottroye, donnons & ottroyons „ de grace eſpecial par ces preſentes Conge, Licence, Permiſſion & Privilege „ de povoir imprimer ou faire imprimer „ par ſes gens, facteurs & commis, leſdits Livres & Heures &c. Donne a „ Chenonceau, le cinquieſme jour de „ Septembre, L'an de grace Mil cinq Cens „ Ving Six Et de noſtre Regne, le Douxieſme. " Suspicor itaque vitium eſſe in numeris typographicum, cùm apud *Joannem de* LA CAILLE (p. 98.) legam, „ Le Roy Francois I. luy accorda un Privilege en datte du vingt-huitiéme Septembre 1584. pour l'impreſſion des Heures, „ en conſideration des ornemens & vignettes dont il ſe ſervoit.

(d) CAILLE p. 99.

(a) Nec

GODOFREDO TORINO
Quem Ulvaricum Biturigum peperit,
Quem Lutetia Pariſiorum fovit,
Viro Linguæ tum Latinæ tum Græcæ (a) *peritiſſimo,*
Litterarum denique Amantiſſimo,
Typographo Solertiſſimo
Et
Bibliographo Doctiſſimo.
Quòd de partibus ædium elegantiſſima diſticha ſcripſerit,
Tumulos aliquot ludicros veterrimo ſtylo Latinè condiderit,
Xenophontis, Luciani, Plutarchi Tractatus
è Græco in Gallicum converterit,
Pariſiis in Burgundiæ Gymnaſio Philoſophiam edocuerit,
Primus omnium de re Typographicâ ſedulò diſſeruerit,
Litterarum ſive caracterum dimenſiones ediderit,
Et (b) *GARAMVNDVM Chalcographum Principem edocuerit.*
Viri boni officio, quoad devixit.
Anno M.D.L.
Semper defunctus (c) *à monente*

JOAN-

(a) Nec tantùm Latinæ & Græcæ, ſed etiam Hebraïcæ, quod conſtat ex litterarum Hebraïcarum declaratione, quam in hôc Opere legimus fol. 67. ubi illius Linguæ tyronibus Cardinalis XIMENII, Juſtiniani Epiſcopi *Nebienſis*, & REUCHLINI Grammaticas commendat; quemadmodum in Græcis (fol. 70.) LASCARIS, CHRYSOLORAM, URBANUM, & GAZAM laudat.

(b) CAILLE, p. 75. 76.] „ Il eſt bon „ d'ajouſter, que les caracteres furent mis „ dans leur derniere perfection par *Geofrey* „ *Tory* Libraire, qui pour ce ſujet compoſa un Traité de la proportion de toutes ſortes de caracteres, intitulé *le Champ Fleury*, &c. *Claude Garamont* en tailla & grava auſſi, fit des Poinçons, & frappa les Matrices pour les gros caracteres Romains; *Pierre Hutin* pour les „ petits, & *Robert Granjon* Libraire pour les „ Lettres Italiques; & enſuitte *Guillaume* „ *Le Bé* Libraire, Fondeur & Graveur de „ Poinçons. " Et p. 81.] „ Ces grandes lettres furent frappées à *Paris* par „ *Robert Granjon* Libraire, qui alla à *Rome* „ aux dépens du Pape, & à ſes gages, „ pour y en fraper & fondre. Il s'y perfectionna, & revint à *Paris*, où il les „ remit en leur derniere perfection, com„ me nous les avons aujourdhuy. Il y a„ voit auſſi de ſon temps *Claude Garra„ mont*, qui épouſa *Guillemette Gaultier*. „ Il eſtoit un des plus habiles Fondeurs de „ caracteres d'Imprimerie de ſon temps, „ dont il nous reſte preſentement pluſieurs „ Frappes & Matrices qui portent encore „ ſon nom.

(c) Hic aliquid erratum fuiſſe ſuspicor. *Joannes* DE LA CAILLE de hôc *Joanne* TOUBEAU (p. 100. 101.) hæc ſcribit. „ De ce celebre Profeſſeur, Imprimeur „ & Libraire, eſt ſorty *Jean Toubeau* ſon „ petit neveu, dont il eſt parlé en l'Epita„ phe cy-deſſus, qui eſtoit Imprimeur & „ Libraire en la Ville de *Bourges*, homme „ ſcavant, & tres-entendu en ſon Art, à „ qui nous ſommes obliger de la compoſition d'un Livre qui a pour titre, *Les „ Inſtituts du Droit Conſulaire*, qu'il imprima auſſi luy-mesme. Il mourut en „ ceſte Ville de *Paris* en 1685. ce qui don„ na

JOANNE TOVBEAV
Etiam Typographo & Auctore,
Mercatorum Prætore,
Ædili Bituricenſi;
Ob negotia civitatis difficillima
Ad Regem & Concilium Legato,
Ejusdem TORINI abnepote
Et Typographicorum inſignium hærede.
NICOLAVS CATHARINVS nobilis Bituricus
Regis Advocatus & Senator in Biturigum Metropoli,
A teneris annis huc usque & deinceps
Rei Typographicæ addictiſſimus,
Curſim raptímque ſcripſit, exeunte Novembri,
M. DC. LXXXIV.

SISTE VIATOR.
Et jacentes etiam Artes colito.
Hìc
GODOFREDVS TORINVS Bituricus,
Ubique littcris librísque clariſſimus,
Qui
Pariſiis multos per annos Philoſophiam
Docuit maximo concurſu,
In Regio Burgundiæ Collegio,
Simúlque Artem exercuit Typographicam,
Novam tunc ac recentem brevi perpolitam
Tamen reddidit.
Quisquis ad ſtudium animum applicas,
Et indè quæris immortalitatem,
Præcipuo cultori prius apprecare
AMEN.

Non

„ na occaſion à M. *Pinſſon* le fils, Avocat
„ au Parlement de *Paris*, un de ſes bons
„ amis, de faire l'Epitaphe qui ſuit.

STA VIATOR.
Hìc
Et Manes venerare ſepultos
Lutetiæ Pariſiorum
In Baſilicâ Sancti Jacobi à Lanienâ.
IOANNES TOVBEAV Biturícus,
Inter Typographos celeberrimus,
Mercatorum Judex ac Prætor non ſemel
Æquiſſimus,
Ipſos inter Doctos ſcriptis clariſſimus:
Urbis Ædilis vigilantiſſimus.
Ad-aſſerenda civitatis ipſius jura ac privilegia
Legatus fortunatiſſimus
Dum
Partam ſuis laboribus ac curis victoriam
Gratulatur
Et reditum ad ſuos meditatur,
Omnibus gratiſſimus:
Pleuriſide ſubitâ correptus,
Sacramentisque Eccleſiæ pìe ac devotè munitus,
In cœlum quaſi ovans rapitur,
Sexto Nonas Julii, anno Domini
M. DC. LXXXV.
Ætatis LVII.

(a) De

Non diutius (ut ſpero) quàm par erat, in TORINI notitiâ videbor hæſiſſe; cùm nil magis ad horum Annalium propoſitum faciat, quàm celebrem hunc nôſſe Typographum, qui, tanquam EUCLIDIS quidam typographicus, veram deſignavit elementorum typicorum rationem.

(a) GERARDUS MORRHIUS CAMPENSIS [(b) DESCHAMPS] in Collegio *Sorbonæ* anno 1530 (c) primùm cœpit Typographiam exercere; ERASMI amicus, cujus potiùs, quàm illorum, quibuscum verſabatur, Theologorum partibus (ut Epiſtola infrà allata teſtatur) favebat. Lexicon Græco-Latinum ann 1530. dedit (d) *typis non pœnitendis excuſum præter omnes Editiones, ſive in*

(a) Ita-

(a) De eo CHEVILLER. p. 48. & 256.

(b) CAILLE, p. 95.

(c) ERASM. Epiſtol. p. 1751.] „ERASMO *Rot.* GER. MORRHIUS *S. P.* „Habes hic in Collegio *Sorbonico*, qui „tibi optimè volunt, ſed quod ſentiant, „muſſare coguntur veriùs quàm proferre: „nam eò quorundam tyrannis progreſſa „eſt. Tertius jam annus agitur, ex quo „cum Theologis verſor frequentiſſimè ni„mirum qui in ædibus illorum habitem. „Gaudent plurimùm, qui nominis tui „ſtudioſi ſunt, quòd tam modeſtè respon„deris ad determinationes illas à *Bado* ex„cuſas: verebantur enim, ut univerſæ „Facultati notam apud poſteros inureres, „id quod tuo jure facere potuiſſes. Plura de hâc re ſcriberem, ſed temerarium „me judicares, ſat ſcio, qui Litteris com„mitterem, quæ poſſent & me & illos „gravare invidiâ. Sæpenumero indolui, „quòd te viderem quorundam Sycophan„tiis toties à ſeriis ſtudiis avocari. Effe„runt Poetæ *Hercules & Theſei* conſtanterem „diligentiam in tam paucis monſtris do„mandis, ſed quid de te dicturi fuiſſent, „qui tot undique in tuam perniciem in„gruentia monſtra ſimul confictas, cùm „illos nunquam vel duobus congreſſos „fuiſſe legamus? Sed dabit Deus iis quo„que finem. Quod ad *Scaligeri* calumnias „(quem *Jacobus Colinus*, Abbas D. *Am„broſii* & regius ἀναγνώστης, factâ litterarum μετονομασίᾳ facrilegum appellare ſolet) „nihil omnino respondere conſtituceris, „video optimos quosque ſummopere pro„bare; nam quiſquis is fuerit, nihil aliud „quàm ſcurra eſt & ridiculus anilium de„liramentorum exaggerator. Sunt hîc, „qui in Auctore etiam communem ſen„ſum deſiderant. Arbitror audiviſſe te „Comœdiam nuper hîc publicè exhibi„tam, cujus argumentum erat: *Acade„miam* Pariſienſem *ſuper monſtrum eſſe „fundatam. Natalis Bedda*, exiſtimans id „in ſe fuiſſe dictum, comitia totius Aca„demiæ convocanda curavit apud *Matu„rinum*, ut de pœnâ auctori irrogandâ „ſtatuerent Facultates. Res delata eſt ad „Inquiſitores fidei, ſed nihil hactenus fac„tum eſt præterea. Admonendus eſt „*Omphalius* noſter, ne ipſe quoque ejus„modi falſibus Theologorum animos in ſe „iritet: nam ſemel irritatos vix magno „negotio compeſceret, id quod ego ſu„periorîbus annis meo malo fermè didi„ceram, cùm inhiberetur, ne pueris tua „Colloquia in Collegiis prælegerentur: „nam ubi ordine ſuffragia ferrentur in Na„tione noſtrâ *Germanicâ*, cenſui prælegen„da tantisper, dum D. Theologi non cu„diſſent meliora, ac quàm plurimi Na„tionis *Germanicæ* ibant in meam ſenten„tiam, reclamantibus tamen aliquot The„ologiæ Candidatis, quòd timerent, opi„nor, extremum locum in ordine pro„motionis, ut vocant: ibi enim ejusmo„di injurias vindicare ſolent. Bene vale, „mi *Erasme*, ac me (ſi lubet) utere ve„lut mancipio ad omnia addictiſſimo. *Pa„riſiis* ex vico *Sorbonico* 30. *Martii*, An„no 1532.

(d) Lege Lexici Titulum & Epiſtolam ei præfixam.

(a) Apud

(a) Italiâ, *sive in* (b) Galliâ, *sive in* (c) Germaniâ *impressas & hactenus emissas locupletatum; repurgatis haud segniter mendis, quibus ex superioribus Impressionibus scatebat, tdque doctissimorum hominum vigilantissimâ curâ, quorum operam ad id (ut erat res laboriosissima) magnâ mercede redimere habuit*, pollicitus, *quod ad se attinet, non defuturum politioribus studiis, tantisper dum spiritus hos regat artus, si modò conatum hunc suum litterarum Candidatis non omnino displicere intellexerit.* Audiamus, quid in Græcâ, quam DIDYMI in Odysseam Interpretationi hôc etiam anno excusæ adfixit, Epistolâ scribat :

——Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡμεῖς τοιοῦτό τι ἀπὸ τῆ νέας ἐννοῆντες, εἰς τοῦτο νῦν προῆλθομεν, ἀφελκυσθέντες τῇ τῆ φιλολογίας ἐρωτι, ὥστε μὴ τῆ μεγάλων ἀναλωμάτων φείδεσθαι, ἅπαντα τὰ χρήματα τῆ κοινωφελείας ἕνεκα προκινδυνεύεσθαι ἡδέως καὶ προθύμως προσελάντας. Τοῦτο μὲν γὰρ ἀφ' ἑνὸς ποτε πεῖραν ἐδώκαμεν, τῷ λεξικὸν δηλαδὴ σύνταγμα καὶ ἄλλα τινα τῆ δοκίμων μετὰ πάσης ὀρθότητος καὶ ἀκριβείας ἐκπέμπειν. Ἐναβαίνεσθαι γὰρ πάντως τὴν τὸ πλῆθος τῆ χαλκογραφούντων δυσχερῆ ὑπόληψιν δέδοκται, ὄλιγα τὰ μὲν ἐαυτῶν ζητοῦντες, τὰ δὲ τῆ σπουδαίων ἀφελίας, ᾗ γῶς καὶ ἀκρίτως ὑπὸ τῆ φιλοκερδίας καὶ ἀγνοίας τὰ πλεῖστα, ὡς εἰπεῖν, δοκοῦσιν ἀπεργάσασθαι. Ὅθεν δὴ κ τὴν τέχνην ταύτην τὴν τυπογραφικὴν κακῶς ὑπὸ τῆ πολλῶν ἀκούειν συνέβη. Ἡμεῖς μὲν ἓν τοιαύτῃ ὁδὸν ἀπολιπόντες, κ τὴν τῆ αἰσθῶν τραπόμενοι, ἐκρίτως κ ἐμμελῶς τῇ φιλοπονίᾳ ἐμμένειν διεγνώκαμεν. Καὶ τοῦτο μὲν γὰρ ἕνεκα, ἀνέρας ἐνπαιδεύτης κ πρὸς ταῦτα ἱκανὸς προποιησάμενοι πολυτελέστερόν τε κ ὀρθότερον τὰ ἡμέτερα ὑπηδείξομεν. Καθάπερ κ νῦν Ὁμήρ ἀσκλιασὴν ἀμελέσας προῆκε τῆ ἄλλων ἐκδοθέντα ὑμῖν συμφιλοπονῆντες ἀπεφείλαμεν. At noſtrorum nunc Typographorum & Bibliopolarum vulgus mavult Libros noxios cum magno, quàm probos cum tenuiore lucro edere. GERARDI MORRHII Inſigne typographicum fuit Sphinx, cum his Lemmatibus (d) μήτ' ἐμοὶ μέλοι, μήτε μέλοιτο, & (e) *Nocet empta dolore voluptas.*

Doctus autem ille & induſtrius Typographus non diu (ut puto) huic negotio, neſcio an morte creptus incubuit : nam nullam hujus ultra ann. 1532. mihi adhuc occurrit mentio.

Illâ tempeſtate floruit (f) ANTONIUS AUGERELLUS, cujus Officina (g) *ſub Signo D. Jacobi, viâ ad S. Jacobum* ſita erat.

(a) Apud ALDUM *Venet.* 1497.
(b) Apud GORMONT. 1512. & 1523.
(c) *Basil.* 1522.
(d) Ex SAPPHûs fragment.
(e) Ex HORAT. Lib. 1. Epiſt. 2. ad LOLLIUM. Utriusque Lemmatis explicationem lege in ERASM. Adag. (Edit. 1620.) p. 367. & 415.
(f) CAILLE p. 104.] „ *Antoine Augereau*, en Latin *Augerellus*, imprima „ *Andreæ* NAUGERII *Patricii Orationes* „ *duæ in quarto* en 1531. —— Il fut „ un des premiers qui tailla des Poinçons „ pour les lettres Romaines, l'impreſſion „ de ce temps-là n'eſtant presque qu'en „ lettres Gothiques.
(g) EUSEB. de Præparat. 1534.

(a) Scrip-

erat. Hujus prælo impenſas aliquando fecerunt (a) JOANNES PARVUS & GALEOTUS à PRATO. Cum COLINÆO etiam (utì antea dictum eſt) habuit commercium. Eum typis nitidiſſimis cùm Latinis tum Græcis uſum comprobant HESIODI *de operibus & diebus* Poemata, quæ cum luculentis PHIL. MELANCHTHONIS Enarrationibus anno 1533. ex illius Officinâ prodierunt.

Anno 1534. extiterunt (b) NICOLAUS BUFFET & MAURICIUS DE PORTÂ.

Libris à NICOLAO BUFFET excuſis diverſa præponuntur Inſignia: aliquando (c) vir manu lævâ alatâ ſurſum nitens; dextrâ autem, cui ſaxum alligatur, depreſſus; cum Lemmate, *Paupertas ſummis ingeniis obeſt, ne provehantur*: aut ſignum (d) CLAUDII CHEVALLON, vel (e) GULIELMI LE BRET; quibus forſan ſuam in imprimendis Libris operam addicebat. (f) Officinam prope Collegium *Remenſe* inſtruxit.

MAURICIUS DE PORTÂ (g) Librarius juratus (h) in *Clauſo Brunello* ſub Signo *Divi Claudii*. Notam habebat typographicam, BIANTIS Philoſophi Imaginem, cum ejusdem Sententiâ, *Omnia mea mecum porto*. Hujus Vidua ann. 1548. & 1557. typographico conjugis labori ſucceſſit. MAURICIUS, neſcio, quo gradu affinis fuerit JOANNIS DE PORTÂ (i) antea memorati. MAURICIO duo ex CATHARINÂ uxore nati ſunt filii, AMBROSIUS & MAURITIUS; quorum hic parentibus & fratri in ædc *S.* STEPHANI *de Monte humatis* prope murum cœmeterii hoc ſcripſit (k) Epitaphium.

A la Poſterité

Pour éterniſer la memoire de la foy charitable, affection & ſincerité de vie d'honorables perſonnes Maurice de la Porte, Marchand Libraire Juré en l'Vniverſité de Paris, & de Catherine L'Heritier ſa femme, pareillement d'Ambroiſe De La Porte leur enfant bien aimé, & Marchand Libraire de la dite Vniverſité, duquel la vivacité de l'eſprit, & la debonnaireté ne ſe peut aſſez rememorer. Maurice De la Porte, fils & frere des ſusdits regretans, leur a fait graver ce Tableau.

CATHA-

(a) Scriptor. Rei Ruſt. 1533.
(b) *Michaelis* BUFFET (p. 156) tantùm meminit *Joannes La* CAILLE; qui neſcio an *Nicolai* filius fuerit.
(c) RABIR. de generib. Veſt. ann. 1534.
(d) Bell. Gramm. 1538.
(e) MURMEL. Tabul. in art. verſ. 1542. & Sentent. Latin. ex Author. 1543.
(f) Vide Libros antea citatos.
(g) CAILLE, p. 104.
(h) CICER. *Catilinar.* quart. 1542. & LINACR. de ſtruct. Serm. 1543.
(i) Ann. 1516.
(k) CAILLE, p. 104.

(a) CAIL-

CATHARINA illa MAURITII uxor fuit fortè filia NICOLAI L'HERITIER, cujus (a) anno 1542. JOANNES LA CAILLE meminit.

Anno 1535. JACOBUS KERVER, (b) THIELMANNI filius, (c) JOHANNIS frater, primam ſui dedit notitiam. Binis utebatur Inſignibus; aliquando (d) Monocerote, cum his verbis, (e) *Dilectus quemadmodum filius unicornium*; aliquando (f) Gallis duobus. In *Viâ Jacobæâ* habuit Officinam (g). Scabini *Pariſienſis* munere ann. 1568. functus eſt; multiſque liberis ex uxore BLANCHÂ MARENTIN ſuſceptis, anno circiter 1583. vitâ deceſſit. Primus Pontificum PII V. & GREGORII XIII. Diploma à CAROLO IX. confirmatum ad officiorum ex Concilii *Tridentini* decreto reformatorum impreſſionem ann. 1572. 13. *April.* obtinuit. (h) Græcè quædam, nec ineleganter, excudit; & nonnunquam (i) GULIELMI MORELII operam excuſoriam mutuatus eſt.

Inter Typographos celeberrimum eſt nomen GRYPHIORUM fratrum; quorum par *Germanorum* nobile patriâ *Galliæ* poſthabitâ alter FRANCISCUS *Pariſiis*, alter SEBASTIANUS *Lugduni*, characterum nitore, utilium Librorum delectu, & diligenti Exemplaria emendandi curâ, famam apud eruditos nunquam interituram adeptus eſt. FRANCISCUS typis Romanis, SEBASTIANUS (præcipuè in formæ (k) minoris Codicibus, 8.° & 12.°) Italicis ſæpius utebatur. Quoties autem aut ille in formâ (l) minore Italicos, aut hic in (m) majore Romanos adſcivit, peritiſſimum uterque præbuit Artificem. Utriusque Inſigne typographicum fuit Animal ipſis cognomine, Gryphus ſcilicet; cujus imaginem (n) ſolam aliquando, ſæpius lemmatibus cinctam, Libris apponere ſolebant.

(a) CAILLE, p. 116.] „ *Nicolas* „ *l'Heritier* fit imprimer, Reponſe aux Re- „ monſtrances faites a *Charles* V. ſur la „ reſtitution du Royaume de *Navarre*, & „ du Duché de *Milan* in octavo en 1542.

(b) De quo Vol. I. *Ann. Typ.* p. 305.

(c) De quo ann. 1521.

(d) CAILLE, p. 105.

(e) Ex Pſalm. 29. v. 6.

(f) SYMPHOS. Ænigm. ann. 1537. & AUG. NIPH. in ARISTOT. Topic. 1542.

(g) CAILLE, p. 105. 106.

(h) *Aug. Niph.* in ARISTOT. Top. 1542.

(i) ORI Hieroglyph. 1551. & *Andr.* TIRAQ. &c. 1550.

(k) At DOLETI commentarios in fol. 2. Vol. Italico charactere excudit.

(l) In 8o. HEGHENDORPH. Method. Epiſtol. 1536. & in 12. TERENT. JUVEN. PERS. 1545.

(m) In 4.to *Jul.* CÆS de Cauſ. Ling. Lat. 1540. Præſertim in Bibliis Latinis, quæ in fol., grandioribus nitidiſſim/sque typis ad optima quæque veteris (ut vocant) tralationis Exemplaria duobus Voluminibus apud ipſum ann. 1550 prodierunt; cujus Editionis pompâ nil ferè extare poteſt magnificentius.

(n) HEGHENDORPH. Method. Epiſt. apud. *Fr.* GRYPH. 1536. *Seb.* verò GRYPHIUS Gryphum ſolum Editionum ſuarum fini ſæpiſſime ſubjiciebat.

(a) CA-

bant. Ubi verò imago pingebatur non nuda, ſed figuris quibusdam aſcriptitiis & Lemmatibus conveſtita, diverſum Gryphi exhibebant habitum, diverſa Lemmata adjiciebant FRANCISCUS & SEBASTIANUS. Gryphus FRANCISCI teſtudinem pedibus premebat, litteris F. G. ſuppoſitis; his Lemmatibus oras circumeuntibus, *vires & ingenium*, χρείσσων ἡ ὀργάνοια, (a) nonnunquam Hebraïce כח ושכל. (b) SEBASTIANUS habebat *in tabellæ planicie Gryphi effigiem, qui unguibus pedis dextri ſaxum quadratum attollebat; ſubtus Orbem ſeu figuram ſphæricam, ad cujus partem utramque totidem alæ ſeu plumæ adfixæ; addito noëmate* (c) [VIRTUTE DUCE, COMITE FORTUNA]. *Quæ verba duo vim ſchematis ingenioſi concipiunt.* (d) Nonnullibi invenio binos verſus additos. (e) *Nullum numen* (f) *abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus, fortuna, Deam, cœlòque locamus.* FRANCISCI nulla mihi Editio occurrit (g) anno 1532. & (quo GULIELMO D'AVOUST ſuam operam præſtitit) 1533. antiquior, nulla (h) anno 1540. ulterior. SEBASTIANUS fratre in excudendo prior fuit & poſterior. Anno enim 1528. Precationes aliquot celebriores è ſacris Bibliis deſumptas ac in ſtudioſæ juventutis (cui has (i) dedicat) gratiam Linguâ Hebraïcâ, Græcâ, & Latinâ in (k) Enchiridii formulam redactas excudit. Sic à ſacris vir pius bonum reliquis ſuis laboribus fecit auſpicium. Anno circiter 1557. diem

(a) CICER. Offic. anno 1540.

(b) Lege *Claud.* MIN. de ſymbol. in ejus Comment. ad ALCIAT. Emblem.

(c) Ex CICER. Epiſtol. famil. Lib. 10. ad PLANC. *Omnia ſumma conſecutus es, virtute duce, comite fortunâ.* Quod adeò graviter commodéque dictum eſt, ut à quibusdam publicitus ſymboli vice ſit uſurpatum. *Vide* ERASM. *Adag.* 1629. p. 104.

(d) ERASM. Epiſtol. conſolator. ann. 1528.

(e) JUVENAL. Sat. 10 v. 365. & Sat. 14. v. 316.

(f) Quædam Editiones legunt *habes* (quæ lectio mihi videtur aliâ neutiquam deterior, imò, ſi auſim affirmare, commodior) *Claud.* MORELL. 1602 & 1613. & *Rob.* FOUET 1614. Quod in ſuis ad hunc locum Commentariis probat DOMITIUS, & aliq. Mſſ. authoritate confirmant eruditi quidam Interpretes.

(g) CAILLE p. 103.] „ *François Gry-* „ *phe* frere de *Sebaſtien*, qui imprima à „ *Lyon* pluſieurs Livres en leur perfection, „ imprima *Agathii* GUIDACERII *in quin-* „ *que Pſalmos in quarto* en 1532. & pour „ *Guillaume d'Avouſt* Libraire, *Methodus* „ *precandi in quarto* en 1533.

(h) CICER. Rhetor. & de Invent. 1540.

(i) SEB. GRYPHIUS *ſtudioſæ Juventuti ſalutem. Interim dum ſummo ſtudio doctos quosque in Libris variarum Linguarum excudendis juvare ſatagimus, præpoſterum omnino inſtitutum fore luce clarius eſt, niſi in primis teneræ conſaleremus ætati. Quæ quam in univerſum ad omnia ſequax ſit, ſtudiáque moribus per reliquam ætatem referat: non aliunde auguſtius opem ferri poſſe vel æco apparet, quam hisce preculiis trilinguibus, & orthodoxis. Per quas vera ſimul eruditio, & ſpiritus illabitur pictatis parens. Tu ſac hoc felici exercitii genere adolescas, neque meâ operâ, nec Chriſti fruſtraberis adminiculo. Vale.*

(k) in 12.

(a) Roma-

diem obiit ſupremum. TERENTIUS enim ann. 1556. exiit ſub ejus nomine, & apud ipſius hæredes ann. 1558. JACOBI SANNAZARII Opera.

FRANCISCUS GRYPHIUS ab anno 1536. usque ad 1540. CICERONIS Operibus imprimendis ſuæ operæ plurimum impendit. Illorum Operum partitiones ferè viginti ejus typis (a) exaratas mihi contigit videre. Lexicon Græco-Latinum ann. 1540. ex ſuâ Officinâ prodiens hâc Epiſtolâ candidis Lectoribus commendavit.

Cùm viderem quotidie ſtudia Græcarum literarum magìs atque magìs efflorescere, Libròsque, quibus earum cognitio pararetur, certatim à ſtudioſis requiri, Pariſienſésque *Typographos accuſari paſſim ſocordiæ & ignaviæ, ne dicam avaritiæ, qui quæ à* Germanis *tumultuariè & plerumque temerè excuſa, ab omnibus ſinè judicio compararentur, excudenda ipſi non ſusciperent, auſus ſum ipſe ad* Gallorum *utilitatem Lexicon Græcum locupletius & caſtigatius aliquanto quàm quæ hactenus manibus verſata ſunt, in lucem emittere. Nam* Chriſtiani Oeconomi *viri ejus Linguæ peritiſſimi, & aliorum hominum doctiſſimorum operâ uſi ſumus, qui ad poſtremas in* Germaniâ *Editiones non pauca paſſim inſeruerunt; mendas verò fœdiſſimas multis locis ſuſtulerunt, omniáque ordine locóque ſuo repoſuerunt: huc ex noſtrâ induſtriâ acceſſit, quòd Librum in formam Enchiridii, ut facilè circumferri ab omnibus, & diurnâ nocturnâque manu verſari poſſet, redegimus. Hoc quicquid eſt, quod legendo magìs quàm ex noſtrâ prædicatione cognosces, Lector optime, in tuum uſum publicamus, quos ad majora facilè excitaveris, ſi domeſticis contentus, deſinas aliquando peregrina ſtultè mirari. Vale.*

Inter SEBASTIANI GRYPHII labores typographicos commemorandi ſunt Tomi (b) duo Commentariorum de Linguâ Latinâ à DOLETO conſcripti; ſed de illo Opere rariſſimo & præſtantiſſimo pluribus agam, ubi Authoris docti & infelicis mentionem habebo.

SEBASTIANI GRYPHII laudes virorum eo tempore eruditorum verbis malens, quàm meis, celebrare, très hìc Epiſtolas, (c) JULII SCALIGERI, (d) STEPHANI DOLETI, & (e) CONRADI GESNERI, referam.

JULIUS

(a) Romano charactere in 4. Quas vidi, Lector in Catalogo reperiet.

(b) Prior ann. 1536. poſterior 1538. prodiit.

(c) Præfix. Edit. de cauſ. ling. apud *Seb.* GRYPH. 1540.

(d) *Steph.* DOLET. Carmin. *Lugd.* apud ipſum DOLET. 1538. p. 152.

(e) Qui ei inſcripſit part. ſuarum Pandectar. de Hiſtor. Edit. apud FROSCHOV. *Tigur.* 1548. p. 117.

JULIUS CÆSAR SCALIGER SEBASTIANO GRYPHIO *Typographo S. D.*

Cùm plerique Librorum meorum, qui ſanè quaſi futuræ famæ tentantibus vadum nobis præmiſſi erant, tuis opibus, atque apparatibus eâ gratiâ affecti ſint, ut non minùs tuum ob beneficium, quàm propter ſuum meritum eos doctiſſimus quisque & exceperit, & probárit: non fuit mihi committendum, ut quæ attentiore operâ cumulatiora commoda pollicerentur, non & impenſiore tibi curâ commendata eſſe vellem &c. *Tuam, mi* Gryphi, *veram pietatem, excellentem eruditionem, inſignem humanitatem his noſtris lucubratiunculis & præeſſe volui, & moderari: ſi id tibi ita collibuiſſet: ut poſteri intelligerent, ejus frugis proventum, ſi qua ad eorum commoda per nos exculta eſſet, à nobis tantum commendari, quantum ex diligentiâ tuâ, atque auctoritate gratiæ conſequi potuiſſet. Vale. Pridie Nonas* Februarias M. D. XXXX.

STEPHANUS DOLETUS SEBASTIANO GRYPHIO. *S.*

Quarto meorum Carminum Libro id potiſſimùm conor, ut Virtutis ſtudioſi Virtutis ſuæ teſtimonia poſt mortem habeant. Id tu etiam mecum tuâ arte laudabiliter conaris: dum Autorum antiquorum, & Æqualium noſtrorum Libros (quibus eorum vivit fama) typis tam pulchris in omnem poſteritatem transmittis. Eam ob rem Quartum hunc Librum tibi dicatum volo, utriuſque tam honeſti conatûs documentum: & amicitiæ, quæ tibi mecum jandudum intercedit, pignus æternum, atque perpetuum. Vale. Lugduni *Calendis* Maijs. M. D. XXXVIII.

S. GRYPHIUM CONRADUS GESNERUS in ſuarum Pandectarum duodecimo de Hiſtoriis Libro hâc ſalutavit Epiſtolâ.

SEBASTIANO GRYPHIO *Præſtantiſſimo Typographo* Lugduni, CONRADUS GESNERUS *S. P. D.*

Statueram ego ab initio Germanis *tantùm noſtris Typographis ſingulas hujus Operis partes dedicare: ſed cùm reputarem multos ex noſtris ſordidos & illaudatos eſſe, qui vel quorumvis Authorum Libros ædant: vel ſi bonos interdum, nullâ tamen diligentiæ laude, ſed plerunque depravatiores quàm antea eſſent (nam characterum & chartæ bonitatem aut pulchritudinem minoris æſtimo, quanquam ab illis etiam non parvum artis veſtræ decus pendeat) malui externos etiam aliquot claros & bene meritos de communibus ſtudiis Typographos, quàm* Germanos *indignos, uni Genti parum liberaliter adſtrictus, concelebrare. Sic enim ſentio, neque divites omnes veſtri ordinis laudandos eſſe, cùm multi eorum avaritiâ capti, mendoſos*

prorſus Libros excudere, quàm ſumptus etiam mediocres facere malint: Neque contrà minùs pecuniosos omnes vituperandos, quorum non pauci licèt non multa aut magna Opera publicare poſſint, in iis tamen, quæ poſſunt, exquiſitâ diligentiâ utuntur. Tu igitur inter primos, humaniſſime Gryphi, *minimè prætereundus in mentem mihi veniſti, πολλῶν ἀντάξιος ἀλλων, cui non poſtremus inter eximios ætatis noſtræ Chalcographos locus deberetur: ſdque eò magìs, quoniam non ſolùm inter externos in* Gallià *innumeris optimis Libris optimâ fide ſummâque diligentiâ elegantiâque procuſis, maximam tibi gloriam peperiſti: ſed noſtras etiamnum eſſe videris, qui* Germanus *in* Galliam *veneris. Accipe ergo has de Hiſtoriis partitiones, leve quidem illud, non exiguum tamen amoris erga te pignus noſtri, & meritæ laudis tuæ apud ſtudioſos, qui in hæc legenda inciderint, teſtimonium futurum. Quæ nam autem hiſtorica ex Officinâ tuâ prodiverint, in Catalogo omnium, quæ ædidiſti, Operum jam apparebit. Ubi ſi multa fortè mihi ignota omiſerim tantum loci intervallum & extemporanea hæc ſcribendi feſtinatio excuſationem mihi apud te impetrabunt. Vale, & ſtudioſos pulcherrimis typis tuis juvare perge: quod ut feliciter & libenter diúque facias, Deum omnipotentem oro.* Tiguri, *quarto Nonas* Martii 1548.

CATALOGUS *Librorum apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM Lugduni *excuſorum.*

LIBRI GRAMMATICI.

Donatus de 8. partibus Orat. cum Scholiis & 8. Tractatibus *Glareani*, 1537. In 8.
Nicolai Perotti Grammatica, 1541. In 8.
Rudimenta prima Latinæ Grammatices *Jo. Pelliſſonis.*
Modus examinandæ conſtructionis, ejusdem.
Contextus univerſæ Grammatices *Despauterianæ*, per eundem.
Grammatices Latinæ Elementa *Phil. Melanchthonis.*
Ejusdem Syntaxis. De Periodis & Proſodiâ.
Petri Godefridi Remæi Erotemata, ſive Iſagoge in primas literas, in 8. 1538.
Joan. Murmellii tabularum Opuscula tria, per *Petrum Godefredum Remæum* in Epitomen redacta.
Bellum Grammaticale per *Andream Guarnam Salernitanum.*
L. Vallæ Elegantiæ. De Reciprocatione *Sui* & *Suus*, 1531. in 8.
L. Vallæ Antidotorum in *Poggium* libri 4.
In eundem Dialogi 2.
In *Ant. Raudenſem* Libellus.
Epiſtola Apologetica.

Invectivæ

Invectivæ in *Morandum*.
In *Faccium* & *Parnomitam* libri 4.
In *Bartoli* de Inſignii & Armis libellum, 1532. In 8.
Adeps elegantiarum *Laurentii Vallæ*, per *Bonum Accurſium*, ex ejusdem de Linguâ Latinâ libris collectus. In 8. 1536.
Erasmi Paraphraſis in libros Elegantiarum *Vallæ*, cum farragine ſordidorum verborum *Cornelii Croci* 1531. In 8.
De octo partium Orationis Conſtructione Libellus *D. Erasmi Rot.* cum *Junii Rabirii* Commentario. In 8. 1537.
Thomas Linacer de emendatâ ſtructurâ Latini Sermonis, 1541. In 8.
Ejusdem Rudimenta Grammatices, 1541. In 8.
Julii Cæſaris Scaligeri de cauſâ Linguæ Latinæ libri 13.
Oratio ejusdem in luctu filii habita.
Adrianus Cardinalis de Sermone Latino.
Ejusdem Venatio: & *Julii* II. Pont. Rom. Iter. In 8.
De corrupti ſermonis emendatione, & Latinæ loquendi ratione, *Maturinus Corderius*, 1535. In 8.
Erasmus de duplici copiâ, 1530.
Enchiridion ad verborum copiam, *Theodorico Morello*. In 8. 1538.
Exercitatio Linguæ Latinæ, per *Joan. Ludovicum Vivem Valentinum*. 1542.
Colloquia *D. Erasmi*; 1530. In 8.
Erasmi Epiſtolæ familiares; 1542. In 8.
Idem de conſcribendis Epiſtolis per *Jo. Lud. Vivem*, quibus adjecta ſunt: Compendium *Erasmi* de eadem re;
Conradi item *Celtis* Methodus, & *Chriſtophori Hegendorphini*. In 8. 1542.
Stephani Doleti Commentarium Linguæ Latinæ. Tomi 2. In fol.
Amb. Calepini Lexicon; 1540. In folio.
M. Terentii Varronis de Linguâ Latinâ libri tres, & totidem de Analogiâ, cum caſtigationibus *Michaelis Bentini*: *M. Portii Catonis* Originum liber unus. In 8. 1534.
Chiliades *Erasmi*; in fol. 1528.
Alphabetum Græcum, &c.
Mallarii Epiſtola Mularum Græcarum Apologetica; 1530.
Alphabetum Hebraicum.
Theſaurus Linguæ Sanctæ *Sanctis Pagnini*. Eſt autem Lexicon Hebraicum. In fol. 1529.
Inſtitutionum Hebraicarum Abbreviatio per *Sanctum Paguinum*; 1528. In 8.
Luciani quædam *Erasmo* & *Thomâ Moro* Interpretibus; 1534. In 8.

VARIA

Varia & Philologica.

De Vasculis libellus.
De re veſtiariâ libellus ex *Bayfio* decerptus.
De re hortenſi, libellus.
De re navali libellus.
St. Doletus de re navali, in 4.
Ejusdem Dialogus de imitatione *Ciceronianâ* pro *Chriſtophoro Longolio* contra *Erasmum* in 4. 1536.
Francisci Floridi Sabini Apologia pro *Plauto*.
Ejusdem Libellus de Legum Commentatoribus. In 4. 1537.
C. Plinii Epiſtolæ, Panegyricus, & liber de viris illuſtribus: cum *Suetonii* libro de claris Grammaticis & Rhetoribus: & *Julio Obſequente* de prodigiis; 1539. In 8.
A. Gellii Noctes. 1534. & 1542.
Petri Moſellani Annotationes in easdem; 1542.
Nicolai Leonici de variâ Hiſtoriâ libri 3. in 8. 1532.
Ori Hieroglyphica *Bernardino Trebatio* Interprete; 1542. In 8.
Ang Politiani omnia. In 8.
Joachimi Fortii Ringelbergii Andoperani Opera In 8. 1531.
Moriæ Encomion, per *Deſ. Erasmum*, In 8. 1528.
Lingua, per eundem; 1529. In 8.
Ejusdem Apophthegmata in 16.
Epiſtolæ Familiares *Ciceronis* ſeorſim, cum Argumentis & Scholiis *Criſtoph. Hegendorphini*; 1532.
Caſtigationes poſteriores *Petri Victorii* in Epiſtolas familiares *Ciceronis*; 1541.
Annotationes doctiſſimorum in *M. T. Ciceronis* Epiſtolas familiares, videlicet *Petri Victorii*, *Pauli Manutii*, *Sebaſtiani Corradi*, & aliorum 13. Accedunt variæ lectiones ex collatione vetuſti Codicis per *Nicolaum Scœlſium*: ac lemmata omnium Epiſtolarum per *Gybertum Longolium*; 1541. In 8.

Moralia & alia Philosophica.

Æſopi Phrygis Tabulæ, & aliorum quorundam, in 8.
Catonis Diſticha cum *D. Erasmi* Scholiis: eadem Græcè.
Apophthegmata 7. Sapientum.
Mimi Publiani cum *Erasmi* Scholiis.
Inſtitutum hominis Chriſtiani Carmine.
Iſocratis Paræneſis ad *Demonicum*, 1530. in 8.

Catonis

Catonis Dicticha cum Latinâ & Gallicâ Interpretatione per *Maturinum Corderium*, 1536. in 8.
De Vitâ juventutis inſtituendâ, moribúsque ac ſtudiis corrigendis, variorum Authorum Opuscula. In 8.
Moralis Philoſophiæ Epitome, *Phil. Melanchth.*
Gilberti Cognati Nozerini de Officio famulorum.
Ejusdem Oeconomicus. In 8. 1539.
Ethicorum *Ariſtotelis* libri primi, 2. & 3. & 5. Enarratio per *Philippum Melanchthonem.*
Ejusdem Oratio de *Ariſtotele.*
Collatio Actionum forenſium Atticarum & Romanarum.
In Politicos aliquot *Ariſtotelis* libros Commentarii in 16.
Plutarchi Opuscula moralia Latinè variis Interpretibus 1541. In 8.
Nicolai Leonici Dialogi Philoſophici, 1532. In 8.
Diogenes Laertius, 1541. in 8.
Omnia Opera *Ciceronis* ex caſtigatione *Petri Victorii*, cum Explicatione caſtigationum ejusdem: ac Annotationibus *Joachimi Camerarii.* In 8. 1540.
Rurſus omnia ejusdem Opera in 16. in decem Volumina diviſa.
Tusculanæ Quæſtiones ſeorſim; 1538.
De Naturâ Deorum; 1541.
Ciceronis de Officiis libri tres, cum Annotat. & Scholiis *Erasmi* ac *Philippi Melanchthonis*, & *Bartholemæi Latomi* Annotationibus. Item de Amicitiâ, de Senectute, & Paradoxa ejusdem, & de Somnio *Scipionis*: quibus adjecta eſt *Theodori Gazæ* Verſio Græca, de Senectute, & Somnio *Scipionis.* In 8°. 1530.
Viti Amerbachii Commentaria in libros tres *Ciceronis* de Officiis: cum Scholiis *Petri Joannis Olivarii* in Philoſophiam *Ciceronis* moralem τὰ κεφάλαια. Item Disquiſitiones aliquot in Libros Officiorum *Cœlio Calcagnino* Authore. Præterea & *Leonis Bapt. Alberti Florentini* de Cauſis ſenatoriis, in *Ciceron.* lib. 2. de Officiis locum, Intrpretatio. In 8. 1541.

Dialectica.

Porphyrii Introductio ad *Chryſaorium*, *Antonio Goveano* Interprete. In 8. 1541.
Joan. Cæſarii Dialectica: cui adjecta eſt, *Joannis Murmellii* Iſagoge in X. Prædicamenta *Ariſtot.* In 8. 1538.
Rhetorica ejusdem; 1539.
Dialecticæ *Philip. Melanchthonis* libri 4.
Dialectica *Guilielmi Lapidani.* In 8. 1540.

Rhetorica & Orationes.

Rhetorica *Ariſtotelis* ad *Theodectem* libri tres, Latini, *Georgio Trapezuntio* Interprete. In 8. 1541.

Hermogenis Rhetorica. *Aphthonii* item Sophiſtæ Præexercitamenta. *Antonio Bonfine Aſulano* Interprete. In 8. 1538.

De Partitione Oratoriâ, *M. T. Ciceronis* Dialogus, cum Commentariis *Jac. Lodoici Strebæi*, ac *Georgii Vallæ Placentini*. 1538. & 1541.

Topica *Ciceronis* ad *Trebatium*, cum Commentariis *Boëtii*, & *Joan. Viſorii Cœnomani*, ac *Bartholemæi Latomi* Explicationibus; 1541.

M. Tul. Cic. de Oratore ad *Q.* Fratrem libri tres: cum Scholiis *Philip. Melanchthonis*. In 8. 1537.

Rhetorica ad *Herennium*, cum Libris de Inventione *Ciceronis*. In 8. 1533.

M. Fabii Quintiliani Inſtitutionum oratoriarum libri 12.

Liber Declamationum ejusdem, 1535. In 8.

Petri Moſellani Annotationes in *Quintilianum*; 1541. in 8.

Rhetorices Elementa *Philip. Melanchthonis*.

Gerardi Bucoldiani de Inventione & Amplificatione oratoriâ libri 3. 1542. In 8.

Jacobi Strebæi Remenſis de Electione, & oratoriâ collocatione verborum libri duo. In 8. 1541.

Joachimi Fortii Ringelb. Rhetorica ſeorſim.

Joannis Sturmii de amiſſâ ratione dicendi libri 2.

Ejusdem de Literarum ludis rectè aperiendis, liber unus. In 8. 1542.

Tabulæ *Petri Moſellani* de Schematibus & Tropis.

Pub. Rutilii Lupi de figuris ſententiarum libri duo, *Aquilæ Romani* de eâdem re lib. 1. *Julii Rufiniani*, de iis, quæ ab *Aquilâ* prætermiſſa erant, libellus.

Bedæ Presbyteri de Schematibus & Tropis ſacrarum literarum. *Petri Moſellani* Tabulæ de Schematibus & Tropis.

Oratio laudatoria pro *Francisco Valeſio* Rege *Francorum*.

Cl. Marleti Divionenſis Oratio in laudem Divi *Sebaſtiani*: & altera in funere *Antonii Palmerii* recitata, 1538. In 8.

Panegyricus *Joan. Pelliſſonis* in laudem Cardinalis *Turronii*, 1534 in 4.

Βραχύπλεγμα *Joan. Rænerii* de *Remundi Pelliſſonis*, ac Urbis *Camberii* laudibus. In 4.

Bartolom. Frexii Turriani binæ Orationes: altera pro pace ad Christianos Principes: altera pro humanarum artium ſtudiis. 1539. In 4.

Chris-

Chriſtophori Longolii Orationes 3. Epiſtolarum libri 4. Item *Petri Bembi*, & *Jacobi Sadoleti* liber 1. cum Vitâ *Longolii*.

Poetæ & Poetica.

Homeri Ilias per *Laurentium Vallam*, Odyſſea per *Raphaelem Regium*, Latio donatæ: cui adjecimus *Quinti Calabri* Derelictorum ab *Homero* libros, *Jodoco Velareo* Interprete. Item *Coluthi Thebani* raptum *Helenæ*, eodem Interprete. In 8. 1541.

Euripidis Hecuba, & Iphigenia in Aulide, *Deſ. Erasmo* interprete. 1540.

P. Vergilii Maronis Opera, cum Scholiis *Philippi Melanchthonis*; 1531. Rurſus per *Antonium Goveanum* caſtigata anno 1541. Rurſus in 16.

Lucanus 1534. In 8. Rurſus in 16.

T. Lucretius. 1536. In 8. Rurſus in 16.

Horatius cum Scholiis. 1533. In 8. Rurſus in 16.

Catullus Tibullus, *Propertius* cum Fragmentis *Cornelii Galli*; 1535. In 8. Rurſus in 16.

Martialis. 1536. In 8. Rurſus in 16.

Juvenalis & *Perſius* cum Scholiis; 1533. In 8. Rurſus in 16.

Ovidii omnia; 1535. In 8. Rurſus in 16.

Ejusdem Heroidum Epiſtolæ cum Scholiis; 1536.

Nux Ovidiana cum *Deſ. Erasmi* Commentariolo, cui acceſſit Commentarius ejusdem in duos Hymnos *Prudentii*; 1535. In 8.

Statius; in 16.

Silius Italicus. in 16.

Auſonii Opuscula. 1535. Rurſus in 16.

Cl. Claudiani Poetæ Opera. 1535.

Gratius de Venatione. *Ovidii* Halieutica. *M. Aur. Olympii Nemeſiani* Cynegetica. Ejusdem Carmen Bucolicum. *T. Calphurnii Siculi* Bucolica.

Adriani Cardinalis Venatio. 1537. In 8.

Cl. Claudianus. In 16.

Valerius Flaccus. In 16.

Senecæ Tragediæ, 1538. In 8. Rurſus in 16.

Plautus. 1535. in 8. Rurſus in 16.

Terentius cum Scholiis *Melanchthonis*; 1532. In 8.

Rurſus per *Ant. Goveanum* integritati ſuæ reſtitutus: 1541. In 4. Rurſus in 16.

Joan. Rivii Caſtigationes in *Terentium*, in 8.

In Andriam *Terentii* Annotationes.

Julii Cæſaris Scaligeri de Comicis dimenſionibus liber.

Sententiæ, & Proverbia ex Poetis Latinis: quibus adiecimus *Leoſthenis Calvandri* Sententias prophanas ex diverſis Scriptoribus collectas. In 8 1541.
Hieronymi Vidæ Opera; 1537. Rurſus in 16.
Jacobi Sannazarii Opera; 1537. Rurſus in 16.
Antonii Flaminii Pſalmi & Epigrammata in 16.
Cl. Roſſoleti Lugdunenſis Epigrammata; 1535.
Jo. Vulteii Epigrammaton libri 3. in 8. 1537.
Gilberti Ducheri Epigrammaton libri 2. 1538.
Nicolai Borbonii Nugæ. 1538.
Stephani Doleti Carminum libri 4. In 4. 1538.
Ant. Goveani Epigrammata; 1539.
Ejusdem Epiſtolæ. 4.
Joan. Secundi Hagienſis Baſia; 1539. in 4.
Aonii Paleario de Animorum Immortalitate libri 3. verſu. 1536.
Dictionarium Poeticum, Elucidarius carminum, vulgò inſcriptum.
Joannis Raviſii Textoris Epithetorum Epitome; 1541. In 8.
Officinæ ejusdem Epitome. 1541. In 8.

Historica.

Val. Maximus cum Indice propriorum Nominum; 1541. in 8. Rurſus in 16.
T. Livii Decades cum Annotationibus *Beati Rhenani*, *Sigismundi Gelenii*, *Henrici Glareani*, ac Chronologiâ ejusdem *Glareani*. 1542. In 8.
Juſtinus, cum Epitome ex *S. Aur. Victore*, de Vitâ & moribus Romanorum Imperatorum. 1542. In 8. Rurſus *Juſtinus* in 16.
Q. Curtius, cum Annotationibus *Deſ. Erasmi*. 1541. In 8. Rurſus in 16.
Saluſtius cum Scholiis *Philippi Melanchthonis*.
Orationes contrariæ *Saluſtii* & *Ciceronis*, &c. 1534. in 8. Rurſus 1540. Rurſus in 16.
J. Cæſaris Commentarii, &c. cum Picturis, & Locorum Interpretationibus; 1536. in 8. Rurſus 1540. Rurſus in 16.
Hen. Glareani Annotationes in Commentarios *Cæſaris*. 1538.
Suetonii Cæſares, cum *Jo. Bapt. Egnatii*, libri 3. de Romanis Principibus, & Annotationibus *Deſ. Erasmi* in *Suetonium*. 1539. in 8. Rurſus *Suetonius* in 16.
Cornelii Taciti Annales cum Annotationibus & caſtigationibus *Beati Rhenani*, *Æmylii Ferreti*, *Beroaldi*, *Alciati*. 1542. in 8.
Joſephi Opera. In 8. 1527.

Leonardi

Leonardi Aretini rerum ſuo tempore in *Italiâ* geſtarum Commentarius.
Ejusdem de rebus Græcis liber. 1539. In 4.
Heroës *Julii Cæſaris Scaligeri.*
Mores, Leges, & Ritus omnium Gentium per *Jo. Boemum Aubanum*; 1541. In 8.
De *Gallorum* Cisalpinorum antiquitate & origine per *Gaudentium Merulam*; 1538. In 8.
Topographia antiquæ *Romæ.*
Inſulæ *Melitæ* Deſcriptio. per *Jo. Quintium Heduum.*
C. Julii Solini Polyhiſtor. 1538. in 8.

MATHEMATICA.

Mathematicarum Disciplinarum ; tum etiam Aſtrologiæ Encomia per *Melanchthonem.* Item Phænomena *Joach. Camerarii.* 1540. In 8.

PHYSICA, & DE RE RUSTICÂ.

De Animâ Commentarius *Philippi Melanchthonis.*
Nemeſii Philoſophi de hominis naturâ liber , *Ge. Vallâ* interprete. 1538. In 4.
Hiſtoria Animalium per *Petrum Gyllium* ex *Æliano*, *Porphyrio*, *Heliodoro*, *Oppiano*, in Latinum verſa.
Ejusdem *Gyllii* liber de Gallicis & Latinis piscium nominibus. 1534. In 4.
Conſtantini Cæſaris de Agriculturâ libri 20. *Jano Cornario* Interprete. 1541. In 8.
Cato & *Varro* de re ruſticâ, & Caſtigationes *Petri Victorii*, cum explicationibus in easdem.
Columella & *Palladius* de re ruſticâ. Enarrationes vocum priscarum in re ruſticâ per *Geor. Alexandrinum. Philippi Beroaldi* Annotationes in libris *Columellæ. Aldus Manutius* de dierum generibus, déque umbris & horis, quæ apud *Palladium.* 1541. In 8. duobus Voluminibus.

MEDICA.

Prosperi Calanii Sarzinenſis Medici Paraphraſis in librum *Galeni* de inæquali temperie : De tuendâ valetudine : De atrâ bile. De ſanguinis miſſione in pleuritide. De Sapore auſtero , acri & acido. De cordis tremore. De Melancholiâ flatuoſâ. In 8. 1538.

Commentarii in ſex *Galeni* libros de morbis & ſymptomatis, *Franciſco Valleriolâ* Medico Authore. In 4. 1540.

Galeni de præcognitione libellus, *Leonardo Jacchino* interprete : & explanationes ejusdem in eundem 1540. In 4.

Tabulæ ſex *Stephani Dutemplæi*, in ſex *Galeni* libros de morbis & ſymptomatis; 1530.

Collectaneorum de re medicâ *Averrhoi* Philoſophi, Sectiones tres, de Sanitatis functionibus: De ſanitate tuendâ : de curandis morbis, à *Joan. Bruerino Campegio* Latinitate donatæ. In 4. 1537.

Cornelii Celſi libri in Medicinâ. 1542. in 8.

Novæ Academiæ *Florentinæ* Opuscula adverſùs *Avicennam*, & Medicos neotericos, qui, *Galeni* disciplina neglectâ, barbaros colunt. In 8. 1534.

Modus & Ordo, quibus poſſint Medicinæ ſtudioſi *Avicennam* cum *Hippocrate* & *Galeno* conciliare, &c. In 8. 1541.

Anatomicarum Inſtitutionum ex *Galeni* ſententiâ libri 4. per *Joan. Guinterium Andernachum* Medicum : cui adjecta ſunt, *Theophili Protospaturii* de corporis humani fabricâ libri 5. Item *Hippocrátis Coi* de Medicamentis purgatoriis, *Junio Craſſo Paulo Patavino* interprete. In 8. 1541.

Leonardi Jacchini Medici Emporienſis de Auctorum morborum curatione Disputatio. Ejusdem Quæſtionum naturalium libellus. In 4. 1540.

Methodus perveniendi ad veram medicinam. Item de uſitatâ hujus temporis componendorum, miscendorúmque medicamentorum ratione libri 3. *Leonharto Fuchſio* Authore. In 8. 1541.

Matthæus Curtius de venæ ſectione in pleuritide. In 8. 1538.

Cœlii Apitii de re culinariâ libri 10.

B. Platina de tuendâ valetudine; 1541. In 8.

Libri in Jure Civili.

Inſtitutiones Juris, ex Caſtigatione *Gr. Haloandri*. 1536. In 16.

De verborum & rerum ſignificatione, ex Pandectis.

De Regulis Juris, tum ex Pandectis, tum ex Decretalibus & Sexto. De gradibus affinitatis ex Pandectis. Rubricæ omnes utriusque Juris. 1536. In 16.

Nicol. Beraldi Oratio de vetere ac novitiâ Juris-prudentiâ, 1533. In 4. Ejusdem Dialogus, quâ ratione dicendi ex tempore facultas parari poſſit. 1534. in 8.

Jo. Mauritii Præfecturæ *Burgundiæ* Senatoris, Repetitio l. unicæ C. quo loco mulieres munera ſubire ſoleant. 1538. In 4.

Alexandri

Alexandri Loſæi Aviliani in 3. Codicis librum Commentarii. Ejusdem in paragr. præterea inutilis. Inſtit. de inutili ſtipul. enarratiuncula. 1537. In 4.

Joan. de Lapis Repetitio l. ſi pater. de hæredibus inſtit. 1536. In 4.

Chriſtophori Hegendorfini Dialectica legalis. in 8. 1535. & 1540.

Gabrielis Catiani Brixiani, De eo quod intereſt, Syntagma. In 4. 1542.

Fr. Duareni J. C. de in litem jurando, judiciiſque; bonæ fidei & arbitrariis Commentarius.

Decretum quoddam Senatûs *Bicurigum*. 1542. in 4.

Eguinarii Baronis J. C. *Leonenſis*, de dividuis & individuis obligationibus, Commentarius. 1542. in 4.

Andreæ ab Exea Juris utriusque Doctoris & Interpretis in Academiâ *Valentinâ*, pactorum liber 1. 1542. in 8.

Areſta amorum, cum eruditâ *Benedicti Curtii Symphoriani* explanatione. In 4. 1533. & 1538.

Juliani Tabocii Actiones forenſes. 1541. in 8.

Jo. Crucei Picardi Paraphraſis in Tit. de Actionibus.

Ejusdem de quintuplici ſubſtitutione libellus.

Teſtandi Methodus. De Literâ *Pythagoræ*. 1536. in 8.

Hieronymi Balbi Epiſcopi *Gurcenſis* de coronatione libellus. 1530. in 8.

Carolus Girardus Caſtiliomenſis de Juris Voluminibus repurgandis. 1535. in 4.

Andreæ Alciati Opera quædam: nempe;

De verborum ſignificatione lib. 4. & in Tractatum ejus Argumenti veterum Jure-conſultorum Commentaria. 1530. in fol.

Ad titulum, Si certum petatur, Commentaria: in fol. 1538.

Ad reſcripta Principum Commentaria; De ſummâ Trinitate, De ſacroſanctis Eccleſiis, De edendo, De in Jus vocando, &c. 1530. in fol.

Paradoxorum libri 6. Dispunctionum libri 4. De eo quod intereſt 1. In tres Libros Codicis, 3. Prætermiſſorum, 2. Declamatio una. De ſtipulationum diviſionibus Commentariolus. 1532. in fol.

Parergon Juris libri 3. 1538.

Ejusdem de quinque pedum præſcriptione libri 2. & de Magiſtratibus, civilibúsque & militaribus Officiis. 1530. In 8.

Joannis de Blanasco Burgundi, in titulum de Actionibus in Inſtitutis, Commentaria. in fol. 1542.

Arnoldi Ferroni Burdigalenſis in Conſuetudines *Burdigalenſium* Commentarii: in 4. 1540.

Lexicon Juris civilis, ex variis probatorum Authorum Commentariis congeſtum, per *D. Jacobum Spiegel Seleſtadienſem*. In fol. 1542.

Guliel-

Gulielmi Budæi Pariſienſis in 24. Pandectarum libros Annotationes.
Ejusdem altera Editio in libros Pandectarum. In 8. 1541.
Jo. Ferrarii Montani in 4. libros Inſtitutionum *Juſtiniani* Annotationes; 1537. in 8.
Ejusdem ad Titulum Pandectarum de regulis Juris Commentarius. 1537. in 8.
Ejusdem Commentarius de Appellationibus: Supplicandi uſu: Reſtitutione adverſùs rem judicatam: Exceptionibus quæ ſententiis objiciuntur: Impedimentis executionum: Recuſationibus judicum. 1542. in 8.
Paraphraſis *Claudii Cantiunculæ* in primum & ſecundum libros Inſtitutionum. In 4. 1534.
Variarum Lectionum Juris libri *Joan. Oldendorpii*: in 8. 1541.
Andreas ab Exea de ærario & fiſco, ac utriusque ratiociniorum præfecturâ libellus. in 4. 1532.
Ant. Fumæi Tractatus de eo quod intereſt.

THEOLOGICA.

Biblia, 1542. in 16.
Teſtamentum Novum ex Verſione *Deſ. Erasmi Roterodami.* in 16.
Paraphraſes *Erasmi Roterod.* in Teſtamentum Novum. In 8. 1541.
Aug. Steuchi Eugubini Annotationes in Pentateuchum. In 8. 1531.
Ejusdem in Pſalmum 18. & 138. interpretatio. 1533.
Cosmopœïa ſive de opificio mundi, in fol. 1535.
Opus de perenni Philoſophiâ. in fol. 1540.
Enchiridion Pſalmorum, complectens verſionem eorundem ad veritatem Hebraicam, ac *Joan. Campenſis* paraphraſin. Item Concionem *Salomonis* Eccleſiaſtæ per eundem paraphraſticè traductam. in 16. 1533.
D. Athanaſii in Pſalmos Opusculum. in 8. 1530.
Pſalterium ſextuplex Hebræum cum tribus Latinis, videlicet *Hieronymi*, *Santis Pagnini*, & *Felicis Pratenſis*; Græcum, cum Latinâ vulgatâ. in 8. 1530.
Carolus Bouillus de Laude *Hieruſalem*: De Laude Gentium: De concertatione & areâ peccati. De 7. Vitiis. In 8. 1531.
Dominicæ Præcationis Explanatio: cui adjecimus *Hieronymi Savanarolæ* Meditationes in Pſalmos, Miſerere: In te, Domine, ſperavi: &, Qui Regis Israel intende. Omnia in formâ Enchiridii; 1530.
Collatio in omnes Divi *Pauli* Epiſtolas, per *D. Claudium Guillandum*, S. Theologiæ Doctorem. In 4. 1542.
Collatio ejusdem in Epiſtolas Canonicas. In 4. 1542.

Jacobi

Jacobi Sadoleti Commentarii in Epiſtolam *Pauli* ad *Romanos*. In fol. 1536.
Ejusdem in Pſalmum, *Miſerere mei, Deus*, Interpretatio.
Item in Pſalmum 93. *Deus ultionum*, 1537.
Idem de liberis rectè inſtituendis. 1537.
Ejusdem de laude Philoſophiæ libri 2. 1538. In 4.
Homilia de morte *Federici Fregoſii* Cardinalis & altera de *Ungaria* à *Turcis* capta.
Concordantiæ Biblicæ majores. In 4. 1529.
D. *Hieronymi* Opera omnia; in fol. 1529.
D. *Prosperi* Opera quæ extant; in fol. 1539.
D. *Cypriani* Opera. In 8. 1528.
D. *Baſilii Magni* Moralia & Aſcetica. In fol. 1540.
Lactantii Firmiani Opera: in 8. 1541.
D. *Eucherii* Episcopi *Lugdun.* Epiſtola paræneticа de contemptu mundi, cum Scholiis *Erasmi*. In 8. 1541.
Def. Erasm. Enchiridion militis Chriſtiani. In 8. 1529.
Ejusdem diverſa alia Opera, ut de ratione ſtudii, Apophthegmata, Similia, Dialogi de rectâ pronunciatione Linguæ Latinæ, & Ciceronianus. De pueris ſtatim ac liberaliter inſtituendis; Circa annum 1530.
De libertate operum, & neceſſitate, adverſùs pſeudophiloſophos Chriſtianos, *Francisco Romæo à Caſtellione* Ordinis Prædicatorum Authore.
Annotatio brevis ejusdem ad Animorum immortalitatem, Chriſtianè ac Peripateticè deducta. In 4. 1538.
Commentatio quædam Theologica. In 8. 1539.
Exomologeſis, ſive Modus confitendi, *Def. Erasmi*. In 8. 1528.
De uſu carnium, per eundem. In 8. 1528.
De contemptu Mundi, per eundem. In 8. 1528.
De morte Declamatio ejusdem. 1528.
Modus orandi Deum, per eundem. In 8. 1528.
Precationes *Erasmi*, quibus adjecimus ſimplicem Modum orandi.
Pandecta Legis Evangelicæ *Simone à Corroy* profeſſione *Celeſtino* authore; 1547. in 16.

Poſt Typographos, de quibus multa mihi ſuccurrerunt dicenda, celebratos; iis etiam, quorum aut parum aut nihil præter mera nomina cognovi, locum ſuum neutiquam denegabo. Non enim eſt, ut dubitem, quin longè plures exiterint Typographi, quorum licèt aut parva aut nulla ad me pervenerit notitia, nomen tamen apud eruditos fuit haud incelebre. Sed quis in tantâ & propè infinitâ Librorum ubique per Artem Chalcographicam multiplicatorum copiâ

ſingulas Editiones enumerare potuerit; aut cui, ſi poſſet, tantum ab rebus forſan utilioribus ſibi fuerit otii, ut longum adeò prolixæ nomenclationis tædium devoraret? Neque tamen harum, quæ ad librariam ſupellectilem ſpectant, rerum ſum ita incurioſus, ut non videam ex tali, ſi ſemel inchoatum quiret improbo labore multíſque vigiliis ad finem perduci, opere utilitatem fore non exiguam: iis potiſſimùm, quos ad Libros varios excutiendos diverſáque eorundem Exemplaria conferenda ducit ſuorum ſtudiorum ratio. Hunc autem latiſſimum, in quem falculam meam brevem immiſi, campum, tantum abeſt, omnino detonſum ut putem, ut potiùs mihi videar non niſi exilem collegiſſe manipulum, ſi ad id, quod meſſori cuidam ſolertiori ſupereſt largiori falce demetendum, conferatur. Aliquantillum tamen operoſiſſimi laboris delibando viam præmonſtrâſſe contentus, apud eruditos & æquos alienorum ſtudiorum æſtimatores non tam commerebor culpam, quòd conatibus magnis impar exciderim; quàm gratiam, quòd aliquem inſtructiorem ad opus à me tentatum melioribus auſpiciis repetendum numeríſque ſuis omnibus ex partibus explendum provocaverim.

Subſequentem hunc *Pariſienſium* (quorum nulla alibi in his, quantum memini, Annalibus fit mentio) Typographorum Catalogum ex Typographiæ Librariæ'que rei Hiſtoriâ à clariſſimo JOANNE DE LA CAILLE ſcriptâ contexui.

Rem librariam *Pariſiis* tractaverunt

Anno 1520. (a) PHILIPPUS LE NOIR (b) *Michaelis* filius; (c) GULIELMUS DESPLANIS:

1521. (d) JOHANNES OLIVIER; (e) JOHANNES SAINT DENIS; (f) DAMIANUS HICKMAN; (g) JOHANNES CORNILLEAU:

Anno

(a) CAILLE, p. 91.] „ Il epouſa „ *Marguerite Dupuy*. Il fit imprimer *le* „ *Miroir de Phœbus* avec *l'Art de la Fau-* „ *connerie* par GASTON Comte de *Foix* „ in 4.to 1520. &c. *Le Labyrinthe & le* „ *ſejour des trois Dames* par *Jean Bouchet* „ en 1533. &c. Il avoit la meſme mar- „ que, que ſon pere.

(b) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 189.

(c) CAILLE, p. 91.]„ Il imprima „ pour *Gilles Gourmont* & *François Re-* „ *gnault* Libraires *Victoria* PORCHETI *ad-* „ *verſus impios Hebræos &c.* in folio en „ 1520. Et pour *Enguilbert* & *Jean de* „ MARNEF, *Regula beati patris Benedicti* „ in 8.o en 1521.

(d) Ibid.] „ Il imprima *Gauffridus* „ BOUSSARD *in ſeptem Pſalmos pœniten-* „ *tiales in* 8.o en 1521.

(e) Ibid.] „ Il fit imprimer le *Qua-* „ *drageſimal Spirituel* in 4.to 1521.

(f) Id. p. 93.] „ Il imprima *Jord. de* „ QUEDELIMBERG *Opus Sermonum de* „ *Sanctis* in 4.to en 1521. D. PETRI „ *venerabilis* Cluniacenſis *Opera in folio* en „ 1522.

(g) Ibid.] „ En Latin *Cornicularius*, „ Il imprima pour *Pierre Viart* Libraire „ juré *Robert*. GAGUIN *de geſtis Franco-* „ *rum &c.* in 4.to en 1521. Et pour *Ga-* „ *liot* DUPRÉ *Concilia generalia ex Edi-* „ *tione* MERLINI in folio deux Volumes „ en

Anno 1522. (a) GUICHARDUS SOQUAND; (b) YVES D'ENGLIBERT:
1525. (c) PETRUS LE BRODEUX; (d) JOHANNES HEROUF; (e) ANTOINE COUTEAU:
1526. (f) STEPHANUS ANFRAY; (g) NICOLAUS CRISPIN:
1528. (h) JOHANNES DE BIALLY vel BILLY; (i) NICOLAIA VOSTRE vidua; (k) JOHANNES LONGIS:
1529. (l) NICOLAUS PREVOST:
1530. (m) NICOLAUS COUTEAU (a) *Ægidii*

„ en 1524. Et pour *Jean* PETIT *Ambrosii* CALEPINI *Dictionarium* in fol. „ en 1525. Il mettoit ordinairement au „ bas des Livres, qu'il imprimoit, *Impressoriæ Artis diligentiss. optimúsque opifex.* Il estoit un des habiles Imprimeurs „ de son temps, & scavoit les Langues „ Grecque & Latine.

(a) Ibid.] „ Il fit imprimer BOVILLUS *de remediis vitiorum &c.* in 8. en „ 1522. *Enchiridion locorum communium adversùs* Lutheranos *auct.* Joan. ECHIO „ in seize en 1528.

(b) Id. p. 94.] „ Il fit imprimer *Mirabilis Liber* &c. in 4.to en 1522.

(c) Ibid.] „ Il fit imprimer par *Antoine* COUTEAU, *le Floralier, Recueil & Epitome des Histoires du grand* Valere „ *Prince de tous Historiographes* par *Robert de Valle* in 4.to en 1525. Il avoit pour „ marque un Arbre, sur lequel est un „ Cœur, avec ces lettres, *P. L. B.* & ces „ mots au dessus, *Arbor Hesperidum*, & „ un écusson attaché à cet Arbre, dans „ lequel sont representez deux brox, faisant allusion à son nom de *BRO-DEUX*, „ & autour de la marque estoient ces „ mots; *lege cum prudentiâ, stude cum sapientiâ, metue cum patientiâ.*

(d) Id. p. 95.] „ Il fit imprimer les „ Ordonnances de *Charles* VIII. *Louis* XI. „ & *Francois* I. in fol. en 1525.

(e) Ibid.] „ Il imprima pour *Galiot „ Dupré* les *Chroniques de France* par *Nicolas Gilles* in fol. en 1525. Et pour *Charles de Broigne* & *Clement Alexandre* Libraires à *Angers*, l'*Histoire d'Anjou* par „ *Jean de Bourdigne* in fol. en 1529.

(f) Ibid.] „ Il imprima *Jacobi* ALMANI *Moralia* in 8. en 1526.

(g) Ibid.] „ Il épousa *Claude Chatelle*; „ & fit imprimer par les freres *Marnef*, „ *Jacobi* ALMANI *Moralia*, *& de auctoritate Ecclesiæ* in 8. en 1526.

(h) Ibid.] „ Il fit imprimer le *Traité „ des Fondemens du Temple spirituel de Dieu* „ par *Jean Clerici* in 8. en 1528.

(i) Id. p. 97.] „ Elle imprima pour „ *Pierre Rosset*, *Simon Hadrot*, & *Nicolas „ Prevost* Libraires, le *Diurnal à l'usage „ des RR. PP. Celestins* in 24. rouge & „ noir en 1528.

(k) Ibid.] „ Il fit imprimer, *Deploration des Prinses de* Rome *depuis sa fondation &c.* in fol. par *Savaric de Mauleon* en 1528. *Histoire & Chronique* d'Euphrate *in fol.* en 1549. imprimé pour *Estienne Groulleau*. Il avoit pour „ marque la Lance de *Longis*, qui perça „ le costé de nostre Seigneur, faisant allusion à son nom avec ces mots, *nihil in „ charitate violentia.*

(l) Id. p. 101.] „ Il fit imprimer „ *Missale Canonicorum Regularium Ordinis „ Sancti* Augustini *secundùm ritum insignis „ Ecclesiæ Sancti* Victoris *ad muros* Parisienses *in fol.* en 1529. &c.

(m) Ibid.] „ Il imprima pour *Didier „ Maheu*, la *Chronique abregée des Empereurs, Roys & Ducs d'*Austrasie en 1530. „ Et pour *Galiot Dupré*, *Jean Bonhomme*, „ & *Jean André*, les *Ordonnances Royaux* „ in 4.to en 1537. Et pour *Ambroise Girault* la Sainte Bible historiée in fol. en „ 1541.

(a) *Ægidii* filius ; (b) PETRUS LE BER:
1531. (c) ANTONIUS DE BLADIS:
1532. (d) PETRUS SERGEANT ; (e) JOANNES PIERRE:
1533. (f) GULIELMUS RICHARD ; (g) YOLANDA BONHOMME Vidua *Thielmanni* (h) *Kerver*:
1534. (i) MAURITIUS DE LA PORTE:
1535. (k) PETRUS COUSIN ; (l) JOANNES BIGNON:
1536. (m) RICHARDUS DUHAMEL ; (n) JOANNES YVER-

„ 1541. compoſée par *Comeſtor*, Chanoine „ de Noſtre-Dame.

(a) De quo priùs pag. 93.

(b) CAILLE, p. 102.] „ Il imprima „ *Suetone* in fol. en 1530. *Adreſſe du* „ *fourvoyé captif* par *Ch. de Hodic* en 1532.

(c) Id. p 103.] „ Il imprima pour „ *Gerard* MORRHY *Canticum Canticorum* „ Solomonis *cum Comment. per* Agathium „ Guidacerium *in* 4.o en 1531.

(d) Ibid.] „ Il imprima les *Fleurs & Antiquitez des* Gaules *par* Jean le Fevre „ en 1532.

(e) Ibid.] „ Il imprima avec *Gerard* „ MORRHY *Orontii* FINEI *Protomatheſis* in fol. en 1532.

(f) Ibid.] „ Il fit imprimer *Apologia* „ *Alberti* PIGHII *adverſ. Mart.* BUCER. „ in 8. en 1533. Il avoit pour marque „ une Poule, avec ces mots pour deviſe, „ *in pingui Gallinâ.*

(g) Ibid.] „ Elle imprima en 1533. „ *Decretales ex recognitione* Joan. THIERI: „ & pour *Henry* PAQUOT *Miſſale Pariſienſe* „ rouge & noir ſur du velin in fol. en 1539. „ *Biblia ſacra* in 8. en 1549.

(h) *Annal. Typograph* Vol. I. pag. 305.

(i) CAILLE, p. 104.] „ Il fit impri- „ mer *Petrus* SUTOR *de poteſtate Eccleſiæ* „ *in occultis* en 1534. ERASMI *Præparatio* „ *ad mortem* en 1541. Il avoit pour mar- „ que le Philoſophe *Bias*, avec ces paroles, „ *Omnia mecum porto.* Voicy une Epita- „ phe, qui ſe lit au mur du Cimetiere de „ S. *Eſtienne du Mont.*

A LA POSTERITE'

Pour éterniſer la memoire de la foy charitable, affection & ſincerité de vie d'honorables perſonnes MAURICE DE LA PORTE Marchand Libraire Juré en l'Univerſité de Paris, & de CATHERINE L'HERITIER ſa femme, pareillement d'AMBROISE DE LA PORTE leur enfant bien aimé & Marchand Libraire de ladite Univerſité, duquel la vivacité de l'eſprit & la debonnaireté ne ſe peut aſſés rememorer : MAURICE DE LA PORTE fils & frere des ſuſdits regretans leur a fait graver ce tableau.

(k) Ibid.] „ Il imprima *Paſſio D. J. C.* „ *ſecundum quatuor Evangelia per* Ant. A- „ konigſtein *Ord. Minor.* in 8. en 1535. „ Sa marque eſtoit un Lyon tenant une „ brebis ſous ſa pate, avec ces paroles, „ *Humilitas vincit omnia.* Il eut de *Ca-* „ *therine Benoiſt* ſa femme un fils nommé „ *Guillaume*, né le 27. *Juillet* 1546.

(l) Id. p. 105.] „ Il imprima pour „ *Maurice de* LA PORTE, *Enchiridion lo-* „ *corum communium* Joan. Eckii *adverſus* „ Mart. Lutherum *&c. per* Fr. Tilmanum „ Sibergenſem *Ord. Prad.* in 8. en 1535. „ *Enarrationes Evangeliorum interpret. S.* „ Thom. de Aquin. *in* 8. en 1542. Il avoit „ pour marque ſes armes avec ces mots; „ *repos ſans fin, ſans fin repos.*

(m) Id p. 106.] „ Il fit imprimer *Se-* „ *lectiora veterum Auctorum collectanea* in „ 8. en 1536. Il épouſa *Germaine le Fe-* „ *vre.*

(n) Ibid.] „ Il fit imprimer *la Mer* „ *des Chroniques*, & *Miroir de France*, „ trad. du Latin de *Rob. Gaguin* in fol. en „ 1536.

YVERNEL; (a) DIONYSIUS JANOT DIONYSII JANOT (b) filius.

A' *Parisiensibus* transeo ad Typographos, qui in aliis passim *Europæ* partibus (præter illos supra in hoc Annalium Volumine memoratos) Artem suam promoverunt: quales

Anno 1521. *Venetiis*; (c) GULIELMUS DE FONTANETO:
Montisferrati; (d) MELCHIOR SESSA & PETRUS DE RAVANIS socii:
Cantabrigiæ; (e) JOANNES SIBERCH:
Argentorati; (f) HULDERICHUS MORHARDUS:

1522. *Noribergæ*; (g) JOANNES STUCKS:
Antuerpiæ; WILHELMUS VORSTERMAN:

1523. *Augustæ Vindelicorum*; SIMPERTUS RUFF:

1524. *Noribergæ*; FŒDERICUS ARTHEMISIUS:
Antuerpiæ (h) MICHAEL HILLENIUS HOOCHSTRATANUS:

1525. *Argentorati*; JOANNES GRIENINGERUS communibus (i) JOANNIS KOBERGER impensis:

1526. *Wittenbergæ*; JOSEPHUS CLUGUS:
Coloniæ; (k) FRANCISCUS BRICKMAN:
Compluti; MICHAEL DE EGUIA:
Romæ; F. MINITIUS CALVUS:

152-. *Lugduni*; (l) JACOBUS MARESCHAL:

Haga-

Noribergæ; JOANNES PETREIUS:
1533. *Coloniæ*; JOANNES PRAEL:
1535. *Coloniæ*; (a) JOANNES GYMNICUS:

Sub JOANNIS GYMNICI nomine decimum quintum ſuarum Pandectarum de Metaphyſicâ librum publicavit CON. GESNERUS.

D. JOAN. GYMNICO *Typographo* Colonienſi
De bonis Literis optimè merito CONRADUS GESNERUS *S. D. P.*

Multi & egregii nobis ex Officinâ tuâ nati Codices, optime Gymnice, *non ſinunt te facie mihi ignotum, Libris excuſis notiſſimum, inter clariſſimos noſtri ſeculi, quos quidem ipſe noverim, Typographos præteriri. Id enim ſi facerem, quis me non ingratum & iniquum beneficiis tuis exiſtimaret? Quid ni enim beneficia vocitem, quæ quis per ſuam Artem optima & maxima, hoc eſt, humanæ vitæ in ſuo quæque genere quam utiliſſima, teſt*

latione. Hæc Editio, ut in aliis Libris factum erat jam per aliquot annos, corrigenda, ut Trechſelius *conſueverat*, Serveto *exhibetur. Quo facto non intermiſit ille noſter, ciùm ſinè metu ſalutis, & alio nomine fieri poſſet, varias adjicere gloſſas impias ſatis, & anguem ſub herbâ latentem indicantes. Atque ita fraudulentum ſub nomine* Michaelis Villanovani *egit Correctorem, & falſarium Impoſtorem. Lectu digna ſunt verba* Calvini, *quæ dictâ à me corroborare poſſunt.* Lugduni, *ait ille in Defenſione orthodoxæ fidei adv.* * Servetum, *ciùm ſacris literis corrigendis opera eius* (Serveti) *conducta foret, poſtquam Typographos quingentis libris Francicis emunxit, ne furatum eſſe quis diceret, quod mercedis nomine ſumſerat, ſingulas paginas partim futilibus nugis, partim impiis deliriis inquinavit.*

Ciconia roſtro colubrum, dextro pede lapidem gerens, cum Lemmate *Discite juſtitiam moniti* (ex VIRG. *Æn.* 6. v. 20.) Huic *Joanni* GYMNICO filius fuit *Joannes* etiam *Colonienſis* Typographus, qui anno 1576. *Rob.* STEPH. *Dictionar. nomin. Propr.* 1581. GODSCALCI *Obſervat. Latin.* & 1593. JOSEPHUM Latinè impreſſit; ubi in ſuâ ad Lectorem Præfatione, ſcribit Latinam JOSEPHI Verſionem antè ex ſuorum parentum Officinâ (ann. 1534. forſan, Vide FABRIC. *Bibl. Gr.* l. 4. c. 6. p. 243. ſed nomen Typographi non addidit) prodiiſſe. Eodem Inſigni uſi ſunt pater & filius; ſed in illius Libris, Lemma trajicit Inſigne; in hujus, circuit. Comperio ex Librorum quorundam Editione (*Vide Catalog.*) ann. 1540 *Joannem* GYMNICUM *Antuerpiæ* vixiſſe; & apud ipſum aliqua *Joannis* LANGI *Sileſii* Opuscula à *Joanne* CRINITO impreſſa væniiſſe.

(a) Sub Monocerote. Hujus Inſigne fuit Monoceros, ſive Equus marinus amplectens columnam, cujus apici inſidet

» *novavani*, hoc eſt *Serveti*, in folio. *Lugduni*, impenſis *Huguinis à Porta*, excudebat *Caspar Trechſel* » 1542. *Ex Præfatione.* » In ipſâ *Pagnini* noſtri Verſione non parum eſt nobis poſt omnia ejus anno» tamenta deſudatum: annotamenta, inquam, quæ ille nobis quàm plurima reliquit. Nec ſolùm » annotamenta, ſed & Exemplar ipſum locis innumeris propriâ manu caſtigatum. Ex quibus omni» bus affirmare auſim & integras mag's nunc eſſe ſententias & Hebraicæ veritati propinquiores, » Eccleſiæ tantùm & Hebraïcè peritorum ſit de hâc re judicium. * VILLANOVANI *nomine notum eſſe* Michaëlem Servetum *affirmat* Sandius *in Bibliotheca Antitrinitariorum, eandemque hujus Editionem* Pagninianæ *Authorem eſſe* Calvinus *confirmat. Indè colligitur non* Pagnini, *ſed ſua annotamenta* Villanovanum *quibusdam in locis Veteris Teſtamenti ad marginem adjeciſſe.*

* Pag. 59. Edit. R. Steph. 1554.

teſt præſtare , in iis quo minus talia tantáque ſint ; bonæ fidei diligentiæque nihil omittere? Primam itaque Philoſophiam nomini tuo inſcribo, & nuncupo : quod ut felix fauſtúmque ſit , & diuturnæ nobis deinceps amicitiæ non mediocre pignus, CHRISTUM *verè φίλιον & Chriſtianæ amicitiæ, pacis, charitatis , concordiæ , patronum fortiſſimum etiam atque etiam oro. Quanquam autem quos hactenus publicáſti , Libris argumentum hoc non admodum conveniat, non injucundum tamen tibi futurum ſpero ob rei excellentiam. Nam cùm reliqua hujus Operis, partes quædam ipſius Philoſophiæ ſint , hìc illam , quæ ſapientiæ primæ divinæque & abſolutum Philoſophiæ nomen meretur , tuam eſſe volui. Hæc cæteras ſub ſe Scientias omnes complectitur, & parit quodam modo , principia comprobat omnium , & cunctis aliquid confert , cùm ipſa nihil aliunde capiat , ut verè omnium liberaliſſima debeat eſtimari. Huic ethnicam quoque Theologiam , qualis vulgò & impiè celebrata eſt , ceu partem ejus , quamvis ab* Ariſtotelis, Socratis *&* Platonis *aliorúmque veterum ſententiis longè diverſam , & multitudine Deorum aut potiùs Dæmonum contaminatam , adjunximus. Sed quicquid hoc eſt juvandi ſtudio à me collectum , hilaris , quæſo , ſuscipe : & optima ſubinde ſcripta in lucem quàm caſtigatiſſimè dare, & commiſſum tibi talentum ingenuè curare perge : ſic ille , qui ſua ſingulis talenta diſtribuit , benignus & propitius pulcherrimis laboribus tuis aspiret. Vale.* Tiguri 28. *die* Maii, *anno* 1548.

CATALOGUS *Librorum qui ex Officinâ* JOAN. GYMNICI Coloniæ *prodierunt. Cifra numerum chartarum indicat.*

Jo. Oldendorpii varia in Jure.

POETÆ.

Virg. cum ſcholiis *Melanchthonis*, 49.
Virgilii Bucolica cum ſcholiis *Heſſi*, 5.
Virg. Georgica cum ſcholiis *Heſſi*, 5.
Ovidii Metamorphoſis, 38.
Faſt. Triſt. Pont. & Amatoria, 38. 90.
Epiſtolæ Heroidum, 14.
Horatius cum ſcholiis doctorum virorum, 27.
Juvenalis, 10.
Perſius cum Commentariis *Murmellii*, 9.
Diſticha *Verini*, 3.
Flores, ex *Ovidio*, *Tibullo*, & *Propertio*, 4.
Terentius, cum Comment. *Aſperi*, *Donati*, &c. 54.
Terentius cum ſcholiis, 37.
Terentii textus & ſeparatus, 23.
Plautus cum ſcholiis *Longolii*, 49.

Comœdia
- Reuchlini
- De Filio prodigo
- De Samaritano, 4.
- De ove perditâ, 4.
- De Lazaro redivivo, 6.
- Didascalus Zovitii

Ge. Macropedii
- Andrisca, 4.
- Hecastus, 5.
- Asotus, 6.
- Rebelles & Aluta, 6.
- Petriscus, 5.

Tragœdia
- De Passione Christi, 6.
- De Susannâ, 6.

Historiographi.

Suetonius de Vitâ 12. Cæsarum, 42.
Q. Curtius, 25.
Justinus, 24.
Val. Maximus, 31.
Philostratus de Vitâ *Apollonii*, 31.
L. Florus, 19.
C. Salustius, 23.
Æmylii Probi Vitæ, 16.
Nicolai Vuimmanni Syncretismus, 34.
Boccatii Compendium in Ro. Historiam, 2.
Ludovici Vivis, *M. T. Ciceronis*, & *Des. Erasmi* diversa Scripta.

Authores Varii.

Quintilianus de Arte oratoriâ, 54.
Gul. Gellius, 52.
Columella, 53.
Opera *Rodolphi Agricolæ*, 103.
Convivia *Philelphi*, 13.
Elegantiæ *Laur. Vallæ*, 49.
Observationes Latinæ Linguæ, 51.
Elucidarius Poeticus, 64.
Adrianus de Latino Sermone, 28.
Epistolæ *Hippocratis* à *Cornario* versæ, 8.
Opuscula aliquot *Plutarch.* à *Longolio* versa, 9.

Jo. Monhemii Elementale phyſiologiæ, 9.
Ejusdem Tomus 2. phyſiologiæ, 38.
Enchiridion *Morelli*, 12.
Pædologia *Moſellani*, 5.
Sebaldi Heiden Formula Colloquiorum, 7.
Papa *Murmellii*, 12.
Ex *Terentio* excerpta, 7.
Fabulæ *Æſopi*, 5.
Anticategoriæ *Beroaldi*, 4.
Arithmetica, 2.
Ex *Hieronymi* Epiſtolis ſententiæ, 2.
Epiſtolæ 3. *Hieronymi*, 6.
Paræneſis *Iſocratis* Græcè, 3.
De cotidianis Colloquiis Græcè, 1.
De Disciplinâ puerorum, 1.
Sulpitius de Moribus, 1.
Enchiridion nominariorum, ſemifolium.
Elementale Hebraicum, 1.
Gybertus Longolius de avibus, 7.
Guliel. Turnerus de avibus, 10.

THEOLOGICA.

Novum Teſtamentum *Hieronymi*, 39.
Homiliæ *Bedæ*, Tomi 2. 28.
Primaſius in *Paulum*, 43.
Pſalterium *Snoygoudani*, 37.
Pſalterium *Joan. Campenſis*, 19.
Sermones *Abſolonis*, 47.
Similia ſacra *Alardi*, 53.
Homiliæ *Maximi*, 25.
Poſtilla *Thomæ*, 32.
Arnoldus Vueſalienſis in X. præcepta, 8.
Prosper, 19.
Petrus Alphontius, 25.
Eccleſia *Cornelii Croci*, 8.
Hugo de Animarum ab inferis regreſſu, 8.
Precationes Orationis Dominicæ, 12.
Proverbia *Salomonis*, 6.
Evangelia cum Scholiis *Torrentini*, 12.
Canticale puerorum, 9.
Hymni & Sequen. cum Scholiis *Torrent.* 8. & 12.
Sententiæ *Nili*, 5.

Dialectica.

Rodolphus de Inventione dialecticâ, 62.

Dialectica { *Laurentii Vallæ*, 21. / *Cæsarii*, 22. / *Phil. Melanchtho.* 13. / *Trapezuntii*, 4.

Dialectica & Rhetorica *Latomi*, 13.
Latomi in *Rodolphum*, 8.
Alardi in *Rodolphum* Epitome, 10.
Dialectica *Georg. Vallæ* cum Scholiis *Mosellani*, 6.
Jo. Monhemii Dialecticæ & Rhetoricæ Epitome, 6.

Grammatica Græca.

Grammatica { *Clenardi*, 19. / *Cepori.* 12. & 19.

Elementale Græcum { *Aleandri*, 5. / Ex *Aldo*, 2.

Syntaxis *Varennii*, 9.

Grammatica Latina.

Grammatica { *Linacri*, 30. / *Spangebergii*, 18. / *Aldi*, 8. / *Philippi*, 9.

Syntaxis *Philippi*, 11.

Despauterii { Grammatica, 10. / Syntaxis, 10. / Rudimenta, 3.

Murmelii { Nucleus, 5. / De Arte versificatoriâ, 3. / Tabulæ de generibus nominum, 7.

Mancinelli { Versilogus, 3. / Speculum, 2.

Donatus

Donatus { Cum Commentariis *Glareani*, 12.
Majoribus characteribus, 7.
Minoribus characteribus, 3.
Per figuras, 8.

Moſellanus de Schematibus, 4.
Joan. Suſenbrotus de Schematibus, 8.
De ratione carminum, 2.
De Latinâ Conſtructione, 1.
Alphabetum Latinum, 1.
Muſica *Ornithoparchi*, 12. Et alia mihi ignota.

Anno 1535. *Neocomi*; PETRUS DE WINGLE:
Pictavii; (a) JOANNES & ENGUILBERTUS MARNEFII fratres.

Quum munera hæc duo, ὑπανωφωτικὸν & typographicum, adeò arctâ neceſſitudine conjungantur, ut hoc, ſi illud abfuerit, non modò non proſit omnino, ſed & obſit maximè; me ſanè duco minimè operam luſiſſe, quòd in plurimis Librorum Editionibus deſcribendis multa ſcripſerim: ſi enim has nudas breviùs expoſuiſſem, Lector haud facilè intellecturus erat bonæ Editionis pretium; cui momentum addit multò ſolidius emendationis fides quàm characteris forma. Editiones ſunt omnium præſtantiſſimæ, ubi utraque curatur; deterrimæ, ubi negligitur; &, ſi alterutrâ carendum eſt, malumus in hâc quàm in illâ peccari. Optimi igitur Libri prodeunt ex Officinis; in quibus typi ſuam veram figuram ſplendidúmque nitorem nanciſcuntur; quas regunt Typographi haud vulgariter eruditi & ad ſuos ipſorum Codices emaculandos idonei, haud parci in neceſſariis ſumptibus faciendis, nec indiligentes in corrogando virorum doctiſſimorum auxilio, quibuscum emendationis & collationis onus partiantur. Multum ego rei cùm literariæ tum typographicæ notitiam adjuvit clariſſ. ZELTNERUS, vir mihi in primo horum Annalium (b) Volumine laudatus, qui Correctorum Centuriam collegit; ex cujus Opere excerpta compluria fateor me in breves meos Correctorum Indices, & illum, quem (c) antea dederam, & hunc proximè ſequentem, tranſtuliſſe.

COR-

(a) Lego Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 191.
(b) Pag. 288.
(c) Ibid. pag. 289.

(a) *Ann.*

CORRECTORES	IN OFFICINIS TYPOGRAPHICIS.
[1] *Nicolaus* GERBELIUS [2] *Bruno* & *Basilius* AMORBACHII, & [3] *Jacobus* NEPOS; [4] *Fabricius* CAPITO; [5] *Lambertus* HOLLONIUS; [6] NESENUS;	*Johannis* FROBENII:
[7] *Mathias* SCHURERIUS;	*Martini* FLACCI & *Joannis* PRUS:
[8] *Sebastianus* MURRHO;	*Matthiæ* SCHURERII:
[9] *Nicolaus* GERBELIUS;	*Matthiæ* SCHURERII & *Thomæ* ANSHELMI:
[10] *Joannes* LONICERUS;	SCHURERIORUM:
[11] *Jacobus* TUSANUS;	*Jodoci* BADII:
[12] *Petrus* PORTA; [13] *Beatus* RHENANUS; [14] *Joannes* SOLIDUS; [15] VOLGACIUS;	
[16] *Godefridus* TORINUS;	*Henrici* STEPHANI:
[17] *Franciscus* TISSARDUS;	
[18] *Hieronymus* ALEANDER;	
[19] *Melchior* VOLMARIUS;	
[20] *Joannes* CHÆREDAMUS;	
[21] *Gulielmus* MAINUS;	*Ægidii* GOURMONTII:
[22] *Philippus* MELANCHTHON;	*Thomæ* ANSHELMI:
[23] *Paulus* MANUTIUS;	*Aldi* MANUTII:
[24] *Joannes* SICHARDUS;	
[25] *Hieronymus* GEMUSÆUS;	

[26] *Joan-*

1 *Annal. Typogr.* Vol. II. p. 3.
2 Ibid. p. 4. & 10.
3 Ibid. p. 4.
4 Ibid. p. 15.
5 Ibid. p. 21.
6 Ibid. p. 25.
7 Ibid. p. 57.
8 Ibid. p. 57.
9 Ibid. p. 58.
10 ZELTNER. p. 323.] „ Natus „ 1499. *Arternæ*, quod oppidum Comitatûs *Mansfeld.* —— Plures lucubrationes apud *Schurerios* imprimi curavit, „ omni studio correxit, prelique vitia e„ mendavit. —— obiit 1569. *Jul.* 20.
11 *Annal. Typogr.* Vol. II. p. 78.
12, 13, 14, 15, Ibid. p. 88.
16 Ibid. p. 89.
17 Ibid. p. 95. &c.
18 Ibid. p. 99.
19, 20 Ibid. p. 104.
21 Ibid. p. 106.
22 ZELTNER. p. 352.] „ Natus 1497. „ *Brettæ Febr.* 16. patre *Georgio* —— typographicæ Officinæ *Anshelmi* aliquandiu Corrector præfuit. (Leg. ADAM. „ *Vit. Theolog.*) —— obiit *Wittenberge* ann. æt. 63. Chr. 1560.
23 Id. p. 331.
24, 25, 26. *Annal. Typograph.* Vol. II. p. 116.

CORRECTORES	IN OFFICINIS TYPOGRAPHICIS.
16 *Joannes* OECOLAMPADIUS;	*Andreæ* CRATANDRI:
1 *Franciscus* ASULANUS;	*Andreæ* ASULANI:
2 *Jo. Maria* TRICOGLIUS;	*Joannis* MACIOCHI:
3 FELIX *Pratenſis*; *R.* IACOB *ben Chaiim*;	*Danielis* BOMBERGI:
4 *Franciscus* JUNTINUS;	JUNTARUM:
5 *Adamus* KNOUF;	GRYPHIORUM:
6 *Hermanus* TULICHIUS;	*Melchioris* LOTHERI:
7 *Ortuinus* GRATIUS;	*Henrici* QUENTELII:
8 DONATUS *Veronenſis*;	SABIORUM:
9 *Andreas* GRUNTLERUS; *Gerardus* CLERICUS; *Adamus* MODIUS; & ſeptem alii anonymi;	
10 *Robertus* STEPHANUS;	*Roberti* STEPHANI:
11 *Hubertus* SUSSANNÆUS;	*Simonis* COLINÆI:
12 *Henricus* PANTALEON;	*Sebaſtiani* GRYPHII:
13 *Jodocus* VELAREUS;	*Joannis* BEBELII & ISINGRINII:
14 *Mileſius* COVERDALE:	*Martini* CÆSARIS:

Caſ-

p. 116. [Lege ZELTNER. p. 229. de *Gemuſco*, qui natus *Mulhuſii Alſatiæ* ſuperioris, ann. 1505. —— vitæ ſociam ſibi elegit filiam *Andr. Cratandri* Typographi. Quo factum, ut occaſio ei ſubminiſtrata fuerit ſocerum in operis typotheticisque curis juvandi. —— extinctus 29. *Jan.* 1545.]

1 Ibid. p. 135.
2 Ibid. p. 113. & 115.
3 Ibid. p. 142.
4 ZELTNER. p. 284.
5 Id. p. 306.
6 Id. p. 533.
7 Id. p. 401. & Epiſtol. Obscuror. Vir. (Edit. 1557. in 12.) NICOL. CAPRIMULGIUS ORTUINO GRATIO —— *Ego bene vidi de vobis* Coloniæ *in domo* Henrici Quentel, *quando fuiſtis Corrector, & debuiſtis corrigere Græcum; tunc abſcidiſtis omnes titellos, qui fuerunt ſupra literis, & dixiſtis, quid debent illa ſtultitiæ?* &c.

8 *Annal. Typogr.* Voll. II. p. 392.
9 Ibid. p. 442.
10 Ibid. p. 438.
11 Lege ipſius *Suſſannæi* Epiſtolam ejusd. *Ciceroniano* Dictionario, Edit. apud *Colinæum* in 8. 1536. præfixam.
12 ZELTNER. p. 408.] „ Natus 1522. „ *Jun.* 13. —— *Johanni* BEBELIO „ Typographo traditus, aliquandiu in „ *Isingrinii* Officina lectorem egit. —— „ Pro Anagnoſta typothetæ vices aliquan„ diu ſubire juſſus eſt —— ab avuncu„ lo *Krieſteinio* Typographo *Auguſtam* „ *Vindelicorum* ingentibus promiſſis acceſſitus eſt. — obiit 1595. annorum 73.
13 *Annal. Typogr.* Vol. II. p. 394.
14 ZELTNER. p. 129.] „ *Anglus*, „ *Eboraci* genitus, ad Epiſcopatum *Exceſtrienſem* denique evectus. —— Anno „ 1535. quo *Tyndallus* igne combuſtus eſt, „ in *Galliam* tranſiit, & totius Operis [Bibliorum] correctionem & emendatio„ nem ſuſcepit, conceſſione à Rege *Gal-*

lia

CORRECTORES	IN OFFICINIS TYPOGRAPHICIS.
[1] *Casparus* CRUCIGER:	
[2] *Michael* SERVETUS;	*Casparis* TRECHSELII.

Quum alterum hoc Annalium Volumen præcedente multò ſpiſſius futurum in duas Partes diſtinguere commodius duxerim, librósque ibi enumerandos in duas itidem Claſſes diſtribuere; primâ, quæ viginti ineuntis Centuriæ annos capit, Claſſe in primam Partem conjectâ ac jam exactâ; ſupereſt nunc Claſſis poſterior, quæ ſedecim annos proximos complectitur, ſecundæ ultimæque hujus Voluminis Parti finem impoſitura.

Ruth & Threni; ac libellus de numeris; Hebraïcè, ex recognitione *A. Juſtiniani* Epiſcopi *Nubienſis*: *veneunt in Viâ* Jacobæâ *apud* Gormontium. (a) 4.to . Pariſiis. 1520.

Prophetæ poſteriores, *Iſaias*, *Hieremias*, *Ezechiel*, & 12. minores Hebraicè (b) fol. Soncini. 1520.

Biblia

„ *lia* impetratâ, ut *Pariſiis* id fieret. Verùm poſtquam *Matthæus Orus* generalis „ Inquiſitor comperiſſet, Opus prohibitum; & paginæ omnes, quæ jam impreſſæ erant, Vulcano ſacratæ. *Covердalius* Corrector Operis cum Typographo aufugit, & Officinam omnem cum toto apparatu, *Londinum* poſtea deductam, reliquit. Attamen in *Angliâ* idem Opus denique abſolutum eſt anno 1535. fol. & vocatum Biblia *Tyndaliano-Coverdaliana*.

1 Id. p. 131.] „ Natus *Lipſiæ* 1504. „ *Jan.* 1. —— *Moſellani* diſcipulus —— *Luthero* adjutor in translationibus S. Codicis, parésque labores cum *Melanchthone*, *Forſtero*, & *M. Aurogallo* ſubeundo, & præterea mendarum à prelo commiſſarum rationem habendo, unà cum *Georgio Rorario* & *Chriſtophoro Walthero* ſtrenuè elaboravit. Quorum poſterior affirmat per viginti annos primùm quidem cum *Crucigero* & *Rorario* in typographiis ſe vixiſſe, & ſphalmata ex Libris expunxiſſe. —— Obiit ann. 1548. *Nov.* 16. " Et Id. p. 542.] „ *Chriſtophorus Walther Johanni Luſſio* optimo & de primis Eccleſiæ Evang. proculſis Libris Bibliisque *Germanicis* excudendis Typographo meritiſſimo per multos annos menda typothetarum correxit. —— ad finem usque vitæ *Wittenbergæ* vixit, ubi diu *ουιφγ&* *Rorarii* fuit —— Et Id. p. 473.] „ *Georgius Rorarius Lutheri* amanuenſis, ann. 1492. Cal. *Octob.* natus —— Anno 1550. „ *Wittebergâ* & Officinâ *Joh. Luſſii* relictis in *Daniam* peregrinationem ſuscepit; indè poſt tres annos *Jenam* retractus eſt. —— Obiit ann. 1557. *April.* 24.

2 ZELTNER. p. 496. Et de eo paulò ante egimus.

(a) *Prid. Non. Jun.* Caſtigavit *Petrus de* SOUEZ LEFOUR *Parliſienſis*, qui ſic *Juſtinianum* affatur; —— *Hebraici Sermonis ſtudium dudum ſuffocatum excitaſti —— tu tuorum laborum prodigus Parrhiſiacis charactéribus ſedulitate exaratis primus formandos* (ſcil. libros) *curâſti* &c. Hanc Editionem Hebraïcam indicat R. P. LE LONG in *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 138. & aliam Latinam, Tom. II. p. 462.

(b) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(a) *Die*

Biblia Latina : *impreſſa per* JOANNEM MARION *expenſis notabilis viri* ANTONII KOBERGER *Nurembergenſis.* (a) Lugduni. 1520.

Eadem charactere grandiori : *apud* MOYLIN: (b) fol. . . Lugduni. 1520.

Eadem cum poſtillis NICOLAI DE LYRÂ 5. Voluminib. *apud* JACOBUM MARESCHAL. (c) fol. . . Lugduni. 1520.

Ruth. & *Threni* Latinè, JUSTINIANI : (d) 4.to . . . Pariſ. 1520.

Biblia Gallica gloſſata : *apud* FR. REGNAULT. (e) fol. . . Pariſ. 1520.

Apocalypſis cum Commentario GILBERTI, Italicè. (f) fol. . . Mediol. 1520.

Divi CÆCILII CYPRIANI Opera ab innumeris mendis per ERASMUM repurgata: *ex Officinâ* Frobenianâ. (g) fol. . Baſil. 1520.

GREG. NAZIANZ. Metaphraſis in Eccleſiaſten, Interprete OECOLAMPADIO : *in Officinâ* SIGISM. GRIM *Medici, ac* MARCI WIRSUNG. 4.to . . Aug. Vind. 1520.

ERASM. Paraphraſ. in Epiſtolas D. PAULI ad *Roman. Corinth.* & *Galat.* apud JOAN. FROBENIUM. (h) 8.° . Baſil. 1520.

FULGENTII Aphri Opera nuper in vetuſtiſſimo Codice apud *Germanos* inventa, obſoletis & Longobardicis Litteris conſcripta, antea nunquam impreſſa; item Opera *MAXENTII Joannis*, in eodem Codice reperta :

(a) *Die duodecimâ* Decembris.
(b) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(c) *In ædibus honeſti viri* Jacobi Mareſchal *Artis impreſſoriæ peritiſſimi, anno ſaluris* M.CCCCC.XX. *die* XV. *Decembris.*
(d,e,f,) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(g) *Menſe* Febr.
(h) Ad calcem: *Baſileæ in ædi.* Frob. *per* Hieronymum Frob. Joan. *filium, menſe* Januario. *Anno* M. D. XX.
(a) *Anno*

ta: *impensis* KOBERGERORUM Norimbergenſium, *in Officinâ* THOMÆ ANSHELMI: (a) fol. . . Hagen. 1520.

De Charitate, continentiâ & regimine mentis THALASSII Hecatontades quatuor, Jo. OECOLAMPADIO interprete: *in Officinâ* SIGISMUNDI GRIM *Medici & Marci* WIRSUNG. (b) 4.to . Aug. Vind. 1520.

Promptuarium Divini Juris & utriusque humani, Pontificii & Cæſarei, celebriores ejuſdem Divini Juris & Hiſtorias & Sententias, humanis juribus tum annotatas tum elucidatas ſub alphabeticâ ſerie complectens, Authore JOANNE MONTHOLONIO *Eduenſi*, humanorum Jurium Doctore, duobus Tomis abſolutum: *in ædibus* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum abſoluta eſt hujus Operis Impreſſio.* (c) fol. . . . . Pariſ. 1520.

CLICHTOVEI de Doctrinâ moriendi Opusculum: *in Officinâ librariâ* SIMONIS COLINÆI *induſtrii in excudendis Libris opificis, è regione Scholæ Decretorum ſitâ.* (d) 4.to Pariſ. 1520.

Ejusd. de verâ nobilitate Opusculum: *in Officinâ*

(a) *Anno* XX. omiſſis numeris majoribus.

(b) *Menſe* Octobri.

(c) *Die ante Calendas* Novembris *ſeptimâ.* Privilegium Regium *Simoni* DE COLYNES conceſſum eſt 1520. 11. *Octobr.* Tomus primus in fronte gerit trium Divinarum Perſonarum imaginem cum his verbis [*Jus Divinum*], ſubtus à dextris picturam Pontificis, & Imperatoris à ſiniſtris, [*Jus Canonicum, Jus Civile*] & *Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccleſiaſtes.* 4. Tomus ſecundus exhibet confueta *Henrici* STEPHANI Inſignia typographica. Operi toti præfigitur *Johannis* MONTHOLONII ad ſuos Fratres, *Franciſcum* Pontificiæ Cæſareæque cenſuræ Doctorem *Pariſini* Senatûs Advocatum, *Nicolaum* Judicem apud *Eduos* Cancellarium, *Lazarum* CABILONEUM Fiſcalem patronum in eâ Jurium profeſſione licentiatos, & *Gulielmum* MONTHOLONIUM in eis Juribus Doctorali laureâ proximè inſigniendum, nuncupatoria Præfatio: in quâ ſui piæ memoriæ parentis meminit *Nicolai* regii in *Divionenſi* Senatu patroni: ſcribit ſe divinarum Sententiarum, quam habebat, compagini anno octavo decimo ſupra milleſimum quingenteſimum Jus utrumque humanum copulare adorſum. Epiſtola data eſt *Pariſiis.* 8. Calendas *Novembris* 1520.

(d) *Anno ab Incarnatione Domini* (*quo vita & mortis habet imperium*) *viceſimo ſupra ſexquimilleſimum*: *die verò* Martii *ſecundâ.*

(a) *Ex*

Officinâ SIMONIS COLINÆI. (a) 4to Pariſ. 1520.

Ejusd. de Vitâ & moribus Sacerdotum Opusculum: *Secundò editum in Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (b) . . Pariſ. 1520.

JOANNIS MARRE *Condomienſ.* Episcopi Enchiridion Sacerdotale: *ex Officinâ* ASCENSII. (c) 4.to . . Pariſ. 1520.

Sermo Synodalis GUIL. *Meldenſis* Episcopi habitus anno 1519: *in ædibus* HENRICI STEPHANI. 4.to . . Pariſ. 1520.

GALENI de affectorum locorum notitiâ libri ſex, GUILIELMO COPO *Baſileienſi* interprete, ex ſecundâ recognitione: *excudebat* SIMON COLINÆUS. (d) fol. . Pariſ. 1520.

CLICTHOVEI Introductiones Logicæ: *abſolutum eſt hoc Opus per* HENRICUM STEPHANUM *è regione Scholæ Decretorum.* (e) 4.to . . in Pariſiorum Lutetiâ. 1520.

ARISTOTELIS Logica cum Commentariis JACOBI FABRI *Stapulenſis*: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *& Succeſſoris ejus* SIMONIS COLINÆI. (f) . Pariſ. 1520.

ALE-

(a) *Ex ſecundâ recognitione.*

(b) *Die* Decembris *duodecimâ.*

(c) *Iterum ad ſeptimum Calendas* Septembres. cum BADII præfixâ ad *Condomienſ.* Episcop. Epiſtolâ, & addito ad calcem octaſticho.

Plurimùm ſuis meritis obſervando & longè reverendo &c. JODOCUS BADIUS ASCENSIUS *cum omni obſervantiâ ſalutem.*

Legi, perlegi, & relegi, idque non ſemel — tuum (ſic enim inſcribendum mihi viſum, nam ipſe, qua tua eſt modeſtia, nomen non indidiſti) Sacerdotale Enchiridion &c. *Quæ circa ſtatim aptavi prela, & in complura impreſſi exempla* &c. *Ex Chalcographiâ noſtrâ apud* Parrhiſiorum Lutetiam *ad octavum Kalendas* Decemb. M.D.XIX.

In huius Enchiridii *planè aurei commendationem Lectorem ſic affatur* JODOCUS BADIUS ASCENSIUS.

Suscipe Joannis Marræi *dogma probatum,*
Lector, & heroo pectora dede viro.
Qui Superintendens & verus Episcopus, unus
E multis, curam ſerit gregis egregiam.
Nam credenda illi, ſperanda, & amanda libello
Hoc monſtrat Solis lampade lucidius.
Proinde ô ſanctæ tribus, genus ô regale, Sacerdos;
Hoc tibi præ cunctis fac redimatur Opus.

(d) *Die* Februarii *ultimâ.*

(e) *Vigeſimâ quartâ die* Julii.

(f) CHEVILLER. p. 141.

(a) *Menſi*

ALEXANDRI APHRODISEI ſuper nonnullis Phyſicis Quæſtionibus Solutionum Liber; & PLUTARCHI *Chæronei* amatoriæ narrationes; Latinè, ANG. POLITIANO interprete: *ex ædibus* ANDREÆ CRATANDRI. (a) 4.to . . Baſil. 1520.

JOANNIS COCLEI *Norici* Artium Magiſtri Tetrachordum Muſicæ: *in Officinâ excuſoriâ* FŒDERICI PEYPUS. 4to Nuremb. 1520.

XENOPHONT. Apologia SOCRATIS, AGESILAUS, HIERO; Græcè: *ex Officinâ* Anshelmianâ. (b) 4.to . Hagen. 1520.

P. VELLEI PATERCULI Hiſtoriæ Romanæ duo Volumina per BEATUM RHENANUM *Seleſtadienſem* ab interitu utcunque vindicata: *in ædibus* JOHANNIS FROBENII. (c) fol. . . Baſil. 1520.

DIC-

(a) *Menſe* Auguſto.
(b) *Menſe* Junio.
(c) *Menſe* Novembri. Hanc Editionem principem Principi dedicavit BEATUS RHENANUS Saxoniæ *Duci* FREDERICO ELECTORI —— GEORGIUS Spalatinus (ait) *vir eximiè literatus & candidus, quo tua ſublimitas miniſtro ſacrorum & à conſiliis utitur, abhinc quatuor annos, cùm intellexiſſet me quaſdam hiſtoriarum fragmenta reperiſſe, ſtatim per Literas rogavit, ut illas deſcriptas iſtuc mitterem, quò poſſent in Bibliothecâ tuâ reponi, quam (ut audio) paras inſignem bonis Autoribus undecunque convectis referiendam.* &c. Velleium *abhinc annos, ut puto, quinque cùm primùm in* Murbacenſi *Bibliothecâ reperiſſem, & viderem tam prodigioſè corruptum, ut omnia reſtituere non foret humani ingenii properanter ac infeliciter ab amico quodam deſcriptum, premendum planè cenſebam, donec melioris nobis codicis feret copia, quem acceperam haberi* Mediolani *inventum olim à* Georgio Merulâ. *Verùm dum fruſtra jam tres annos expectamus, interim doctiſſimus quiſque mecum expoſtulat, cur tamdiu differam* &c. *Proinde nunc edidimus* &c. *Quod nullam ſanè ob cauſam ſerius factum eſt, quàm ut ſincerior exiret* &c. Seleſtadii. *Sexto Idus* Decembris. An. M.D.XX.

BEAT. RHENANUS *Lectori S.* —— Velleii *Voluminum prius acephalon eſt* &c. *Quanquam puto magis hominum incuriam accuſandam, quàm ipſam vetuſtatem. Poterant exemplaria ætatis vitio obſolescentia deſcribi —— ſi fuiſſent quos hujus rei cura tetigiſſet. Et certè fuerunt, qui tametſi parum docti, præſtiterunt tamen, quod potuerunt: quibus habendam gratiam cenſeo, quòd horum ſaltem operâ qualicunque miſeras bonorum Autorum reliquias, licèt mendoſiſſimè exceptas, conſervatas videamus, ſi modò conſervari eſt, tam depravatæ eſſe deſcriptum. Utinam verò quidam Autores extarent, quamlibet mendoſè ſcripti! Poſſent in illis multa reſtitui per viros eruditos ac judicio præditos. Egregiè ſudatum eſt in hâc parte à* Benedictinis *olim, in aſſervandis inquam veterum monumentis. At poſtquam ptocho-tyranni iſti irrepſerunt, conſpiratum eſt in veteres Autores, ut iſtorum ſommia mundo commodiùs obtrudi poſſent* &c. Et ad calcem Libri; *O Vetuſtatem conſumptricem, imò*

DICTYS *Cretenſis* de Bello Trojano a reditu Græcorum Opus : *impreſſum per* JOANNEM MARION, *ſumptibus & expenſis* ROMANI MORIN *Bibliopolæ* Lugdunenſis.
(a) 4.to . . . Lugdun. 1520.

Comment. CÆSAR. *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (b) 8.° . . Florentiæ. 1520.

JUSTIN. Hiſtor. & LUC. FLOR. & SEXT.

imò potiùs ô hominum incuriam ! —— *Non ſatis erat Latiniſſimi Scriptoris utiliſſimum Opus initio ſuo truncâſſe, niſi fine etiam ſuo mutilaretur* &c. *Nec nullam mihi gratiam habebis, quòd non omnia reſtituerim. Id enim absque emendatiori Codice non erat poſſibile. At meus & unicus erat & mendoſiſſimus. Auſim jurare eum, qui illum deſcripſerat, ne verbum quidem intellexiſſe : adeò omnia erant confuſa absque ullis punctis aut diſtinctionibus.* &c. *In ſingulis penè verbis hærebatur. Fatebuntur me vera dicere, quicunque vetuſtum codicem inſpexerint, qui in* Murbacenſi *Bibliothecâ adhuc aſſervatur.* &c. *Cùm ſuperioribus annis ludum* Annæi Senecæ *Scholiis meis expoſuiſſem libellum non minùs depravatum quàm veterem, reprehendere me quidam, quòd ejus Autoris interpretationem ſuſcepiſſem, qui mihi toto non eſſet cognitus.* &c. *At nugatores iſti adeò me non deterruerunt à propoſito veteribus, quà licèt ſuccurrendi, ut nunc non ſolùm* Velleium *ediderim ſimilacerum, ſed & Tertulliani libros vetuſtiſſimi inter Chriſtianos Scriptoris, mendoſi tamen, meâ curâ è tenebris erutos, apud* Frobenium *excudendos curem.* &c. Baſileæ. *Decimo ſeptimo Calend.* Decembris. *Anno* M.D.XX. Sequuntur deinde Emendationes *Velleianæ* ex Codice vetuſto, cum *Jo. Alberti* BURERII ad hiſtoriarum amatores Præfatione. *Cùm* VELLEIUM, inquit, *typis excuſum vidiſſem, caſu inſpecto recenti libro erratulum quoddam deprehendi, leviuſculum quidem illud, ſed adeò non leve, quin dignum videretur obſervatu* &c. *Vetuſtum* Velleii *Codicem à* Jo. Frobenio *repetens* —— *contuli à capite usque ad calcem* —— *non modò verſum verſui, ſed etiam ſyllabam ſyllabæ, &* —— *etiam litteram litteræ; ne quid non ageretur in rem ſtudioſorum.*

(a) x. *Martii.* FRANCISCUS FARAGONIUS BERNARDO RICTIO Meſſanenſi *Patritio, Oratori atque Poetæ eruditiſſimo. S. D.* DICTYN Cretenſem *gravem Hiſtoriorum* (*qui apud* Trojam *ſub* Idomeneo Cretenſium *Rege militavit*) *ex* Gnoſo Cretæ *Oppido Græcum hominem à* Septimio *viro Romano olim Latinâ veſte mutatum juſſu tuo Bibliopola imprimendum exhibui* &c. *At illud in hoc Libello anxium me ſollicitúmque detinuit, quòd pluribus locis adeò mendoſus erat, ut vix ſenſus ullus elici poſſit : ego verò pro virili parte collatis multis exemplaribus & archetypis emaculatiſſimum reddere niſus ſum. At hoc nulli profectò mirum videri debet, quum* Conſtantinus Lascaris *vir utrâque Linguâ periiſſimus mihi aſſeruerit ſuperiorum temporum incuriâ* Dictyn *apud Græcos ne quidem inveniri. Retulit tamen hæc paucula ex* Suidâ *aſſerente* Dictyn Cretenſem Gnoſium *Hiſtoricum belli* Trojani *Ephemeridem. i. diurnalem literis Punicis* (*quibus univerſa* Græcia *tunc utebatur*) *abſolviſſe ſub* Idomeneo *merentem : dein poſt multum temporis apud* Gnoſon *monumento terra motu ſeu vetuſtate collapſo repertos libellos Atticisque literis commutatos* Claudio *Cæſari* Neroni *oblatos, demum Latinè converſos. Hæc ille.* &c. Idem Epigrammata quædam huic Epiſtolæ adjunxit ; in quorum ultimo [*Vota* Midæ *ſupplicis* Bacchus *perfecit in auro*] orthographiam & quantitatem vocis *ſupplicis* contra conſuetudinem vulgò receptam uſurpavit.

(b) *Menſe* Decembri : LEONE X. *Pontifice Max.*

(a) III.

SEXT. RUF. *ex Officinâ* Minutianâ. fol.	Mediol.	1520.
TIT. LIVIUS : *per* MELCHIOREM SESSAM *&* PETRUM DE RAVANIS *ſocios.* (a) fol. . .	Venet.	1520.
Ejusd. Decas quarta : *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* 8.° . .	Venet.	1520.
VALER. MAXIMUS: *apud* LAZARUM SCHURERIUM. (b) 4.to .	Seleſtad.	1520.
Q. CURTIUS: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* 8.° . .	Venet.	1520.
SUETONIUS: *ex ædibus* LAZARI SCHURERII. (c) 4.to . .	Seleſtadii.	1520.
SUETONE traduict par GUILLAUME MICHEL : *imprimé chez* PIERRE VIDOUE *&* GALIOT DU PRÉ. (d)	Paris.	1520.
Inſcriptiones vetuſtæ Roman. & eorum fragmenta in *Auguſtâ Vindelicorum* & ejus Diœceſi; curâ & diligentiâ CHUONRADI PEUTINGER *Auguſtani* antea impreſſæ, nunc denuo reviſæ, caſtigatæ & auctæ : *excuſ. in ædibus* JOANNIS SCHŒFFER. (e) fol. . . .	Mogunt.	1520.
Collectanea Antiquitatum in urbe atque agro *Moguntino* repertarum : *ex ædibus* JOANNIS SCHŒFFER Moguntini. (f) fol.	Mogunt.	1520.
TRISTAN; Chevalier de la Table ronde: *par* MICHEL LE NOIR. (g) fol.	Paris.	1520.
LUCIANI Fugitivi, BILIBALDO PIRCKHEYMERO interprete : *ex Academiâ* THOMÆ ANSHELMI (h) 4.to	Hagen.	1520.

Ejusd.

(a) III. *Maii.*
(b) *Menſe* Decembri.
(c) *Menſe* Februario.
(d) Bibliotheque de *la Croix du Maine.*
(e) *Menſe* Auguſto.
(f) *Menſe* Martio.
(g) *L'an mille cinq cents & vingt*, XVIII. *de* Mai.
(h) *Menſe* Majo.

(a) *Menſe*

Ejusd. Rhetor; BILIBALDO PIRCKHEYMERO interprete: *ex Academiâ* THOMÆ ANSHELMI. (a) 4.to . Hagen. 1520.

Ejusd. Dialogi Deorum, marini, inferni, Græcè: *apud* THEODORICUM MARTINUM Aloſtenſem. (b) 4.to . Lovan. 1520.

APHTHONII & THEONIS Progymnasmata, Græcè: *per* ANGELUM BARBATUM. (c) 4.to . . . Romæ. 1520.

QUINTILIANI Inſtitutiones & Declamationes: *venundantur in ædibus* JODOCI BADII ASCENSII. (d) 4.to . Pariſ. 1520.

Epiſtolæ Græcæ ex diverſis Authoribus ſelectæ; LUCIANI Saturnalia, Cronoſolon, & Epiſtolæ Saturnales: *apud* THEODORICUM MARTINUM Aluſtenſem. 4.to Lovan. 1520.

HOMER. Odyſſ. Libr. 1. & 2. *recenſuit, & præmiſſâ* ANGELI POLITIANI *de* HOMERO *Diſſertatione edidit* ANDREAS CRATANDER. (e) 4.to . . Baſil. 1520.

EURIPID. *Hecub.* & *Iphigen. in Aulid.* Græcè: *apud* THEODORICUM Aloſtenſem. (f) 4.to . . Lovan. 1520.

VIRGILIUS: *typis* MICHAELIS LESCHANCHER *in Platea* Mauberti. 4.to Pariſ. 1520.

VIR-

(a) *Menſe* Januario.

(b) *Menſe* Julio. Huic Editioni duas alias incerti temporis adjiciam. LUCIANI *Icaromenippus*; *Menippus*; *Verarum auctio*; *Græcè*. 4.to LUCIANI *Dialogi Deorum, quibus & duo nunc primùm additi, qui luxato ordine antea fuerant impreſſi*; *marini, inferni*; *Græcè*: *apud* GILLES DE GOURMONT. 4.to cum *Caroli* BRACHETI *Aurelianenſis* (qui *Librum ſub impreſſoris incude recognovit*, & Lutetiæ Pariſiorum *publicè interpretaturus eſt*) *Epiſtolâ liminari*. Hos Libros cum multis aliis rariſque & optimis perluſtravi in Bibliothecâ Viri Clariſſ. *Johannis Stanleii* Baronetti; qui, quod in illâ continetur, eâ, quâ eſt ſingulari & ſuaviſſimâ, humanitate mecum communicavit.

(c) *Decimo octavo Cal.* Aug.

(d) Ad finem Inſtitut. XVI. *Cal.* Dec. Ad finem Declam. XIII. *Cal.* Dec. *Novendecim hæ Declamationes argutiſſimæ, ſive ejusdem, ſive alterius, ad horrendæ vetuſtatis exemplar repoſitæ, & nunc iterum in* Galliâ *impreſſæ*.

(e) FABRIC. *Biblioth. Græc.* Lib. II. c. 3. p. 299.

(f) *Menſe* Auguſto.

(a) *Die*

VIRGILII Opera, cum PROBI in Bucolic. & Georgic. Commentariolo non antè impresso; & Comment. DONATI, LANDINI & MANCINELLI: *in ædibus* GEORGII DE RUSCONIBUS *& suis impensis excusa*, & *per* BAPTISTUM EGNATIUM Venetum *emendata*. (a) 4.to . Venet. 1520.

TERENT. cum Comment. GUIDON. JUVENALIS, ex recognitione BADII ASCENSII: *impress. per* JOANNEM MARION. (b) 4.to . . . Lugdun. 1520.

HORAT. cum Comment. *per* GULIELMUM DE FONTANETO *de Monteferrato*. (c) fol. . . . Venet. 1520.

TIBULL. cum Comment. CYLLÆNII *Veronensis*; CATULL. cum Comment. PARTHENII & PALLADII, & emendationib. HIERON. cum Comment. BEROALDI: *in ædibus* GUILELMI DE FONTANETO Montisferrati (d) fol. . . Venet. 1520.

PERSII Satyræ, interpretantibus JOANNE BAPTISTÂ PLAUTIO, CORNUTÓque Philosopho ejus Præceptore, Jo. BRITANNICO BRIXIANO, ac BARTHOL. FONTIO; cum figuris: *in cæsis* BERNARDINI DE VIANIS DE LEXONA *Vercellensis*. (e) fol. . . Venet. 1520.

OVIDII Epistol. & in Ibin, cum Comment. *per* GEORGIUM DE RUSCONIBUS (f) fol. . . Venet. 1520.

CLAUDIUS RUTILIUS Poëta priscus (g) de Laudibus urbis *Etruriæ* in *Italiâ*, operâ Jo. BAPTISTÆ PII: *in ædibus* HIERONY-

(a) *Die* III. Januarii.
(b) IIII. *Augusti*.
(c) VII. *April*.
(d) XII. *Junii*.
(e) *Anno Circumcisionis* M.D.XX. *Die* XV. Decembris. LEONARDO LAUREDANO *Principe*.
(f) *Die* 27. Sept.
(g) Sic inscribitur *Rutilii* Itinerarium.

(a) *Men-*

RONYMI DE BENEDICTIS Bononienſis. 4.to . . . Bonon. 1520.

MANTUAN. Faſti ſacrorum dierum : *ſtanneis characteribus excepti , inſtinctu & ære* MATTHIÆ HUPFUFF. (a) 4.to . Argent. 1520.

THO. MORI Epigrammata ad emendatum ipſius Exemplar excuſa : *apud* Jo. FROBENIUM. (b) 4.to . . Baſil. 1520.

JOAN-

(a) *Menſe* Martio. MATTHIÆ SCHURERIO *Gentili chariſſimo* JACOBUS WIMPHELINGIUS Seletſtadinus *Salutem plurimam.* —— *Repperi ex inſperato in Bibliothecâ nepotis mei* Jacobi Spiegel , *imperialis Secretarii* , Baptiſtam Mantuanum *in Libris Faſtorum lectu digniſſimum , in quibus noſtra juventus vitam & bonos fines Divorum abique fabellis &* —— *veneno* (*quo* Tibullus, Propertius, Catullus, Lucretius, Marullus , *& horum laſcivi ſimiles reſperſi ſunt*) *à teneris annis imbiberè poſſet* &c. *Ea ſi Chalcographiâ propagarentur , conſido* Hieronymum Gebuuilerum , * Joan. Sapidum, Gervaſium Sopherum , *cæteroſque politiorum & Chriſtianorum literarum Profeſſores , ſuis diſcipulis interpretaturos.* —— *Proinde ſi tu , mi* Matthia , *ſalutiferæ juventuti inſtitutioni conſulere voles* —— *exemplar ſpe non indignaturi nepotis à me accipies , cum expreſſâ* Baptiſtæ *effigie* &c. *Sunt haud dubiè vobiſcum , qui eam nobiliſſimi Vatis & Theologi imaginem pictûrâ & cælaturâ aptiſſimè reddere poſſint. Nam & ab annis quinquaginta , quibus urbi veſtræ* Argentinenſi *affectus ſum , memini in eâ Pictores præclaros Sculptoreſque excellentiſſimos floruiſſe.* &c. *Vale.* —— *Ex Patriâ noſtrâ communi. Calend.* Maii. M.D.XX.

(b) *Menſe* Decembri. Cum præfixâ RHENANI ad *Bilibaldum* PIRCKHEIMERUM MAXIMILIANI Cæſaris à conſilio ; & Senatorem *Nurenbergenſem* Epiſtolâ: *Bellè* (inquit) *prorſus convenire mihi viſum fuit , ſi* Thomæ Mori *Epigrammata, quæ nuper* Erasmus *ad me miſit , tibi nominatim inſcriberem. Siquidem adeò multis rebus ſimiles inter vos eſtis. Uterque Juris peritus , uterque cùm Romanè tum Græcè doctus* &c. Thomas Morus *eleganteſſimè componit , & feliciſſimè vertit. Quàm fluunt ſuaviter hujus Carmina ! Quàm eſt hic nihil ineptum ! Quàm ſunt omnia facilia ! Nihil hic durum , nihil ſcabrum , nihil tenebricoſum. Candidus eſt , argutus , Latiuus. Porrò gratiſſimâ quâdam feſtivitate ſic omnia temperat , ut nihil unquam viderim lepidius.* &c. *Jam inter Epigrammatographos* Pontanum & Marullum *imprimis hodie miratur* Italia: *at diſpeream , ſi non tantundem in hôc eſt naturæ , utilitatis verò plus ; niſi ſi quis indè magnopere ſe credit juvari , dum ſuam* Neæram *celebrat* Marullus —— *aut dum* Jo. Pontanus *veterum nobis Epigrammatiſtarum nequitias refert , quibus nihil ſit frigidius , & viri Chriſtiani lectione magis indignum* —— *Scilicet usque adeò vetuſtatem iſtis amulari cordi fuit , quam ne contaminarent , ſic à ſacris abſtinuerunt , ut à Græcis olim* Pomponius Lætus , *ne Romanæ Linguæ caſtimoniam violaret homo ſuperſtitioſè Romanus.* &c. Gulielmus Lilius , Mori *Sodalis , cum quo vertendis Græcis Epigrammatibus jam olim colluſit , quæ* † *Progymnaſmatum*

* In hâc MANTUAN. Faſtor. Editione legitur ERASMI ad *Jacob.* WIMPHELINGIUM Epiſtola *Baſilea poſtridie Purificationis anno* XVII. (i. e. M.D.XVII.) data : *Demirar* (inquit) *judicium* Sapidi. *Tuus , quisquis is fuit , qui hoc illi perſuaſit , nihil illo imprimis.* *Male hemiſtichium* Mantuani , *quam tres* Marullicis *myriadet.*

† In hâc enim Editione, *Thomæ Mori* Epigrammatibus præmittuntur *Progymnaſmata* Thomæ Mori & Gulielmi Lilii *Sodalium* : quæ ſunt Græca Epigrammata ab utroque metris Latinis verſa.

JOANNIS JOVIANI PONTANI Opera omnia ſolutâ Oratione compoſita, in ſex partes diviſa: *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (a) 8.° . . Florent. 1520.

Virtuti & æternitati conſecratum. Aureæ luculentiſſ.que PETRI CARÆ Comitis Equitísque ſplendidi necnon Jureconſulti graviſſ. ac Oratoris clariſſ. Orationes: JOANNES BREMIUS *caſtigabat*; P. P. PORRUS *Chalcographus imprimebat*. (b) 4.to in Auguſtâ Taurinorum. 1520.

HULDERICHI HUTTENI Eq. *Germ.* Dialogi; Fortuna, Febris prima, Febris ſecunda, Trias Romana, Inſpicientes. (c) 4.to . . . . .

NICO-

matum titulo ſunt inſcripta, Britannus *eſt*, *vir omnifariam doctus non modo Græcos Authores*, *ſed & jus nationis mores vernaculos domeſticè notos habens*, *ut qui in Inſulâ* Rhodo *fuerit aliquot annos commoratus. Is nunc ludum literarium*, *quem* Londini Coletus *inſtituit*, *magnâ cum laude exercet* &c. *Vale.* Baſileæ. VII. *Cal.* Martias. *Anno* M. D. XVIII.

(a) Pars prima; *die ſecundâ* Januarii. LEONE X. *Ponti. Maxi.* ſecunda; *die* XXIII. Maii: tertiâ; *duodecimâ* Martii: quarta; *quarto Nonas* Maii: ſexta; *die* XX. Novembris.

(b) *Kal.* Novemb. JOANNES BREMIUS *Lectori.*

„ Si tibi Charus eris, CARAM mercabe-
„ ris ære
„ Vel Caro: Charites hujus ab ore
„ fluunt.

(c) HUTTENI Præfatio ad CHUNRADUM Epiſcopum nuper factum *Wirciburgenſem* & *Francorum* Ducem data eſt ex Speculâ *Huttenicâ Steckelbergk* Calen. *Janu.* anno M. D. XX. Anno 1519. in 4.to Ejusd. Aula, Phalarismus, Febris (prima) prodierunt *apud inclytam* Patrhi. *Univerſitatem operâ* PETRI VIDOUE *Chalcographiariæ artis peritiſſimi*, venales apud *Conrat.* RESCH. cui Editioni præfigitur JO. FROBENII ad THO. MORUM Epiſtola *Baſileæ* Idib. Novemb. M. D. XVIII. *data.* Lucianus *ſalſiſſimus Scriptor & inimitabilis facetiarum artifex*, *in Dialogo* ὃς᾽ τῶν ἴσι μισῶν συνήντων, *vitam auliçam ſic verbis depingit*, *ut nullus* Apelles, *nullus* Parrhaſius *penicillo potuerit expreſſius*: *quem* Erasmi *noſtri beneficio Latinè majore propemodum gratiâ redditum legunt*, *quàm ille Græcè ſcripſit. Unde & nos eam picturam mutuati ſumus*, *quâ frontiſpicium* * *Librorum*, *qui typis noſtris excuduntur*, *nonnunquam ornamus.* Sylvius *item* Senenſis *patrum memoriâ de miſeriis auliçorum libellum edidit ſanè frigidum*, *ut qui naturâ quàm arte vel literis ad dicendum eſſet inſtructior. At ut hunc equis* (*quod aiunt*) *albis præcurrit*, *ita ad illum proximè accedit* Huttenus, *ſi ſpecles ætatem*, *adoleſcens planè*; *ſi doctrinam & prudentiam*, *vel ſenibus eruditiſſimis cordatiſſimisque connumerandus.* &c. *Tuam* Utopiam *denuo typis noſtris excudimus.* —— *commenda me magnis illis literarum heroibus* Jo. Coleto, Linacro, Grocino, Latimero, Tunſtallo, Paceo, Croco & Sixtino.

FROBENIUS etiam aliquibus Libris † è ſuâ Officinâ prodeuntibus præfixit Calumniæ

* Vide *Tertullian.* 1521. Nov. Teſtam. Gr. Lat. 1519.
† Nov. Teſtam. Gr. Lat. 1519. *Vell. Patercul.* 1520.

NICOLAI ASCLEPII BARBATI Epigrammaton ad ANTONIUM DE MARCKA Dominum *Belliloci* & Comitem libri duo: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI *pro Scholâ Decretorum.* (a) 8.° . . Parif. 1520.

JULII POLLUCIS Onomaſticon, Græcè: *apud* BERNARDUM JUNTAM. (b) fol. . . . Florent. 1520.

ERASMI Anti-barbarorum liber unus: *apud* Jo. FROBENIUM. (c) 4.to Baſil. 1520.

MANILII CABACII RALLI juvenilis ingenii luſus: impreſſi *in ædibus* JOAN. PASQUET. *de Sallo* (d) 4.to . . Neapoli. 1520.

LEON. BAPT. ALBERTI *Florentini* Momus: *ex ædibus* JACOBI MAZOCHII *Romanæ Academiæ Bibliopolæ.* 4.to Rom. 1520.

PETRI CORBELINI *Cenomanenſis* Adagiales Flosculi: *venundantur à* CLAUDIO CHEVALLO *in Vico D.* Jacobi *ſub Sole aureo, & ſub Interſignio S.* Criſtophori *è regione Collegii* Cameracenſis. (e) 4.to . Pariſ. 1520.

HUL-

lumniæ picturam, ut in *Luciani* Dialogo *de non temerè credendo calumniæ* exhibetur; cum hôc dicto, *Apelles olim hujusmodi picturâ calumniam ultus eſt.*

(a) In fine, *Excudebat* SIMON COLIMÆUS Pariſiis, *è regione Scholæ Decretorum habitans. Anno* 1521. *die* Aprilis *quartâ.* Secundum horum Epigrammatum librum inſcripſit Author *Hermano de Lebenſteyn* Presbytero *Friczlarienſi* & *Padelburnenſis* Eccleſiæ Canonico; & memorat beneficia, quæ in ipſum contulerat *Antonius de Marcka*, cui primum librum dedicaverat. In ſuâ ad hunc Epiſtolâ aſſerit ſe *in duos Epigrammata partita libellos trium menſium ſpatio conſcripſiſſe* à Junii *initio ad extremum* Auguſti; & *publicum docendi munus ante menſem* Januarium *idcirco interrupiſſe, ut Epigrammata Chalcographis legenda excuſa reciperet, unde inter ſcribendum bonam partem ex tempore utrique librorum addidit, quæ nunc ſimul prodeunt. Agnoſcit porrò non vulgaria* Petri Daneſii *beneficia, cui inter cætera hoc acceptum refert, quòd id temporis cùm ſcriberet, admodum rarò elabi noctem paſſus eſt, quâ non ſinceriſſimè admonuerit eorum, quæ die in carmine peccaverat.* &c.

(b) *Menſe* Novembri.

(c) *Menſe* Maio.

(d) XV. *Decemb.* LEONE X. *Pont.*

(e) In Libri initio.

TETRASTICHON AD LECTOREM.

Qui legis excuſos iſtâ ſub imagine Libros,
Verum Rembolti *dixeris eſſe typum.*

Ven-

HULDERICHI HUTTENI Dialogi: *ex Officinâ librariâ* JOANNIS SCHŒFFER. (a) 4.to . . Mogunt. 1520.

Ameto di Meſſere GIOVANNI BOCCACCIO, con le oſſervationi in volgare Grammatica ſopra eſſo di HIERONIMO CLARICIO: *impreſſo nella Officina* Minutiana *à inſpeſa di* ANDREA CALVO. (b) 4.to Milano. 1520.

Illuſtrium virorum Epiſtolæ, ab ANGELO POLITIANO partim ſcriptæ, partim collectæ; cum *Sylvianis* Commentariis & *Aſcenſianis* Scholiis: *impenſis & accuratione præloque ejusdem* JODOCI BADII, *ſub gratiâ & privilegio eidem pro Commentariis in Opera* ANGELI POLITIANI *conceſſis.* (c) 4.to Pariſ. 1520.

GULIELMI BUDÆI Regii Secretarii Epiſtolæ priores: *Sub prælo* Aſcenſiano (d) 4.to . . . Pariſ. 1520.

PHIL. MELANCHTHON. compendiaria Dialectices ratio: *apud* MELCHIOREM LOTTHERUM *juniorem.* 4.to . Wittenberg. 1520.

Rudimenta Hebraïca MOSCHE KIMHI à JOAN. BESCHENSTEIN diligenti ſtudio reviſa: *in Officinâ* SIGISMUNDI GRIM *Medici ac* MARCI VUIRSUNG. (e) 4.to . . . Aug. Vindel. 1520.

HIERONYMI ANGERIANI *Neapolitani*

Vendicat hanc aliquis fiſto ſibi nomine formam;
Vera typo, non eſt huic adhibenda fides.
B. R. B. REMBOLT.

In fine:

Parrhiſiis *ex Officinâ* Chevallicâ *ſub Sole aureo, pridie Nonas* Auguſtas: *Anno* M.D.XX.

Cum Solis Inſigni & his litteris, C.C.C. CHEVALLON.

(a) *Menſe* Aprili.
(b) *A di* x. *de* Giugnio.
(c) XV. *Calendas* Decemb.
(d) *Decimo tertio Calend.* Septembres: *cum gratiâ & privilegio, in triennium.*
(e) Cum Epiſtola *Sigismundi* GRIM ad *Joannem* BESCHENSTEIN. MOSCHE KIMHI —— *Exemplar antehac impreſſum* —— *mendis ſcatet* &c. *Officinam excuſoriam* —— *cum* Marco Vuirſung *concive meo communem habeo.* &c.

(a) *Menſe*

tani Eclogæ, de obitu *Lydæ*, de vero Poetâ, de *Parthenope*. (a) 8.° . . Parthenopæ. 1520.

JOANNIS AVENTINI Grammatica Latina: *apud* MELCHIOREM LOTTHERUM. 4.to . . Lipſ. 1520.

HADRIANI AMEROTII *Sueſſionenſis* Compendium Græcæ Grammatices: *apud* THEODORICUM MARTINUM Aloſtenſem. (b) 4.to . . Lovan. 1520.

LAURENTII VALLENSIS Elegantiarum libri; item libellus de reciprocis Pronominibus *ſui*, *ſuus*; item Adnotationes in ANTONIUM RAUDENSEM; & Dialogus feſtiviſſimus in POGGIUM: *excudebat ex* Beraldino *Exemplari* HENRICUS STEPHANUS. (c) 4.to . . Lutetiæ. 1520.

Biblia Hebraïca: *ſecundò impreſſa cum magnâ diligentiâ operâ fratrum filiorum* BARUCH, *nomine*

(a) *Menſe* Febr. *Genio Hilaritatis Deo & Muſis faventibus.*

(b) XVIII. *Calendas Novembres.* Hæc Rudimenta *Antonio* à MARCÂ Comite *Belliloci* & Archidiacomo *Brabantiæ* nuncupat AMEROTIUS; atque ſe ad Librum hunc in lucem emittendum planè coactum, NICOLAO *Boſciducenſi Antverpienſis* Ludi Rectore & *Paſcaſio* BERSELIO hortantibus.

(c) *Menſe Maio.* Quoniam ultra hunc annum *Henricum* STEPHANUM vixiſſe conſtat, hîc libet adnumerare trium Librorum Editiones, anni indicio deſtitutas; quarum duæ priores *Henrici* STEPHANI nomen gerunt, tertia nullum prodit Typographum.

1. JOANNIS MARTINI *Poblacion* de uſu Aſtrolabi Compendium. 4.to

2. ALANI VARENII Dialogi de Luce, Amore, Harmoniâ, Harmoniæ Elementis, rerum præcipuè Divinarum Unitate, Divinâ magnitudine, pulchritudine, ſeptem Virtutibus, oppoſitis monſtris, amicitiâ præcipuè Divinâ, rerum trinitate; Oratio in Eccleſiaſticorum conceſſu; Epiſtolæ complures. 4.to

3. Lavacrum conſcientiæ cunctis ſanè Sacerdotibus, Clericis, & aliis Presbyteris, Vicariis, Curatis & non-curatis ſummè utile & ante alios neceſſarium. in 8. continet XIII. folia. Charactere Gothico. *Sub correctione* ROBERTI STEPHANI. Ex quibus verbis conjicio ex prælo *Henrici* STEPHANI aut *Simonis* COLINÆI prodiiſſe: neque enim puto *Robertum* STEPHANUM in alterius, quàm aut patris aut ſoceri, Officinâ corrigendi munus obiiſſe. Illum autem Librum mallem ad *Henricum* STEPHANUM quàm *Simonem* COLINÆUM referre. Hunc enim in Libris Latinis Gothico uſum charactere nondum ſcio.

(a) *Menſe*

nomine DANIELIS BOMBERGI *& in ejus domo.* (a) 4.to . .	Venet.	1521.
Biblia Latina, cum Concordantiis V. & N. Teſtamenti, ſummâ cum diligentiâ reviſa, correcta & nuperrimè emendata per JOANNEM DE GRADIBUS, nec non & additionibus in marginalibus, varietatis diverſorum textum &c. noviſſimè additæ ſunt Concordantiæ ex 20. Libris JOSEPHI de Antiq. Judaïcis &c. cum figuris ligno inciſis: *apud* JACOBUM SACON. (b) fol. & 8.°	Lugdun.	1521.
Biblia Gallica gloſſata: *typis* PETRI BAILLI. (c) fol. . .	Lugdun.	1521.
Nov. Teſtament. Græcè: *apud* ANSHELMUM BADENSEM. (d) 4.to	Hagen.	1521.
Nov. Teſtam. Latinè ex Verſione ERASMI: *apud* FROBENIUM. (e) 8.°	Baſil.	1521.
Idem. (f) 8.° . .	Mogunt.	1521.
Idem: *apud* MORHARDUM. (g) 4.to	Argentor.	1521.

Epiſtolæ

(a) *Menſe* Alul. At in initio legitur, *impreſſa tertiò per* Danielem BOMBERGUM *anno* 1525. At (uti obſervatur in LONG. *Biblioth. Sacr.*) Editio illa tertia Pentateuchum & quinque Megilloth duntaxat continet.

(b,c) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(d) *Menſe* Martio. Cum Præfatione *Nicolai* GERBELII ad omnes Chriſtianos, quam ita concludit; *Nihil te offendat humile* Gerbelii *nomen, nihil commoveat imperitia noſtra. Sed rectè ſiquid admonuimus, obſequere. ſin aliter tibi viſum fuerit, qui tuus eſt candor, boni conſule, & vale.* Argentorati. LONG. in *Biblioth. Sacr.* ex MILLII Prolegomen. „ In hujus calce „ profitetur Editor, (ſc. *Gerbelius*) nul„ lam dictiunculam vel minimam, ſecun„ dùm *Frobenii Aldi*que Editionem, in „ eâ Editione deſiderari, quam ſenſus „ neceſſitas poſtularet. Textum hujus E„ ditionis percurrenti, conſtabat primo „ intuitu expreſſam eam fuiſſe ad *Erasmicam* ſecundam, translatis tamen ex „ *Erasmicâ* priori, eámve ſecutâ *Aldinâ*, „ neſcio quo pacto vitiis haud paucis; „ quæ in *Erasmicâ* poſteriori emendata „ fuerant, admiſſisque inſuper multis lectionibus ἀδυνάτοις, pro quibus genuinas „ in Editione ſecundâ, quam ob oculos „ Editor habebat, repoſuerat *Erasmus*; „ quin & inſertis etiam hic illic, *Erasmi„ carum* loco, *Aldinis* lectionibus, quas „ ab *Erasmicis* diverſas habuit iſta Editio, „ circiter tredecim, quæ ſibi probatiores „ videbantur. Illud certè non minùs de „ aliis, quàm hâc, ad Editiones *Frobenianas* accuratis notandum eſt, eas nulli „ uni è *Frobenianis* adeò preſſe inhærere, „ ut non ex una in aliam ex occaſione „ tranſiliant, eámque demum ſeligant „ lectionem, quæ genuina videatur.

(e,f,g,h) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) *Men-*

Epiſtolæ S. PAULI Gallicè, (h) 4to Pariſ. 1521.

Opera Q. SEPTIMII FLORENTIS *TERTULLIANI*: *apud* Jo. FROBENIUM. (a) fol. . . Baſil. 1521.

GREG.

(a) *Menſe* Julio. *Opera* Tertulliani *inter Latinos Eccleſiæ Scriptores primi, ſinè quorum lectione nullum diem intermittebat olim divus* Cyprianus, *per* Beatum Rhenanum Seleſtadienſem *è tenebris eruta, atque à ſitu pro virili vindicata, adjectis ſingulorum librorum argumentis, & alicubi conjecturis, quibus vetuſtiſſimus Autor nonnihil illuſtratur. Vernit ſub* Cæſ. Severo Pertinace & Antonino Caracallâ, *circa annum à* Chriſto *paſſo* CLX. *Quare boni conſulenda ſunt hujus ſcripta, ſi alicubi variant à receptis horum temporum dogmatis, cùm omnes Synodos anteceſſerint, Apoſtolicis illis exceptis, quarum in Actis* Lucas *commeminit. Gaude, Lector, & hunc tibi earum ac novum theſaurum para, ac Vale.* Hoc invitamentum præfert ipſe Libri titulus; is enim tunc erat, adjectis in fronte hujusmodi præfatiunculis, Librorum Editiones (præſertim primas) Lectoribus commendare.

Reverendiſſimo &c. STANISLAO TURZO *Epiſcopo* Olomutzenſi, BEATUS RHENANUS *S. D* ——— *Sed cupis fortaſſis audire, quonam pacto* Tertulliani *lucubrationes ad me pervenerint. Proſequebamur anno ſuperiori* Udalricum Zaſium, *cùm ſodalitatis literariæ ſalutandæ gratiâ* Seleſtadium *veniſſet*, Colmariam *usque. Quò cùm veniſſemus*, Jacobum Zimmermanum *illic Decanum adivimus. In cujus Bibliothecâ fortè vetuſtum quendam Codicem arripui, nonnulla* Tertulliani *continentem Opuscula, quem is ex* Paterniaco Transjurano *Cœnobio commodùm attulerat. Hunc libenter pro ſuo candore permiſit ut mecum auferrem. Deinde cùm paulò poſt agerem* Argentorati, *intelleciſſemque* Thomam Rapitum *virum cum primis integrum & literatum ad Thermas* Hercinias, *quas vulgus Sylveſtres appellat, proficiſci velle, rogavi hominem, ut* Hirſaugienſe *Cœnobium, quod illinc non multum abeſt, adiret, &* Tertulliani *Volumina, quæ illic extare acceperam, ad nos commodatò deferret. Is negotium id lubens ſuſcepit. Atque vix biduum fuerat in Thermis, cùm reverendus Abbas* Hirſaugienſis *unà cum venerabili Patre* Nicolao Baſellio *illuc quoque lotum venit. Quæ res effecit, ut facilius impetraret, quod volebat. Itaque* Tertulliani *libros ſecum attulit, quos ab illo paulò poſt apud* Baſileam *agens accepi. Et quia tum apud* Frobenium *prela vacabant, vixdum perfecti libri typis excudi cœpti ſunt. Nolebam enim prelatorum & commodatis Voluminis oportunitatem amittere, quippe qui ſcirem intrà præſtitutum tempus Codicem remittendum, &, prela ſi ſemel alicui Operi mancipentur, expectandum fore, donec id abſolvatur. Quod niſi hiis rationibus inductus maturandum putaſſem, non fuiſſet à nobis aditus* Tertullianus. *Nam ſi per otium mihi contigiſſet opus evolvere, priuſquam informari cœpiſſet, tot mendis compertis ab edendo ſupereſſiſſem. Quis enim cum tam corruptis Exemplaribus quicquam agere tentet? Enimvero ſperabam ego* Paterniacenſem *Codicem in his ſaltem libris, quos ille complectebatur*, Hirſaugienſi *ſubventurum; ſed diverſum evenit. Si locus mendoſus occidiſſet, ut ſunt omnia mendis plena, tam erat utrobique corrupta ſcriptura, ut alter ab altero videretur deſcriptus.* &c. *Quæ ſanè additio quantis mihi laboribus conſtiterit, paucis dici nequeat. Non enim ſolùm difficultatem attulit prodigioſa Codicum depravatio, verumetiam affectati ſtili durities moleſtiam addidit. Itaque quando loca mendoſa deprehendebam, & non ſubvenirent Exemplaria, ſciens religioſè eſſe tractanda Autorum ſcripta non ſecus ac res ſacras, nihil mutare volui (qui tamen multis mos eſt) ſed conjecturas, quæ tum in mentem forte veniebant, in marginibus adjeci, quarum nonnulla nec mihi multum arridenr, verùm cupiebam Lectorem dubitaturum adjuvare. Utinam mihi copia fuiſſet Exemplaris, quod in* Gorzienſi *Cœnobio ſervatur, id abeſt ad tertium miliarium ab urbe* Mediomatricum, *& item ejus, quod*

GREG. *Nyſſen.* Myſtica Vitæ *Moſaïcæ* Enarratio, GEORGIO TRAPEZUNTIO interprete: *in ædibus* ANDREÆ CRATANDRI. (a) 4.to . . Baſil. 1521.

GREG. *Nazianz.* Sermo de moderand. Disputationibus interprete OECOLAMPADIO: *in Officinâ* SIGISM. GRIM *Medici ac* MARCI VUIRSUNG. 4.to . Aug. Vindel. 1521.

Ejusd. idem, eodem interprete: *apud* ANDREAM CRATANDRUM. (b) 4.to Baſil. 1521.

Ejusd. Orationes ſex, in Natal. Epiphan. Sanctum Lavacr. Reſurrect. Pentecoſt. Encæn. BILIBALDO PIRKHEYMERO interprete: *apud* FREDERICUM PEYPUS. (c) 4.to . . Nuremb. 1521.

FREDERICI NAUSEÆ *Blancicampiani Franci* Orientalis conſilia de puero inſtituendo: *in ædibus* GEORGII DE RUSCONIBUS Mediolanenſis. (d) 8.o . . Venet. 1521.

Ejusd. Diſticha in LACTANTII Opera: *in ædibus* GEORGII DE RUSCONIBUS. 8.o . . . Venet. 1521.

Sacrarum Cerimoniarum Romanæ Eccleſiæ libri tres: GREGORII DE GREGO-

RIIS

quod apud Fuldam *extat, vel ejus, quod eſſe* Romæ *ferunt. Quanquam vereor nihil noſtris eſſe emendatiora: quando Codices, quibus uſi ſumus,* Hirſaugienſis *&* Paterniacenſis *tam conſtanter per omnia conſentiebant, ex diverſis allati Bibliothecis, & non uno tempore deſcripti. Sed hunc conferendi laborem aliis committemus.* &c. Baſileæ: *Calendis* Julii. M.D.XXI.

CHONRADUS PELLICANUS Minorita *Lectori Salutem.* — *Non te lateat, candide Lector, nos, quàm fieri potuit ſuccinctiſſimè, non inſigniter modò dictorum ſententiarumque celebrium in hòc* Tert. *Indice ſummam eſſe complexos, ſed & dogmata quædam, nobis, qui hactenus in recentiorum iſtorum collectaneis, quos Scholaſticos vocant, tantùm verſati ſumus, paradoxorum loco futura.* &c. *Sed haud dubiè, ut quisque eſt optimus, ita minimè offendetur, vetuſtiſſimum Scriptorem cum reverentiâ lecturus, &* Beato Rhenano, *cui hæc æditio magnis ſudoribus conſtitit, gratiam habiturus minimè vulgarem. Vale.*

(a) *Menſe* Majo. *Andr.* CRATANDER in ſuâ ad Theologiæ ſtudioſos Epiſtolâ notat hanc Verſionem *Viennæ Pannoniæ* antea à *Jo.* GREMPERIO editam.

(b) *Menſe* Septembri.

(c) *Menſe* Martio.

(d) Antonii GRIMANI *principatûs, primo.*

RIIS *excuſſere.* (a) fol. Venet. 1521.

Elucidatorium Eccleſiaſticum ; Secunda Emiſſio : *abſolutum & ſecundò emiſſum eſt in* HENRICI STEPHANI *& ejus Succeſſoris* SIMONIS COLINÆI *Officinâ è regione Scholæ Decretorum.* (b) fol. Pariſ. 1521.

Quòd non ſit oneroſa Confeſſio, Paradoxon JOANNIS OECOLAMPADII: *Excuſum in Officinâ* SIGISMUNDI GRIM *Medici &* MARCI WYRSUNG. (c) 4.to Aug. Vindel. 1521.

Jo OECOLAMPADII Sermò de laudando in Mariâ Deo: *apud* ANDR. CRATANDRUM. (d) 4.to Baſil. 1521.

Ejusd. Sermo de gaudio reſurrectionis ; & in verba THOMÆ *Dominus meus , & Deus meus* ; & de Sacramento Euchariſtiæ: *in ædibus* ANDR. CRATANDRI. (c) 4.to Baſil. 1521.

Idiota de Statu Religioſorum : *excudebat* SIMON COLINÆUS (f) 8.° Pariſ. 1521.

Aſſertio ſeptem Sacramentorum adverſùs MARTINUM LUTHERUM, edita ab invictiſſimo *Angliæ* & *Franciæ* Rege , & Do. *Hyberniæ* HENRICO ejus nominis octavo: *in ædibus* Pynſonianis. (g) 4.to apud Inclytam Urbem Londinum. 1521.

JACOB. FABRI Comment. in quatuor Evangelia: *per* SIM. COLINÆUM. (h) fol. 1521.

ERASM.

(a) XXI. *Novemb.* LEONARDO LAUREDANO *Principe.*

(b) April. *ult.*

(c) XX. *Aprilis.*

(d) *Menſe* Junio.

(e) *Menſe* Novembri.

(f) *Die* Februarii VIII. Hoc Opus edidit, & *Guilielmo* BRICONETO Epiſcopo *Meldenſi* & Cœnobii D. *Germani à Pratis* Abbati F. *Henricus* MOYFAICT. *Benedictinus* dedicavit.

(g) *Quarto Idus* Julii. Huic Operi præfiguntur, *Jo.* CLERCK pro HENRICO VIII. apud LEDNEM X. Oratoris in exhibitione regii Libri Oratio ; & LEONIS X. ad HENR. VIII. Epiſtola, quâ eum novo titulo ornat , & *fidei Defenſorem* renunciat.

(h) „ *Simon de Colines* commença à „ imprimer à *Meaux* JACOB. FABRI „ Com-

ERASM. Paraphraſes in Epiſtolas D. PAULI ad TIMOTH. TIT. PHILEM. *Hebr.* & Catholicas Apoſtolorum: *apud* Jo. FROBENIUM. (a) 8.° . . . ; 1521.

BOET. Conſolat. Philoſoph. *per Heredes* PHILIPPI GIUNTÆ. (b) 8.° . Florent. 1521.

Ejusd. Ead. cum triplici commento, & Disciplin. Scholar. *apud* SYMON. VINCENT. *ex Chalcographiâ* JOANNIS MARION *ſolertiſſimi Impreſſoris.* fol. . ; 1521.

GALENI de Temperamentis & de inæquali intemperie libri tres, THOMÂ LINACRO Anglo *interprete*: *impreſſ. per JOANNEM SIBERCH.* (c) 4.to . Apud præclaram Cantabrigiam. 1521.

ALCABITII ad magiſterium Judiciorum aſtrorum Iſagoge, Commentariis JOANNIS SAXONII declarata: *Excudebat* SIMON COLINÆUS. (d) 4.to . . Pariſ. 1521.

AUGUSTINI RICII Opus de motu octavæ Sphæræ; ejusdem de Aſtronomiæ Autoribus Epiſtola: *imprimebat* SIMON COLINÆUS. (e) 4.to . . Lutet. 1521.

BOETII Arithmetica duobus libris discreta adjecto Commentario myſticam numerorum applicationem perſtringente, à GIRAL-

DO

„ Comment. in quatuor Evangel. in folio „ en 1521. &c. " At verò certum eſt COLINÆUM *Pariſiis* impreſſiſſe ann. 1520.

(a) Ad calcem partis prioris, *Menſe* Martio.

(b) *Menſe* Martio.

(c) Huic Editioni pro Inſigni affigitur Scutum *Anglia* regium. Suam Verſionem LEONI X. LINACER nuncupat, eique gratias agit de *recenti in ſe collatâ non vulgari munificentiâ, quâ ipſum quoque, ſicut reliquos, quicunque olim* Leonem *comitabantur in ludum, beare dignatus erat.*

(d) *Alterâ die* Julii: *apud Scholas Decretorum. Libellus Iſagogicus* Abdilazi, *id eſt, Servi gloriosi Dei, qui dicitur* Alcabitius, *interpretatus à* Joanne Hiſpalenſi.

(e) Ad finem leguntur hæc: *Ad Lectorem. Epiſtolam de Aſtronomiæ Autoribus, cujus libri hujus Inſcriptio mentionem facit, ſtudioſus Lector duobus nominibus non deſideret: cùm, quia parum ad hunc Librum attinebat; tum quia per incuriam neque precibus neque pretio irreparabilis excidit.* Pariſiis, *ex ædibus* Simonis Colinæi, *è regione Scholæ Decretorum ſitis. Anno* 1521. *Decimo Calen.* Maias.

(a) *E re-*

DO RUFO edita: *excudebat* SIMON COLINÆUS (a) fol. . . Pariſ. 1521.

ORI APOLLINIS *Niliaci* Hieroglyphica Græcè & Latinè BERNARDINO TREBATIO *Vincentino* interprete: *excuſſit* PETRUS VIDOUÆUS *Artium Magiſter*, *impenſis honeſti viri* CONRADI RESCH *Bibliopolæ* Pariſienſis, *ſub Scuto* Baſilienſi. (b) 8.° Pariſ. 1521.

Paraphraſes totius Philoſophiæ naturalis & Metaphyſices *Ariſtotelicæ* per JACOB. FABRUM adjectis CLICHTOVEI Scholiis: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI *apud Scholas Decretorum.* (c) fol. . . Pariſ. 1521.

APULEIUS: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.° . . Venet. 1521.

De memorabilibus ac claris Mulieribus aliquot

(a) *E regione Schola Decretorum. Quinto Idus* Julias.

(b) Cum præfixâ ad *Joannem* MAULEONEM in Epiſcopatum *Convenarum* electum *Joannis* ANGELI *Argonenſis* Epiſtolâ —— *Curavimus* (inquit) *hunc* Orum APOLLINEM Pariſiis *non antea Græcè impreſſum in commoditatem ſtudioſorum* (*qui nobiſcum græciſſant*) *tuo nomine in lucem emitti, à quorum numero cullucet* Nicolaus à Prato *nobiliſſimus adolescens, illius* Germani Brixii *terſiſſimi Poetæ conſanguineus.* Angelum *tuum* (*ut cæpiſti*) *ſemper benignè fovens, æquaturus* (*utinam ſuperaturus*) *illos antiſtites, vel reliquorum totius* Galliæ *munificentiſſimos, Archiepiſcopum* Ebrodunenſem, *qui* Dionyſium Corthonium *virum utriuſque Linguæ doctiſſimum magnis exornet donâtque ſtipendiis: Dominum* Meldenſem, *qui ter maximum illum* Faber um, *præter* Gerardum Ruffum, Franciſcum Vatablum *& alios amplexetur, nutriat, ampliſque provehat honoribus.* —— *In collegio Cardinalis Monachi. iij. Nonas* Martii. Latinæ Verſioni præcunt ANGELI Epigramma Latinum ad *Michaelem* BRALLONIUM Doctoris Medici BRALLONIS primogenitum, & *Trebatii* ad *Chuonradum* PEUTINGERUM *Auguſtanum* Jurisconſultum Epiſtola data *Auguſtæ* XII. Calen. *Maias* anno M.D.XV. in quâ fatetur ſe *tranſtuliſſe majori voluntate quam facultate; nam & adhuc* (ait) *in hâc Linguâ peregrinor; & eſt Libellus ejusmodi, ut ne à Græcis quidem ipſis totus legi poſſit.*

ALBERT. FABRIC. *Biblioth. Gr.* Lib. I. c. 13. pag. 80. „ Primus Ann. 1515. „ *Auguſt. Vindel.* Latinè vertit *Bernardi-* „ *nus* TREBATIUS *Vicentinus*, cujus „ translationem *Conradus Peutingerus Jo-* „ *hanni Frobenio* excudendam conceſſit. „ Prodiit itaque *Peutingero* ab Auctore „ inſcripta *Baſileæ* 1518. 4.o ſeparatim, & 1534. 8.o cum *Auguſtini Niphi* „ Libris II. de Auguriis.

(c) *Impreſſum eſt hoc egregium Opus in celeberrimâ totius Orbis* Pariſiorum *Academiâ per* Simonem Colinæum *è regione Schola Decretorum habitantem anno* Chriſti *piiſſimi Salvatoris, entis entium, ſummique boni, primo & vigeſimo ſupra ſeſquimilleſimum, decimâ octavâ* Septembris.

(d) *Menſe* Maio.

(a) *Die*

quot diverſorum Scriptorum Opera : *ex ædibus* SIMONIS COLINÆI. (a) fol. Pariſ. 1521.

FRAN. BERNARDINI CYPELL *Buxetani* Panegyricus D. ANTONINI Martyris *Aug. Placentiæ* Numinis tutelaris : *impreſſ. per* JOANNEM DE CASTILIONO, *ipſius Authoris ſumptibus.* (b) 4.to . Mediol. 1521.

Montisferrati Marchionum & Principum regiæ Propaginis Succeſſionúmque ſeries nuper elucidata per BENVENUTUM SANGEORGIUM *Blandratæ* Comitem Equitem *Hieroſolymitanum* : *impreſſa impenſis Domini* JOANNIS DE FERRARIIS *aliàs* DE JOLITIS *prædicti loci.* (c) 4.to . Tridin. 1521.

REGINONIS *Prumienſis* Cœnobii Abbatis Annales à Chriſti Nativitate usque ad OTTONEM ſecundum : *in ædibus* JOANNIS SCHŒFFER. (d) fol. Mogunt. 1521.

PLUTARCHI Vitæ Latinè : *excudit* NICOLAUS

(f) LONG, *Biblioth. Sacr.*] „ Accuraſſe *Roberto* STEPHANO (ut ait ipſe „ in Reſponſ. ad Cenſuras Theolog. *Pariſienſes.*) Editio emendata eleganteque „ characſtere excuſa. " Hanc Editionem R. P. LE LONG vidit, quam crucis ſigno (p. 444 & 463.) indicavit. CHEVILLERIUS (p. 142.) & ipſe *Robertus* STEPHANUS (in Reſponſ. p. 8.); *anno* M. D. XXII. *quum à vitrico meo* Simone Colinæo *impreſſum fuiſſet minore formâ Novum Teſtamentum, emendatum ſanè elegantique characſtere excuſum* (*res nova prorſus temporum malignitate Libros ſacros tunc poſſe corrodos reperiri*) *quia tunc ejus Typographiæ præeram, quas in me Tragœdias* [Theologi] *excitárunt. Tunc quoque mox ad ignem rapiendum eſſe vociferabantur, qui hujuſmodi Libros ſacros tam corruptè imprimerem. Nam corruptionem prædicabant, quicquid à face inſolitæ vulgaris, cui aſſueverant, repurgatum erat.*

(g) *Menſe* Februario.

(h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) ERAS-

Idem. (l) 4.to . .	Norimb.	1523.
Nov. Teſtam. *Saxonicè*, ex Verſione Jo. BUGENHAGII. (m) .	Witteberg.	1523.
Pentateuch. *Germanicè*, ex Verſione LUTHERI. (n) 8.o .	Baſil.	1523.
Idem. (o) fol. . .	Witteberg.	1523.
Nov. Teſtam. *Germanicè*, ex Verſione LUTHERI. (p) fol. & 4.to .	Baſil.	1523.
Idem: *apud* SILVANUM OTTMARUM. *Die undecimâ* Junii. (q) fol. .	Auguſt.	1523.
Idem. (r) fol. . .	Witteberg.	1523.
Epiſtola ad *Romanos*, *Germanicè*, per LUTHERUM. (ſ) .	Grimæ.	1523.
Nou. Teſtam. *Belgicè*. (t) 8.o	. .	1523.
ERASMI Paraphraſis in Evangelium ſecundùm JOANNEM. [1] 8.o .	. . .	
Evangelica Hiſtoria ex quatuor Evangeliſtis, ex AMMON. ALEXANDRINI fragmentis, è Græco per OTTOMARUM LUSCINIUM verſa; item GREG. *Nazianz.* Miracula ſecundùm MATTHÆUM Carmine Græco cum Translatione Latinâ: *per* SIMPERTUM RUFF, *expenſis Do.* SIGISMUNDI GRIM. [2] 4.to . .	Aug. Vindel.	1523.
GREG. *Nazianz.* de Theologiâ libri quinque, interprete PETRO MOSELLANO *Protogenſe*: *apud* Jo. FROBEN. fol.	Baſil.	1523.
Divi HILARII *Pictav.* Epiſcopi Lucubrationes: *in Officinâ* Frobenianâ. [3] fol.	Baſil.	1523.

Sancti

1 ERASMI Epiſtola ad Princip. FERDINANDUM *Auſtriæ* Archiſtrategum data eſt *Baſileæ* anno 1523. No. *Januariis.*

2 *Menſe* Novembr.

3 *Menſe* Febr. Jo. FROBENIUS *pio Lectori* —— Has *per* Erasmum *non medio-*

Sancti PROSPERI Presbyteri *Aquitanici* Libellus de Gratiâ Dei & libero arbitrio : *in ædibus* JOANNIS SCHŒFFER. (a) 4.to — Mogunt. 1523.

Conciones AMBROSII *Lamocenſis* Episcopi : *Typis Hæredum* OCTAVIANI SCOTI. (b) . . — Venet. 1523.

Expoſitio in 50.um Pſalmum : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 8.° — Pariſ. 1523.

CLICHTOVEI de Veneratione Sanctorum Opusculum : *in Officinâ Librariâ* SIMONIS COLINÆI, *è regione Scholæ Decretorum.* (d) 4.to . . — Pariſ. 1523.

Ejusdem de Bello & Pace Opusculum : *in Officinâ librariâ* SIMONIS COLINÆI *è regione Scholæ Decretorum ſitâ.* (e) 4.to — Pariſ. 1523.

LAMBERTI CAMPESTRI Theologi Heptacolon in Summam M. LUTHERI : *in ædibus* SIMONIS COLINÆI. 4.to — Pariſ. 1523.

Ejusd. Apologia in M. LUTHERUM : *in ædibus* SIMONIS COLINÆI. 4.to — Pariſ. 1523.

Propugnaculum ſummi Sacerdotii Evangelici, ac ſeptenarii Sacramentorum, editum per EDUARD. POUELUM Eccleſiæ Cathedralis *Sarum* Canonicum reſidentiarium adverſus MARTINUM LUTHERUM : *in*

ædib.

dictoribus ſudoribus emendatas, formulis noſtris operâque noſtrâ (quantum licuit) ornavimus. Priorem Editionem non damnamus, ſed quid interſit, ipſe cognosces ex collatione.

(a) *Menſe* Septembri. JOANNES SCHŒFFER *Chalcographus Lectori.* —— *ne à materno avo meo* Joanne Fauſt *& cariſſimo mihi patre* Petro Schœffer, Moguntinis *Civibus, degenerarem, qui Chalcographicen primi omnium in hâc urbe & invenerunt & exercuerunt* &c.

(b) *Cremon.* Litterat.

(c) *In ædibus* Simonis Colinæi Pariſiis *ante Scholas Decretorum commorantis anno* 1523. *Pridie Nonas* Decembris.

(d) *Anno ab Incarnatione Domini (qui Sanctus eſt Sanctorum, & omnium etiam Sanctorum glorificator) viceſimo tertio ſupra milleſimum & quingenteſimum, die vero tertiâ* Septembris.

(e) *Anno Domini (qui author pacis eſt & amator, quin imò & pax noſtra) viceſimo tertio ſupra milleſimum & quingenteſimum, die vero tertiâ* Auguſti.

(a) *Tertio*

ædib. Pynſonianis. (a) 4.to . Lond. 1523.

STEPHANI SERVA Sacerdotis Vita & Miracula UBALDI Episcopi : *per* FRANCISCUM UGOLETUM. (b) Parm. 1523.

GALEN. de Differentiis Febrium Libri duo LAURENTIO LAURENTIANO *Florentino* interprete : *in Officinâ* SIMONIS COLINÆI *è regione Scholæ Decretorum commorantis.* (c) fol. . . Pariſ. 1523.

Ejusd. de temperamentis libri tres ; de inæquali intemperie liber unus ; THO. LINACRO interprete : *in Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (d) fol. . . Pariſ. 1523.

PLATONIS *Cratylus*, Græcè : *apud* THEODOR. MARTINUM. 4.to Lovan. 1523.

PLATON. *Axiochus*, *Eryxias*, de Juſto, Num Virtus doceri poſſit, *Demodocus*, *Siſyphus*, *Clitophon*, Definitiones ; BILIBALDO PIRCKHEYMERO interprete : *apud* FEDERICUM PEYPUS. 4.to Nuremb. 1523.

GEORG. *Trapezunt.* Comparatio ARISTOTELIS & PLATONIS. (e) 8.° Venet. 1523.

BOET. de Conſolat. & Disciplin. Scholar. cum Comment. *impreſſ. mandato & expenſis nobilis viri Domini* LUCEANTONII DE GIUN-

(a) *Tertio No.* Decemb.

(b) *Cremon.* Litterat.

(c) *Menſe* Januario. Cum Epiſtolâ *Cæſaris* OPTATI *Neapolitani* ad LAURENTIANUM datâ *Venetiis* M.D. *Calen. Januar.* in quâ hæc —— *Nos te duce, qui utrâque Linguâ es abſolutiſſimus, planiora ac molliora* (*tam diu & tam turpiter cum barbaris & ineptis Scriptoribus verſari coacti*) *faciſſabimur : cujus etiam ſtomachi* Franciscus *eſt* Jacetus Florentinus Platonicus *amiciſſimus noſter. Nobiscum etiam ſentit* Nicolaus Leonicenus *vir literatiſſimus & in Medicinâ Hercules. Nam non minùs idem, quàm tu, in vertendo* Galeno *quotidie verſatur : ſed* Plinii, Avicennæ, *& recentiorum errata rationibus validiſſimis, authoritatibus etiam* Hippocratis, Galeni, Pauli, Nicandri, Oribaſii, *& Dioscoridis nixus, conatur evertere. Interim noſtras Medicinæ diviſiones cudimus, mox in lucem prodituras.*

(d) Cum LINACRI Epiſtolâ ad LEON. X. datâ *Londini* M.D.XXI. Non. *Sept.*

(e) FABRIC. *Biblioth. Græc.* lib. 3. c. 1. pag. 26.

(a) *Die*

GIUNTA Florentini. (a) . Venet. 1523.

PLUTARCH. de compescendâ irâ, de garrulitate, curiositate, ferâ Numinis vindictâ, vitandâ usurâ; BILIBALDO PIRKHEYMERO interprete: *apud* FEDERICUM PEYPUS 4.to . Nuremb. 1523.

DIONYSII Orbis Descriptio; ARATI Astronomicon; PROCLI Sphæra, Græcè; cum Scholiis JACOBI CEPORINI: *apud* Jo. BEBELIUM. 8.o . Basil. 1523.

Fasciculus Temporum: *expensis* JOHANNIS PARVI. 4.to . . . 1523.

SALLUST. de Conjurat. CATILIN. de bello JUGURTH. & Orat. contra CICER. & CICER. contra SALLUST. & PORC. LATR. contra CATILIN. cum Orationib. quibusd. ex Histor. SALLUST. *excudebat* SIMON COLINÆUS. (b) 8.o Paris. 1523.

FROISSARD's Cronicles: *by* RICHARDE PYNSON. (c) fol. . Lond. 1523.

Itine-

(a) *Die* IX. Julii.

(b) *Idibus* Julii.

(c) The first Volume containeth the 1. and 2. Book; the second, the 3. and 4. *Thus endeth the first Volume of S.r* Jehan Froissard *of the Cronicles of* England, Fraunce, Spayn, Portingale, Scotland, Bretayn, Flaunders *& other Places adjoining, translated out of French into our maternall tongue by* Jehan Bourcher Knight *Lord* Berners *at y commaundement of our moſt high redoubted Soverayne Lord Kyng* Henry *the* VIII. *Kynge of* Englande *and of* Fraunce *and hyzh defender of the Chriſten Faithe* &c. *Imprinted at* London, *in* Fletestreet *by* Richarde Pynson *Printer to the Kynges noble grace*; *And ended the* XXVIII. *day of* Januury, *the yere of our Lord* M. D. XXII. *Thus endeth the third and fourthe boke of Sir* John Froissart *of Cronycles of* Englande, Fraunce, Spayn, Portyngale, Scotland, Bretaygne, Flaunders *and other Places adjoynynge, translated out of French into maternall Englyſſhe by* John Bourcher Knyght *Lord* Berners, *Deputie general of the Kynges towne of* Calais *and marches of the ſame, at the hyzhe commandement* &c. *The which two bokes he compyled into one Volume, and fynyſſhed in the ſaid towne of* Calais *the* x. *day of* March, *in the* XVI. *yere of our ſaid ſoverayne Lordes raigne. Imprinted at* London *in* Fleteſtreete *by* Rychard Pynſon *Printer to the Kynges moſt noble grace*: *and ended the laſt day of* Auguſt, *the yere of our Lorde God* M. D. XXV. *Cum privilegio à Rege indulto.*

Voluminis secundi titulus limbo ornatur, qui *Mutii* SCÆVOLÆ facinus repræsentat; quale in aliis *Richardi* PYNSON Editionibus cernitur.

(a) *E la*

Itinerario del venerable VARONMIGER LUIS patritio Romano: *impreſſ. por* JACOBO CRÖBERGER *Aleman.* (a) fol. Sevil. 1523.

CICER. Offic. Amicit. Senect. Paradox. cum Comment. diverſorum: *in ædibus* ALEXANDRI PAGANINI. (b) 4.to Tuſculani apud Benacum. 1523.

Ejusdem eadem cum Comment. (c) 4.to Lugduni. 1523.

HOMERI Ilias Græcè: *apud* THEODORICUM Aloſtenſem. (d) 8.° Lovan. 1523.

HOMER. Iliad. α & β. Græcè cum Annotatiunculis VOLMARII: GILLES DE GOURMONT. (e) 4.to . Pariſ.

ORPHEI Poetarum vetuſtiſſimi Argonautic. Græcè, cum metricâ interpretatione Latinâ incerti Autoris: *in ædibus* ANDREÆ CRATANDRI. (f) 4.to . Baſil. 1523.

NICANDRI Theriac. & Alexipharmac. Græcè, cum Scholiis Græcis: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (g) 4.to Venet. 1523.

VALER.

(a) *E la ciudad d'* Sevila, *acabo ſe a* XXX. *dias de* Marco *an. d' mil & quinjentos &* XXIII.

(b) *Menſ.* Mai.

(c) XXVII. *Menſis* Januarii. Huic Editioni ſymbolum typographicum apponitur in fronte & in calce *Sancta facies* inter *S. S.* PETRUM & PAULUM extenſa. In fronte imprimuntur litteræ *P. V.* inter duos Apoſtolos. In fine, hæc verba, *Salve ſancta facies.* SYMON VINCENT. Literæ igitur P. V. denotant (forſan) duos Bibliopolas, VINCENTIUM, & PONCETUM LE PREUX. Ad hunc enim habetur in fine BADII Epiſtola (PONCETO LE PREUX *Bibliopolæ optimo & inter amicos honeſto loco habendo*) data (*ex Officinâ noſtrâ litterariâ* X. *Cal.* Mar. *Anno* M. *quingenteſimo vigeſimo primo*) in quâ ſcribit ſe ei deſtinare & dedere in hos CICERONIS Libros lucubratiunculas. *Abſolutum eſt hoc præclarum Opus* Lugd. *exactiſſimâ curâ, necnon annotamentis longè frequentioribus nuperrimè illuſtratum, & in ſexcentis locis hâc Editione caſtigatum, cum Commentariis ampliſſimis &* * *nitidiſſimis excuſum characteribus.* Hunc Librum ſi BADIUS excuderit (quod pro certo haud affirmo), oportet eum, poſquam *Pariſios* ſe contulit, Officinam *Lugdunenſem* eodem etiam tempore curâſſe.

(d) *Menſe* Martio.

(e) *Melchioris* VOLMARII *Erythropolitani* ad P. ROSSETUM Poetam laureatum data eſt anno M. D. XXIII. Ad calcem, VOLMARIUS bonos adoleſcentes ſic alloquitur ——— *Dabitur aliis locus ad hæc tractanda felicius, quum ſub Præceptore noſtro* Beraldo *in litteris feliciùs promovero.*

(f) *Menſe* Junio.

(g) *Menſe* Aprili.

(a) *Menſe*

* Sed Gothicis & compendiariis.

VALER. FLACC. *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (a) 8.° Venet. 1523.

LUCAN. cum Annot: SULPIT. CHAPPUSOT. &c. *per* ANTONIUM DU RY *impenſis* SIMONIS VINCENTII. (b) 8.° Lugd. 1523.

JUVENAL. cum Comment. *ex ædibus* JOANNIS FRANCISCI & JOANNIS ANTONII *fratris ejus* DE RUSCONIBUS. (c) fol. . . Venet. 1523.

Aureum JUNII JUVENALIS *Aquinatis* Opus nuperrime maximâ diligentiâ caſtigatum: *ac perpulchris characteribus ſumptu honeſti viri* SIMONIS VINCENTII *excuſum.* (d) fol. . . Lugd. 1523.

CLAUDIAN. *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (e) 8.° Venet. 1523.

AUSONII varia Opuscula: *apud* VALENTINUM CURIONEM. (f) 8.° . Baſil. 1523.

De Româ priscâ & novâ varii Auctores, proſâ & carmine, *ex ædibus* JACOBI MAZOCHII Ro. *Academiæ Bibliopolæ.* (g) 4.to Rom. 1523.

PHIL. MELANCHTHONIS Inſtitutiones Rhetoricæ: *apud* SIM. COLINÆUM. (h) 8.° . . Pariſ. 1523.

Bellum dulce inexpertis, ERASMO Authore:

(a) *Menſe* Maio.
(b) M.CCCCC. *Vigeſimo tertio, die* VIII. *Menſis* Julii.
(c) *Menſ.* Jun.
(d) *Die tertiâ Menſis* Octobris. ANTONIUS PETRUS *bonarum literarum candidatis Sal. Habetis* Decii Junii Juvenalis *Opera quantâ potuimus accuratione ac induſtriâ ab infinitis ferè erroribus, quibus paſſim Exemplaria ſcatebant, terſa; typisque* * *pulcherrimis excuſa. Habetis & Commentarios in eundem* Antonii Mancinelli *eruditiſſimos, & Badii Præceptoris mei colendiſſimi non minùs doctos quàm lucidos. —— Erratuli in hoc Opere cùm rara ſunt, tum etiam talia quæ quemlibet parum doctum vix offenderint ignoscetis ſpero. Valete.*
(e) *Menſe* Martio.
(f) *Menſe* Januario.
(g) *Decimo Kal.* Februarias. *Pontificatûs* Adriani *anno ſecundo.*
(h) *Decimo ſexto Calendas* Martii.

(a) *Menſe*

* Hi tamen typi pulcherrimi & perpulchri characteres ſunt Gothici prorſus inamœni.

thore: *apud* PETRUM GROMORSUM & JOANNEM PARVUM. 8.° Parif. 1523.

ERASMI Opus de conſcribendis Epiſtolis: *in ædibus* SIMONIS COLINÆI. (a) 8.° Pariſ. 1523.

Ejusd. idem Opus: *apud* HERONEM ALOPECIUM. (b) 8.° Colon. 1523.

Ejusd. Adagiorum Epitom. *formulis excudebat* SIMON COLINÆUS. (c) 8.° Pariſ. 1523.

Ejusd. Parabolæ ſive Similia: *in ædibus* SIMONIS COLINÆI. 8.° Pariſ. 1523.

Ejusd. ratio veræ Theologiæ: *excud.* JOANNES KNOBLOCHUS. (d) 8.° Argent. 1523.

Ejusd. Epiſtola Apologetica ad CHRISTOPHORUM Episcop. *Baſilienſ.* de interdicto eſu carnium, cum aliis nonnullis: *arte ac induſtriâ* PETRI VIDOUÆI *Impreſſoris peritiſſimi, impenſis honeſti viri* CONRADI RESCH. (e) 8.° Lutet. 1523.

Peculium Abræ, Grammatica Hebræa unà cum Latino nuper edita per ABRAHAM DE BALMIS Artium & Medicinæ Doctorem: *impreſſa in ædibus* DANIELIS BOMBERGI. (f) 4.to Venet. 1523.

Magnum ac perutile *DICTIONARIUM*, quod VARINUS PHAVORINUS CAMERS *Nucerinus* Episcopus ex multis variiſque Authoribus in ordinem Alphabeti collegit; Græcè: *per* ZACHARIAM CALIERGI Cretenſem. (g) fol. Rom. 1523.

Lexicon

(a) *Menſe* Julio. Cum Epiſtolâ ad *Nic.* BERALDUM Baſil. *anno* M.D.XXII. VIII. *Cal.* Jun. *datâ*, in quâ conqueritur de quodam apud *Britannos*, qui Librum de componendis Epiſtolis excuderat, quem annis *abhinc ferme triginta* Lutetiæ *ſcribere cœperat.*

(b) *Menſe* Auguſto.
(c) *Menſe* Novembr.
(d) *Menſe* Octobr.
(e) *Menſe* Martio.
(f) XIIII. *Kl.* Decemb.
(g) Σκιροφοριῶνος [ſic excuſum lego; ſed

Lexicon Græco-Latinum, operâ GULIELMI MAYNI & JOANNIS CHÆREDAMI: *apud* EGIDIUM GOURMONTIUM.
(a) 4.to . . Pariſ. 1523.

THEODOR. GAZ. Grammatica Græcè & Latinè: *apud* VALENTINUM CURIONEM. (b) 4.to . . Baſil. 1523.

Græcæ Litteraturæ Dragmata, Jo. OECOLAMPADIO Authore: *in ædibus* ANDREÆ CRATANDRI. (c) 8.o . . Baſil. 1523.

De octo

ſed repono Σκιῤῥοφοριῶνος] πανέστη φίλιστε. Hoc Opus VARINUS JULIO DE MEDICIS Cardinali Epiſtolâ Græcâ nuncupavit, in quâ hæc: —— ἐγὼ πεῖσκοντα ἤδη ἐπὶ τῇ Μεδίκων τροφιμε μαθήσει, καὶ τοσοῦτον ὑπ' αὐτῶν ἐυεργετηθεὶς —— ἀπηλλοίωτε. Λίοντε δ' ἀνηρῶτα μικρὸν ἀρκτείρειος —— τὰς πάσας μὲ ἀγευσίας καὶ πόνες, ὡς πλείστην ἐπιμέλειαν ποιήμενε σὺ τῷ τὸν παλαιὸν σὺ καὶ βιλιῶν βιβλιοθήκην μετακεχειρίζεσθαι, ἵνα τε καὶ σὺ τῷ πάντε εὖ πεπῶν καὶ ἀβρόθρων γεαμμάτων συλλίζειν τε καὶ θησαυρίζειν ἐπέκηται, ἀναπήμει. —— ὥσπερ καὶ ἓν νῦν ὄντες τὸ φ' Ἁμαλθείας * Κίμης Πέτρῳ τῷ μακαρίτῃ σὺ ἀδελφῷ ἀναπτὺν ἐξεπονησάμεν. Ἔξωτι τοι χαρ ὧν ἐνικᾶ σὺ καὶ τὸ ἐυδαιμονιςάτης μνήμης λαβρεστίν ἀνεῳγὸς δ' ἀνεῳγὸς σὺ, εἰς χεῖρας ἦλθεν ἀμφοῖν παῖδε παῖδα συνελεξάμην, καὶ ἄκοι πάντες οἱ βιλίβροι πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ γεάμματα σπεύδεζεν, ἃ μόνοι πασῶν τῶν λέξεων ἰμερόεσσα, ἀπὸ καὶ τῶν παιτῶν καὶ ἡπόρων ἐξέρπτε καὶ διάνοιαν. Οὐ γὰρ λεξικὸν μόνον, ἀλλα καὶ πάσης τ' Ἑλλάδ' φωνῆς ὑσυνώμαθα σπουδάζεσι τοῖς πρὸς τὰ γράμματα προσίκεσι βυλομένοις σκέδασθαι. Ἔρρωσο. Initio Libri adtexuntur Græca *Joannis* LASCARIS, *Angeli* POLITIANI, & *Scipionis* CARTEROMACHI in Operis laudem Epigrammata, cum LEONIS X. privilegio in decennium. Opus enim ipſum LEONI X. qui ante illius Editionem deceſſit, VARINUS inſcripſerat.

(a) *Menſe* Aprilis.

(b) *Menſe* Auguſto. Cum *Valentini* CURIONIS ad Græcarum litterarum tyrones Præfatione. —— *Nos* (inquit) *quandoquidem ubique ſtudioſorum compendium ſpectamus, hosce quatuor Libros premendos ſuſcepimus, conſarcinatâ è regione Latinâ ad verbum interpretatione, nimirum quò rudiores harum literarum tyrones ipſos ſe, ſi ſic contingat, citra Præceptoris operam juvare queant, atque, ut dicitur, citra corticem natare. Cæterùm ne quenquam hâc in re ſuâ ſpoliemus laude, in prioribus Libris, quantum ad verbum licuit, religioſè ſecuti ſumus* D. Erasmi *interpretationem; in tertio verò & quarto interim* Conradi Heresbachii, *uti ille auditoribus ſuis ſortè ad verbum enarrabat, interim* Jacobi Tuſani *atque* Croci *hominum eruditorum interpretationem, veluti centones nectentes, conſarcinavimus. Poſtremò exempla, quæ obſcuritatem plurimam huic Libro afferebant, omnia & locis ſuis apud Authores indicata, & interpretata debemus* Heresbachio, *qui de menſibus quoque eiuſdem* Theodori *Libros interpretandos ſuſcepiſſe fertur, & alia pleraque, quæ Dii bene ſaventibus propediem ſtudioſis impetrabimus, ſi modò in hisce minutioribus æquos ſe & candidos præbeant Lectores. Valete. Ex Officinâ noſtrâ, quinto Calendas* Septembris. *Anno*, M.D.XXIII. In ipſo Libri titulo inſeritur hoc Diſtichon:

Ἀναγνωσῆ Δίγκι.

Λεῖ δ' ὕτις ἱρὰς γλυκυτερὴν κέπιο πηγὴν, Ταῦτά σοι ἐυσεβῶν βιβλία ἥκει φόδε.

Idem *Joannes* DENGKIUS Hexaſtichon poſtea Latinum ſubjecit.

(c) Huic Operi Grammatico ſic præfatus eſt Typographus:

AND. CRATANDER *Studioſis S. Quer-*

* Quod Opus excuſum fuit anno 1496.

run-

De octo Orationis partium conſtructione Libellus : *ex ædibus* SIMONIS COLINÆI.

(a) 8.° . . Pariſ. 1523.

Penta-

runtur aliqui de difficultate hujus Grammatices, quæ quidem Græcæ Linguæ ampliſſimam vim pauciſſimis comprehendit; & iam clarè, ut non pauci, qui modò inter eruditos habentur, quod Græcè ſciunt, huic ferant acceptum. Sed illi ordinem conſectabantur, qui lucem obſcuris reddere ſolet: quem equidem, Lector, te non celabo. Principio cognitis Articulis inflexionem Nominum atque Verborum didicerunt generalem, eámque non admodum anxiè. Deinde Latina factâ cum Græcis aliquot menſes contuleruni propter copiam vocum acquirendam. Poſtremò repoſiti ad Grammatica, Libellum hunc ab initio perlegerunt accuratiſſimè. Quâ nimirum operâ rem grammaticam, idiomata diverſarum Linguarum, conſtructionum varietatem conſecuti, jampridem per omne Scriptorum genus volitant : &, ut Comicus loquitur, bona Græca faciunt bene Latina. Huiusmodi rationem ſtudiorum ampleƈtere, & paruiſſe monenti nunquam pœnitebit. qui cupio non ſolùm ut Libros, ſed ut modum fruendi literis à me compares. Vale. Baſileæ. *Calend.* Martii. *Anno Domini* M.D.XXIII.

In ſuâ ad *Hartmannum* HALLUUILERUM nobilem adoleſcentem Epiſtolâ ſic OECOLAMPADIUS : —— *Agentem me in* Heydelbergenſi *Gymnaſio* Petrus Scybenardus *primariæ authoritatis Theologus* —— *ad id muneris perurgebat. Susceptâ itaque præceptoris provinciâ, id potiſſimum ſpectavi, ut non tam ingeniolum oſtentarem, quàm oſtenderem ea, quæ auditoribus maximè conducturа arbitrabar.* —— *Nec me operæ pœnitet, quâ juviſſe me aliquot certus ſum. Ut enim de* Petro *ipſo ſileam, non eſt, quod in* Theobaldo Billicano, Joanne Brentio, Jo. Marquardo *deſyderetur, quò minùs in Catalogo Græcè doƈtorum recenſeantur, alioqui multiſariàm eruditi. Attamen Libello noſtro ii, propter quos deſudatus erat, nondum gratiam tantam pepererant, ut ſub dio conſpicuus viſeretur. Verùm tuâ ſingulari diligentiâ pertinaci vue ſtudio tantum illi favoris conciliatum eſt, ne amplius delitescre poſſit, ſed me vel reclamante progrediatur.* —— *Nusquam puriùs, nusquam luculentius, nusquam copioſiùs Artes omnes traditæ ſunt, quàm apud Græcos. Super quâ re* Scipio Carteromachus *eleganti Oratione diſſeruit.* —— *Nihil in animo tuo rectè inſtituendo omittit* Vuolfgangus Fabritius Capito *Theologus neutiquam perſonatus. Quo prælegente in dies audis, quid veteres illi*, Baſilius, Chryſoſtomus, Origenes, Gregorius, *in noſtræ Legis difficultatibus ſenſerint.* &c. *Vale.* Baſileæ, *Pridie Calend.* Septemb. *Anno virginei partûs* M.D.XVIII.

(a) *Menſe* Septembri. Huic Libello præfigi ſolet ERASMI *Roterodami* ad Lectores Præfatio, *Baſileæ*, III. Calendas *Auguſti* M.D.XV. data; in quâ ſic ERASMUS ſcribit: —— *Video paſſim exoriri, mei nominis & quàm ipſe velim ſtudioſiores, qui Libros mihi aſſerunt, quos aut non ſcripſi, aut certè non in hoc ſcripſi, ut ederentur.* —— *Ediderunt Epigrammata, à me quidem ſcripta (non inficior) ſed non in hoc ſcripta. Ea (ſicuti conjicio) famulus ſuffuratus Typographis vendidit. Alius quiſpiam ex pauculis paginis, iisque depravatiſſimè ſcriptis, velut ex Opere edito, dicta mirum, quàm multa citet & inculcet de ratione conſcribendarum Epiſtolarum.* —— *Nuper hanc* ἐκ συντάξεως *Libellum mihi veluti poſtliminio vindicarunt, primitus nullius editum titulo. Querebat* Joannes Coletus, *Theologus inter* Anglos *eximius, novæ Scholæ ſuæ novum de conſtructione Libellum* —— *Eum hujus juſſu ſcripſerat* Gulielmus Lilius, *vir utrius que literaturæ haud vulgariter peritus, & mirus rectè inſtituendæ pubis artifex. Abſolutum ab illo mihi tradidi, imò obtruſit emendandum.* —— *Quoniam autem ſic emendaram, ut pleraque mutârim (nam id mihi videbam eſſe facilius) nec* Lilius, *ut eſt nimiâ quâdam modeſtiâ præditus, paſſus eſt Librum ſuo vulgari nomine, nec ego indicavi mei candoris eſſe, uſurpare mihi, in quo quidquam*

Pentateuchus Hebraïcus cum Comment. R. Ezechiæ f. Manoahh & Notis Baal Turim: *typis* Bombergi. (a) fol. . .	Venet.	1524.
Pſalmi Hebraïcè: *typis* Bombergi. (b) 18.° . .	Venet.	1524.
Proverb. Eccleſ. Cant. Hebr. *typis* Bombergi (c) 24. .	Venet.	1524.
Pſalter. Græcè. (d) 12. .	Argent.	1524.
Nov. Teſtam. Græcè, curâ Fabricii Capitonis editum: *apud* Wolfium Cephalæum. (e) 8.° .	Argent.	1524.
Nov. Teſtam. Græcè: *apud* Jo. Bebelium. (f) 8.° .	Baſil.	1524.
Proverb. Hebr. cum Verſione Latinâ Munsteri & Annot. (g) .	Baſil.	1524.
Biblia Latina cum gloſſâ ordinariâ, 8. Vol. *apud* Joannem Cornicularium. fol. . .	Pariſ.	1524.
Biblia Latina. 8.° . .	Lugd.	1524.

Biblia

quam eſſet alienum. Proinde magnopere ſum interminatus cujusvis titulum aſſcriberent, modo ne meum. Itaque recuſante utroque, Libellus ἀνώνυμος prodiit, Coleti *duntaxat Præfatiunculâ commendatus. Quem quidem Libellum in præſentiâ, nec laudaturus ſum, ne cui videar arrogantior; nec vituperaturus, ne parum candidus habear. Verum hæc præfari viſum eſt, ne poſthac quisquam ut meum amplectatur, quod ipſe Præfatiunculâ mihi non aſſero.* &c.

Coleti Præfatiuncula ad *Gulielmum* Lilium habet hæc: ——— *Libellum hunc de conſtructione octo partium Orationis ad te mitto, puſillum quidem, ſed non puſillum utilitatis allaturum noſtræ pubi, ſi diligenter abs te fuerit traditus* &c. Præfatiuncula illa data eſt anno (in plurimis Editionibus) 1521 (in aliquibus, viz. *Antuerp.* M D.XXIX. & M.D.XXXVIII.) 1513.

In *Antuerpienſi* Editione modò dictâ, Erasmi nomen huic Libello præfigitur.

(a,b,c,d) Long, *Biblioth. Sacr.*

(e) Long, *Biblioth. Sacr.*] „ *Ex mo-* „ *nitu Typographi.* Ego novam, quam „ inſtituo, Officinam, quàmque exteris „ potiſſimùm Linguis exornare animus „ eſt, *Fabricii Capitonis* conſanguinei inci „ tum induſtriâ tum conſilio opitulantibus, „ Christo inprimis & Saluti tuæ dico, „ indè tibi offerens Novum Teſtamentum „ novo Græco charactere (minusculo) „ excuſum, ὡς τὰ ἀκρόθινια.

(f) *Menſe* Auguſto.

(g) Epiſtola *Seb.* Munsteri data eſt *Heydelbergæ* 15. Cal. *Jun.* M.D.XXIIII.

1,2,3,4,5,6,7,8 Long, *Biblioth. Sacr.*

(a) Hic

Biblia Latina. 3 4.to . .	Tiguri.	1524.
Pſalter. Latin. ex Hebræo cum Comment. JOANNIS BUGENHAGII : *apud* ANDREAM CRATANDRUM. 4 4.to	Baſil.	1524.
Pſalter. Latin. cum argumentis. 5 24.	Pariſ.	1524.
Pſalterium è Græco & Hebraïcis Dialectis ab OTTOMARO LUSCINIO Latinitati redditum, unà cum exegeſi : *per SYMPERTUM RUF.* 6 8.o .	Auguſt.	1524.
Nov. Teſtam. Latin. *apud* JOANNEM PETIT. 7 12. .	Pariſ.	1524.
Biblia Gallica gloſſata, 2. Vol. *apud* JOANNEM PETIT. 8 fol. .	Pariſ.	1524.
Nov. Teſtam. Gallic. (a)	Pariſ.	1524.

Penta-

(a) Hîc inſerere videtur conjecturam in R. P. LE LONG *Biblioth. Sacr.* accuratè diſcuſſam. (p. 42.) Jacobus Faber *à patrio Vico dictus* Stapulenſis *Theologiæ* Pariſienſis *Doctor, vir litteris divinis & humanis apprimè inſtructus, plurimas vulgavit diverſis temporibus in Sacram Scripturam lucubrationes ; ſcilicet Pſalterium quincuplex* Pariſiis *an.* 1509 *&* 1513. *Commentaria in omnes Epiſtolas* Pauli *cum textu Latino Vulgatæ Editionis, cui ſuam adjecit Verſionem, ibidem an.* 1512. *&* 1515. *Item Commentaria in quatuor Evangelia* Meldis *typis* Simonis Colinæi 1522. *edidit ; in hanc quippe urbem tum evocatus fuerat una cum* Arnoldo *&* Gerardo Rouſſel *facultatis Theologicæ* Pariſienſis *Doctoribus à* Guillelmo Briconnet *hujus urbis Epiſcopo, cujus ipſe* Faber *domeſticus & commenſalis habebatur. Hôc ipſo anno* 1522. *ſuam Novi Teſtamenti Gallicam Verſionem, forſitan utriusque* Rouſſel Picardorum *ope, concinnavit, vulgavitque die* 30. Octobris 1523. *quatuor Evangelia (quorum duntaxat meminit* Erasmus *Epiſt.* 44. *libr.* 30.) *& reliquos Novi Teſtamenti libros, ſicut in Evangeliorum Præfatione promiſerat, die* 6. Novembr. *ejusdem anni. Integrum deinde Novum Teſtamentum iterum ac tertiò variis formis iisdemque* Simonis Colinæi *typis fuit commiſſum adjecto ad calcem Indice Evangeliorum & Epiſtolarum totius anni ad uſum Eccleſiæ* Romanæ, Pariſienſis *&* Meldenſis, *annis* 1524. *&* 1525. *quo ultimo anno, die* 17. Februarii, *publicatum eſt Pſalterium ab ipſo* Fabro, *uti videtur, Gallicè translatum (collata enim hujus & Novi Teſtamenti loca parallela eodem modo reddita eſſe comperiuntur) in quo argumenta cujusque Pſalmi in fine Voluminis ſimul congeſta ſunt ; quæ ſi autorem habeant* Fabrum Stapulenſem, *nulli dubium eſſe poteſt, quin ipſe novis opinionibus fuerit admodum propenſus. In ſolenni cauſâ die* 11. Auguſti *in Curiâ* Pariſienſi *disceptata de ſacris Concionibus in urbe* Meldenſi *ad populum habitis à F. F. Cordigeris (ut refert* Budæus *Tom.* 6. *Hiſt. Univerſ.* Pariſienſis *pag.* 173. *&* 176.) *contra ipſum Epiſcopum & quosdam Doctores Theologos, Patronus* Minoritarum *nomine* Bochard *id Epiſcopo, tanquam ab ipſo in Concione prolatum, exprobravit* ; licitum *nempe* eſſe atque utile populo Biblia & Pſalterium in Linguam Gallicam converſa penes ſe habe-

Pentateuch. *Germanicè* ex Verſione LUTHERI. (a) 8.°	Witteber.	1524.
Libri Hiſtorici & Poetici ex eâdem Verſione. (b) fol.	Witteberg.	1524.
Pſalter. ex eâdem Verſione. (c) 8.°	Vitteberg.	1524.
Idem. (d) 8.°	Baſil.	1524.
Idem cum Annotat. JOAN. BUGENHAGII *Pomerani*, translat. à MARTINO BUCERO. (e) fol.	Norimb.	1524.
Nov. Teſtam. *Germanicum* ex Verſione LUTHERI. (f) fol.	Baſil.	1524.
Idem. (g) fol.	Auguſt. & Norimb.	1524.
Pſalmi *Italici* ex Latino, Interprete SYLVIO PHILETO cum Textûs Declarationibus. (h) 4.°	Venet.	1524.
Nov. Teſtam. *Belgicè* ex Verſione CORNELII HENDRICKZ. (i) 8.°	Delphis.	1524.

Nov.

habere &c. *Decretum quoque Curiæ* Pariſienſis *die* 28. Auguſti *ann.* 1525. *datum*, *inter Libros prohibitos*, Canticum, Pſalterium, Apocalypſim, Evangelia, Epiſtolas *Pauli*, aliosque Veteris & Novi Teſtamenti Libros recens è Latino in Gallicum Idioma translatos *commemorat.* Diebus iſtis *ante Kalendas* Maias *anni* 1526. (*in quit* Natalis Beda *pag.* 119. *Annotat. in Comment.* Jacobi Fabri *in* Matth.) oblatus eſt *Pariſienſium* Theologorum Collegio Liber Exhortationum ſuper Epiſtolas & Evangelia pro uſu *Maldenſi* . . . . . in Gallicam verſus Linguam, adjectâ cuicunque Epiſtolæ & Evangelio exhortatoriâ Oratione ad populum . . . . . Libri autem illius Authores (ut dicitur) fuerunt *Jacobus Faber* & diſcipuli ejus. *Ex his ſanè colligitur anno nempe* 1525. *typis excuſa fuiſſe S. Bibliа Gallica ex converſione* Fabri Stapulenſis. *Si autem hæc de quibuſdam, non de omnibus, utriusque Teſtamenti libris accipienda ſint, dicendum erit* Fabrum *memorato decreto perterritum, & à Theologis* Pariſienſibus, *quibus novem propoſitiones ex ipſius Commentariis in 4. Evangelia excerptæ denunciatæ fuerunt, exagitatum atque è corpore* Sorbonæ *rejectum, deſertâ* Galliâ, *migraſſe* Argentinam (*ibi agebat juxta* Erasmum *Epiſt.* 26. 18. *Menſ.* Mart. 1526.) *ſed ante diem* 6. Junii *in Curiam à* Francisco *primo revocatum, tunc ſuam abſolviſſe Gallicam totius ſacri Codicis interpretationem. Verùm quibusdam* Erasmi *propoſitionibus in primis circa vernaculas S. Scripturæ Verſiones à Facultate Theologicâ die* 17. Decembr. *ſolenni cenſurâ inuſtis, hic* Pariſiis Bleſas *profecturus ſuam Verſionem miſit* Antuerpiam, *ubi typis* Martini Lempereur 28. Septembris 1528. *vulgata eſt.* Bleſis *per aliquod tempus remanſit: deinde* Neracum *ad* Margaretam Navarræ *Reginam an.* 1528. *ſe recepit; & ibi usque ad annum* 1537. *quo diem ſuum obiit, commoratus eſt.*

(a, b, c, d, e, f, g, h, i, k) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(k) Cum

Nov. Teſtamentum *Danicè* verſum ex Vulgatâ Latinâ, interprete JOANNE MICHAELIS, juſſu CHRISTIANI II. Regis. *apud* MELCHIOREM LOTTHERUM. (k) 8.° . . Lipſ. 1524.

ERASM. Paraphraſ. in Evang. S. MARC. *in Officinâ* Jo. FROBENII. (a) 8.° Baſil. 1524.

Ejusd. Paraphraſ. in Act. Apoſtol. (b) 8.° Baſil. 1524.

Ejusd. Concio de Miſericordiâ Dei; & Comparatio Virginis & Martyris : *excudebat* JOHANNES KNOBLUCHUS. (c) 8.° Baſil. 1524.

Ejusd. Modus confitendi; cum aliis : *apud* Jo. FROBEN. 8.° . Baſil. 1524.

D. HIERON. Epiſtolæ cum Schol. ERASMI, 3. Tom. *ex Officinâ* Frobenianâ. fol. Baſil. 1524.

THEOPHYLACTI Archiepiscopi *Bulgariæ* in quatuor Evangelia Enarrationes, JOANNE OECOLAMPADIO interprete : *in Officinâ* ANDREÆ CRATANDRI. (d) fol. . . Baſil. 1524.

Confeſſionale RICHARDI, ſeu paſtoralis Decalogus; Editio aucta: *apud* SIM. COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1524.

ERASM. Modus confitendi, Paraphraſ. in 3. Pſalmum, Epiſtolæ quædam, Apologia ad STUNICÆ concluſiones: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (e) 8.° . Baſil. 1524.

ANTI-

(a) Cum Epiſtol. ad FRANC. I. *Gall.* Reg. *Calend.* Decemb. *Ann.* M.D.XXIII.

(b) *Proſtat ex ſecundâ* Erasmi *recognitione* M.D.XXIIII. *ad quintum Calen.* Maias. Cum Epiſtolâ ad *Clem.* VI. datâ pridie Cal. *Febr.* M.D.XXIIII.

(c) *Menſe* Octobri.

(d) *Menſe* Martio.

(e) In unâ Epiſtolarum datâ anno 1524. Cal. *Mart.* ERASMUS differit cum *Jodoco* GAVERO de *Joannis* NÆVII morte; ſe ſcribit non procul abeſſe ab anno ſexageſimo; multos ibi viros doctos, quos noverat, recenſet defunctos. —— *Veniam ad illos, quos mihi ante annos non ita multos videre contigit. Quum primùm adirem* Italiam, *jam perierat* Philippus Bononienſis —— *& tamen ille deceſſit me natu minor.* —— Bononiæ *primùm videre contigit* Scipionem Carteromachum, *recondita*

ANTI-LUTHERUS JUD. CLICHTOVEI, tres libros complectens : *apud* SIM. COLINÆUM. (a) fol. . Parif. 1524.

BUDÆI Annotat. in Pandectas : *apud* BADIUM. fol. . . Parif. 1524.

ARISTOT.

condite & abſolutæ eruditionis hominem, ſed usque adeò alienum ab oſtentatione, ut, ni provocâſſes, juráſſes eſſe literarum ignarum. Cum eo poſt Romæ *fuit mihi propior familiaritas. Et hic deceſſit haud multò major annis quadraginta duobus.* Patavii *neminem vidi celebrem, mortuos tamèsm commemoro, præter* Raphaëlem Regium, *hominem admodum natu grandem, ſed cruda viro viridisque ſenectus. Erat tum, ut opinor, non minor annis ſeptuaginta ; & tamen nulla fuit hyems tam aspera, quin ille manè horâ ſeptimâ adiret* M. Muſurum *Græcè profitentem, qui toto anno vix quatuor intermittebat dies, quin publicè profiteretur.* —— Muſurus *autem ante ſenectutem periit, poſteaquam ex benignitate* Leonis *experat eſſe Archiepiſcopus, vir natione* Græcus *nimirum* Cretenſis, *ſed Latinæ Linguæ usque ad miraculum doctus, quod vix ulli* Græco *contigit, præter* Theodorum Gazam, & Joannem Lascarem, *qui adhuc in vivis eſt.* Venetiæ *vidi* Paulum Canalem *patritium juvenem ſummis rebus natum, niſi mors illud ingenium nobis invidiſſet. Is phthiſi periit me illic agente.* Aldus *hospes meus multis poſt annis periit, haud multo minor annis ſeptuaginta, ſed tamen animo ad literas mirè juvenili.* Petrum Cottam *uno prandio vidi, & audivi tantùm, ætate florenti, pari modeſtiâ atque eruditione virum.* Romæ *vidi* Petrum Marſum *longævum potius quàm celebrem. Non multùm aberat ab annis octoginta, & florebat animus in corpore non infelici. In tantâ ætate ſcribebat Commentarios in Livium* de Senectute, *aliáſque nonnullos* Ciceronis *Libellos. Licebat in eo perſpicere veſtigia veteris ſæculi. Iidem* Romæ *novi & amavi* Petrum Phædrum —— *ille primùm innotuit ex* Senecæ Hippolyto, *in quâ Tragœdiâ repræſentavit perſonam* Phædri *in arenâ, quæ eſt ante palatium Card.* Raphaëlis Georgiani. *Sic ex ipſo Card. didici: unde & Phædro cognomen additum. Is obiit minor annis, ni fallor, quinquaginta : dictus ſui ſæculi* CICERO. Hieronymum Donatum *tantùm videre contigit per occaſionem ; nec poſt data eſt congrediendi facultas : ſenex erat, ſed florentiſſimo corpore, vir ob raram ingenii dexteritatem non ſolùm ad literas, verùm etiam ad omnem publicorum munerum functionem appoſitus.* —— *Quàm multos in* Britanniâ *ex vetere ſodalitio deſidero. Primùm* Andream Ammonium Lucenſem —— *hunc ſubita mors intercepit, natu minorem annis quadraginta.* —— *Erat hujus ſodalitatis &* Joannes Sixtinus Phryſius, *qui non multò poſt obiit, ſed illo major* —— *in nullâ disciplinâ non feliciter verſatus. Succeſſit his* Joannes Coletus, *qui deceſſit anno ferme quinquageſimo tertio.* —— *Haud multò poſt periit* Gulielmus Grocinus, *præter Theologiæ profeſſionem, in omni genere disciplinarum usque ad moroſitatem exactè verſatus. Is tamen ut ad multam vixit ætatem, ita nil ſcriptum reliquit. Attactus paralyſi plus minùs annum ipſe ſibi ſuperſtes fuit. Ex* Germanis *amicis nullum deſidero, præter* Joannem Capnionem, *qui florenti quidem ſenectute, ſed tamen juſtâ deſunctus eſt.* —— *Unam liceat* Huttenum *in hoc Catalogo ponere! Nunc circuitu factò redeo* Lovanium. *Illic triduum fruitus ſum conſuetudine* Chriſtophori Longolii Brabanti; *nam* Mechliniæ *natum aiunt. Is nuper periit* Venetiæ, *natus annos plus minus triginta: juvenis ad literas natus, & in his maturè feliciterque inſtitutus ; inter nobiles futurus, ſi licuiſſet vivere. Poſtremus omnium nos reliquit* Nævius. *Sic ſolent milites nobilium ducum commemorare fata, & ex illorum exemplis ſibi proponere, quid poſſit accidere.* —— *Salutabis diligenter veteres congerrones noſtros,* Joannem Paludanum, Theodoricum Aluſtenſem, Joannem Armentherienſem, & Petrum Curtium, *qui in* Nævii *vices ſucceſſerunt: cùmque his totum ſodalitium trilingue.* Baſileæ *Cal.* Martiis. *Anno* M.D.XXIIII.

(a) Biblioth. *Tellerian.*

(a) Fa-

ARISTOT. de Animalib. libri xx. Latinè, partim GAZÂ, partim ALCYONIO interprete: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. fol. Pariſ. 1524.

Ejusd. & ALEXAND. APHRODIS. Problemat. Latinè, GAZÂ interprete: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. fol. Pariſ. 1524.

JOSEPHI Antiquitates Latinè, ex emendatione GODOFR. HITTORPII. (a) Colon. 1524.

Eædem: *apud* FROBEN. (b) fol. Baſil. 1524.

PLIN. Natur. Hiſtor. *ex Officinâ* PETRI GAUDOUL *Bibliopolæ*. fol. Pariſ. 1524.

PAULI JOVII *Novocomenſis* Medici de Romanis piſcibus libellus: *in ædibus* F. MINITII CALVI. (c) fol. Rom. 1524.

DIOGEN. LAERT. Latinè: *in ædibus* VALENTINI CURIONIS. (d) 4.to Baſil. 1524.

HERO-

(a) FABRIC. *Biblioth. Gr.* Lib. 4. c. 6. pag. 243.] „ Addito libro de *Maccabais* „ ex ERASMI recognitione, qui in prio- „ ribus Editionibus deſideratur.

(b) Ibid.] „ Eodem anno *Joſephum* „ poſt *Colonienſem* Editionem ſed hinc in- „ de emendatiorem edidit FROBENIUS „ *Baſil.* 1524. fol. " Hic libet monere Lectorem, à clariſſ. FABRICIO aſſerri ex teſtimonio MOLLERI *Apuleianam Roberti* STEPHANI Editionem ann. 1524. quam ſane nullam fuiſſe puto, cùm *Robertus* STEPHANUS nullos (quòd ſciam) Libros ante 1526. excuderit. Itaque vitium in numeris latere ſuſpicor, & pro 1524. legendum 1625. quo anno APULEII Librum de Deo SOCRATIS edidit *Joſias* MARCERUS ex Officinâ *Roberti* STEPHANI, qui illius *Roberti* nepos fuit.

(c) *Menſe* Auguſto. F. MINITIUS CALVUS Lectori S. *Quisquis es ſive Impreſſor ſive Bibliopola, cave hunc Librum aliórve quoslibet in Officinâ noſtrâ librariâ primùm excuſos excudendóve intrà proximum decennium utpiam gentium imprimas, vel ab aliis temere forſan impreſſos vendas. Hæc enim ſeverissimo edicto vetuit bonarum artium fautor* Clemens VII. *Pont. Max. quique ſecus fecerint, eos non modò in ſingula Volumina denis aureis multari, verùm & Chriſtianorum commercio atque aquâ & igni interdici voluit. Vale, & vide ne invidus negotium tibi faceſſas, bene memor nullam eſſe ſcelerum impunitatem.*

(d) *Calendis* Septembris. VALENTINUS CURIO ſtudioſo Lectori S. *Quum olim diſpicerem, quibus potiſſimùm Libris excudendis rem literariam juvarem, & Officinam meam non mediocri ſumptu recèns inſtructam ornarem, nulli ad eam rem accommodatiores viſi ſunt, quàm* ——— *Hiſtorici* &c. *Nuper* * Strabonis *graviſſimi luculentiſſimique Scriptoris Geographumena, antea haud ſcio cujus incuriâ, lituris & men-*

* Ann. 1523. Vide FABRIC. *Biblioth. Gr.*

HERODIAN. Hiſtoriarum libri VIII. Græcè pariter & Latinè ſeorſim : *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (a) 8.° . . . Venet. 1524.

PAULI OROSII Hiſtoriarum liber, è tenebrarum faucibus in lucem editus: *in Tabernâ librariâ* JOANNIS PARVI *Bibliopolæ adſcripti, typis & Characteribus* PETRI VIDOVEÆI. (b) fol. in præclarâ Univerſit. Pariſ. 1524.

PETRI DELPHINI Prioris ſacræ eremi & Generalis totius Ordinis *Camaldulenſis* Epiſtolarum Volumen : *impreſſum arte & ſtudio* BERNARDINI BENALII *Impreſſoris* (c) fol. . . Venet. 1524.

Tertia

mendis cooperta, noſtris quidem typis quàm potuimus accuratiſſimè excudi curavimus, ſed operâ Conradi Heresbachii *viri eruditionis haud quaquam vulgaris, & amici cum primis obſervandi priſtinæ integritati & nitori reſtituta. Idem & propediem facturi de* Herodoto & Thucydide, *ſi cepiis aspirabat is, qui cepti autor fuit. Idem autem & nunc ſecimus in* Diogenem Laertium &c. *Nam illum* —— *purgatiorem, ni fallor, ac minùs ſalebroſum ſtudioſis legendum dedimus, quanquam id ſcriptis aliquanto quàm voluerim.* —— *certè maturiùs non potui, præ Græcorum Exemplarium inopiâ, citra quorum fidem nihil tentandum putavi in hoc opere, quo vix aliud infelicius verſum aut negligentius excuſum, & quidem* * Venetiis, *& ab eo, qui ſe in quâdam Epiſtolâ profiteatur id editurum non aliter quàm à fratre* Ambroſio *fuerat traductum è Græco in Latinum. Sic enim ille loquitur. Nam illa editio, quam nobis dedit* † Gallia, *portentoſior eſt, quàm ut poſſit excuſari. Factâ tandem Græci Codicis copiâ, quem communicavit vir neſcio doctrinâne an humanitate ornatior* Matthæus Aurigallus *Hebræarum literarum in celeberrimâ* Vuittenbergenſium *Academiâ Profeſſor, putavi mei officii eſſe, curare, ut tam inſignit Autor prodiret in lucem* &c. Epigrammata, *quæ ex Libro, cui titulum fecit* Παίγνιον, *citat, Græcè apprimenda curavimus, quòd ſcirem carminis venuſtatem & argutiam peregrinâ Linguâ non poſſe reddi, & gratum fore ſtudioſis ſperabam, ſi exhiberem guſtum* Laertianæ *phraſis, quoniam adhuc apud nos nihil illius Græcè excuſum novimus, neque ubique obviam eſt manuſcriptum Exemplar.* &c. *Nonnihil &* Michaeli Bentino *debetur, qui nobis in labore adfuit.* &c. *Vale,* Baſileæ *ex Officinâ noſtrâ Calendis* Septembris. M. D. XXIIII.

(a) FRANCISCUS ASULANUS Lectori S. —— *His præſertim temporibus, per quæ tam multa bellorum incendia jam propè Orbem terrarum invaſere* —— *Populi præterea nonnulli cum ſuis Principibus domo pulſi* &c. Ad calcem Græci Textûs, *Venetiis in ædibus* Aldi & Andreæ Aſulani *ſoceri menſe* Septembri M. D. XXIIII. Ad calcem Latinæ Verſionis, *Venetiis in ædibus* Aldi & Andreæ Aſulani *ſoceri menſe* Septembri M. D. XXIIII.

(b) *Calendis* Novembribus. Edente *Sebaſtiano* MENGIN, cujus Epiſtola præfigitur dedicatoria ad ipſius fratrem *Nicolaum* MENGIN Ducis *Lotharingiæ* Secretarium.

(c) *Die primâ* Martii : *præſidente Sedi Apoſtolica*

* Neſcio an velit Editionem *Venetam* 1475.

† Editio illa *Pariſienſis* in 4. ſine anno, impreſſa pro JOANNE PARVO; quam nec characteris nec chartæ elegantiâ neque aliâ re commendabilem notat FABRICIUS in *Biblioth. Gr.*

Tertia FERDINANDI CORTESII Narratio, in quâ civitatis *Temixtitan.* expugnatio continetur: *impressa per discretum & providum virum* FŒDERICUM ARTHEMESIUM *civem* Norimberg. fol. . Norimb. 1524.

CICER. Rhetoric. ad HERENN. & de Invent. *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° . . Pariſ. 1524.

Ejusd. Oration. Vol. I. *apud* JOANNEM CNOBLOUCHUM. 8.° . Argent. 1524.

Ejud. Oration. Vol. III. *apud* JOANNEM KNOBLOCHUM. (b) 8.° . Argent. 1524.

CICER. de Senect. & Somn. SCIP. Græcè, THEOD. GAZÂ interprete: *apud* Jo. BEBELIUM. (c) 8.° . . Baſil. 1524.

CHRISTOPH. LONGOLII Orationes & Epiſtolæ; & liber unus Epiſtolar. BEMB. & SADOLET. *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. 4.to . Florent. 1524.

NICOLAI LEONICI THOMÆI Dialogi. viz. Trophonius, Bembus, Alverotus, Peripateticus, Sannutus, Severinus, Sadoletus, Phœbus, Bonominus, Sannutus: *in ædibus* GREGORII DE GREGORIIS. (d) 4.to . . Venet. 1524.

HOMERI Opera, Græcè: *in ædibus* ALDI *& ANDREÆ ſoceri.* (e) 8.° Venet. 1524.

ARISTOPHANIS Ranæ, Græcè; *apud* JOANNEM FROBENIUM. (f) 4.to Baſil. 1524.

EURI-

Apoſtolicæ D. Clemente *Papâ ſeptimo*, & Andreâ Gritto *inclyto Principe* Venetiarum.

(a) *PRIDIAE NONAS MARTII.* Reperio hanc Scripturam [PRIDIAE NONAS NOVEMBREIS] apud GRUTER. p. 286. n. 7. (Edit. anno 1616.)

(b) *Menſe* Martio.

(c) *Menſe* Februario.

(d) *Menſe* Septembri.

(e) *Menſe* Aprili.

(f) JOANNES FROBENIUS τοῖς φιλέλ-

EURIPIDIS Hecuba & Iphigenia in Aulide, Græcè, Latinæ factæ ERASMO interprete: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (a) 8.° . . Basil. 1524.

VAL. FLACC. cum Annotat. LAURENTII BALBI *Lilienſis*. 4.to . Compluti. 1524.

L. ANN.

λίλληνις τὸ πράγμα. *En damus* ARISTOPHANIS Ranas, *optimi Juvenes*; *Autorem non eſt, quòd laudemus, cujus excellentiam vel illud ſatis arguit, quòd inter tot Comœdiæ veteris Scriptores ſolus emeruit poſteritatem. Qui Græcas litteras exactè callent, exiſtimant hujus ſermonis elegantiam rectiùs diſci ex Oratoribus quàm ex Poëtis: quod apud Latinos ſecus eſt, quibus eadem eſt utriuſque Lingua, niſi quòd in Poëtis major eſt verborum delectus ac ſententiarum vigor. Apud Græcos dices aliâ Linguâ loqui Poëtas, aliâ qui ſolutâ ſcripſerunt: ſed hoc diſcrimine, ut qui in Oratoribus ſit primùm exercitatus, facilè aſſequatur phraſim poëticam. Contrà ſecus. Cæterum* Ariſtophanes, *ſi choros excipias, ſic in carmine præſtat* Attici *ſermonis elegantiam, ut vix* Lucianus *in proſâ felicius. At dixerit quiſpiam, quid Muſarum myſtis cum Ranis? Hæ Ranæ canunt quædam luſciniâ dulcius: etiamſi nonnulla voluptatis pars perit, quòd non ubique nunc ſentiri poteſt, ad quod alludat Comicus. Seculum hoc habet multas obſtrepentes ranas, picas, camelos, porcos, bubalos, canes, qui negotium faceſſant bonis ſtudiis: adverſùs horum tumultus obturate aures; & his ſuaviloquentiſſimis Ranis attendite. Bene valete.* Baſileæ *ex ædibus noſtris.* XI. *Cal.* Decemb. *An.* 1524.

(a) *Menſe* Februario: *ex Autoris recognitione.* Hanc antea Latinam Verſionem BADIUS ediderat anno 1506. Utramque Tragœdiam ERASMUS GUILELMO Epiſcopo *Cantuarienſi* nuncupavit. *Quum* (inquit) *in animo ſtatuiſſem vertendis Græcis Authoribus rem Theologicam, Deum immortalem! quàm indignè ſophiſticis nugis depravatam, pro virili meâ vel reſtituere vel adjuvare —— viſum eſt mihi priùs periculum facere, quam non luſiſſem operam in utriuſque Linguæ ſtudium inſumptam, idque in re difficillimâ quidem illâ, ſed tamen profanâ, quò pariter & negotii difficultas ad meditationem conduceret, & ſi quid eſſet peccatum, citra ſacrarum Scripturarum injuriam ſilius ingenii periculo pecceretur. Itaque duas* Euripidis *Tragœdias,* Hecubam & Iphigeniam in Aulide, *Latinas facere ſum aggreſſus. Deinde quum viderem operis inſtituti ſpecimen non diſpliceret viris utriuſque Linguæ callentiſſimis (quos profectò jam aliquot habet* Anglia, *liceat modo verum citra invidiam fateri, quovis in genere doctrinæ vel* Italiæ *totius admiratione dignos) intra pauculos menſes, Muſis bene juvantibus, ad umbilicum perduxi. Quanto cum ſudore, id ii demum experientur, quicunque in eandem palæſtram deſcenderint. Accedit ad hæc Codicum depravatio, Exemplarium inopia, nulli Interpretes, ad quos confugiamus. Quo minùs admiror, ſi ne hôc quidem felicitſſimo ſeculo quisquam* Italorum *auſus fuit hoc muneris aggredi, ut Tragœdiam aliquam aut Comœdiam verteret, quum plures* Homero *manus ſint admoliti, inter quos etiam* Politianus *ipſe ſibi non ſatisfecit; quidam* Heſiodum *tentârit, neque id ſatis feliciter; alius* Theocritum *ſit aggreſſus, ſed multo etiam infelicius. Denique quum* Franciscus Philelphus (*id quod poſt inſtitutam interpretationem cognovimus*) *primam* Hecubæ *Scenam in Oratione quâdam funebri tradùxerit, ſed ita ut nobis alioqui putidulis vir tantus animi non parum adderet. Ego porrò neque tantis exemplis, neque tam multis operis difficultatibus deterritus magis, quàm Poetæ hujus ſuaviloquentiâ pluſquam mellitâ, quam illi trahunt etiam inimici, allectus, rem hactenus intentatam non ſum veritus aggredi &c.* Londini. IX. *Calendas* Februarii. Hæc eadem Epiſtola *Badianæ* harum Tragœdiarum Latinè verſarum Editioni ann. 1506. præmittitur.

(a) *Octavo*

L. ANN. SENEC. de morte CLAUD. cum Schol. RHENANI; SYNES. de laudib. Calvit. Jo PHREâ interpr. cum Schol. RHENANI; ERASMI Encomium Moriæ cum Comment. GERARDI LISTRII: *in ædibus* JODOCI BADII. (a) 4.to Lutet. 1524.

MACRO-

(a) *Octavo Calend.* Julias... RHENANUS Scholia in *Senecæ* ludum *Thomæ* RAPPIO *Durlacensi* liberalium artium Profesſori anno 1515. tertio Cal. *April.* & in SYNESII Encomium Calvitii, *Martino* ERGERINO *Seleſtadiensium* parocho, anno 1515. pridie Calendas *Aprilis*, inſcripſit. *Hoc* (inquit RHENANUS) Senecæ *fragmentum, nuper in* Germaniâ *repertum, velut antiquitatis gemmam quandam, Scholiis ex* Suetonio *&* Tacito *tumultuantor adnotatis illuſtravimus* —— *Ingenuè tamen fatemur eſſe loca quadam, ubi conjecturâ tantùm uſi ſumus, nullam Hiſtoricorum autoritatem ſecuti.* Cornelii *enim priores libri, qui nobis ſubſidio eſſe potuiſſent, non extant, aut ſaltem nobis non extant, quanquam hos ſuperioribus annis* Romam *fuiſſe ex* Germaniâ *delatos accepimus. Ad hæc, ut in Græcis nonnulla divinando reſtituimus, ſic quadam non niſi melioris archetypi ſubſidio reponenda tranſire coëgi ſumus, quòd noſtrum exemplar Græcorum characterum ne ulla quidem quantumvis exilia veſtigia haberet.* &c. *Libellum* Syneſii (inquit idem *Rhenanus*) de laudibus Calvitii, *quem in* Italiâ CUNO *Præceptor olim meus ex antigrapho non ſatis caſtigato deſcripſerat, viſum eſt tandem utcunque mutilum & lacerum in publicum extrudere.* —— *Sperabamus aut Græci Exemplaris copiam nobis fieri, aut certè exemplum alicunde minùs mendoſum. Id ſi contigiſſet, vel ipſi vertiſſemus denuo, vel hanc* Phreanam *tralationem, quam exſcribentium incuriâ depravatam mutilatámque eſſe plànè perſuaſum habemus, recognoscendo caſtigaſſemus. Is enim* Johannes Phrea, *quod non ſine publico* Britanniæ, *quam nunc* Angliam *vocant, honore dixerim, utramvis Linguam egregiè percalluit, bonas litteras ſummâ cum laude non paucos annos idque in* Italiâ *profeſſus.* &c. *Johannes* PHREA in ſuam interpretationem ſic præfatur. JOANNES PHREA Anglus N. S. P. D. *Solent, qui in Librorum interpretatione prima ſui ingenii pericula faciunt, eos Libros Latino ſermone abſolvere, qui minus in ſe difficultatis habent. Deinde cùm die ipſâ tum frequenti exercitatione ingenii vires dicendíque facultas adaucta fuerit, ad altiora majoráque ſe convertere. Nos verò etſi nonnullis perſuaſ rationibus —— converſum ordinem magis ad doctrinam conducere arbitramur, eâ tamen modeſtiâ hanc noſtram defenſamus opinionem, ut neque mihi ipſi arrogare, neque quòd ſeeus alii ſenſerint, id vitio illis dare velim.* —— *Mihi in hâc à reliquis diſſentienti,* à Syneſio *ſummo Philoſopho Autorâque graviſſimo interpretationis initium auſpicari placuit. Quos autem hic ſcripſit Libros, tot ac tanti obſtrúcti ſunt difficultatibus, ut haud ſciam, ſi qua alia apud Græcos extent Volumina, quæ cum his aut ſententiarum perplexitate aut obſcuritate verborum auſim conferre. Cujus profectò rei argumentum eſt non mediocre, quòd in tanto numero Interpretum, quos noſtra quóſve prior ætas vidit, nemo unquam inventus ſit, quod ſciam, qui hujus Autoris Opus aliquod attigerit.* &c. *Gerardus* LISTRIUS *Rhenenſis* in ſuâ ad *Joannem* PALUDANUM *Lovanienſium* Academiæ publicum Rhetorem ſic ſcribit: *Equidem non in infimâ felicitatis meæ parte duco, quòd mihi contigit cum* Erasmo *domeſticam conſuetudinem menſes aliquot agitare. Tanta eſt hominis integritas* &c. *Quo ore ſolet ille referre tuam eruditionem* &c. *Hic igitur inflammavit animum meum* —— *ut aliquo Xenio* Paludanum *mihi conciliarem.* &c. *Forte fortunâ parabatur ad excudendum* ERASMI Moriæ Encomium, *exiguus libellus* —— *jam plus decies excuſus typis.* —— *Sufferatis aliquot horas ſtudiis meis, quas Græcis & Hebraicis*

MACROBIUS, & CENSORINUS: *apud* BADIUM. (a) fol. . Pariſ. 1524.

ERASMI breviores aliquot Epiſtolæ: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° Pariſ. 1524.

PETRI BEMBI Benacus; AUGUSTINI BEATIANI Verona: *ex ædibus* F. MINITII CALVI. 4.to . Rom. 1524.

ANTON. THYLESII Poemata: *apud* F. MINITIUM CALVUM (c) . Rom. 1524.

G. SAUROMANUS Proc. Cæſ. ad Principes Chriſtianos de Religione ac communi Concordiâ. (d) 4.to . Rom. 1524.

CORYCIANA, id eſt, Collectanea Carminum diverſorum in laudem JANI CORYCII Luxemburg. *apud* LUD. VICENTINUM & LAUTITIUM PERUSINUM. (e) . . Rom. 1524.

ANTONII EPARCHI in everſionem Græciæ Deploratio, & Epiſtolæ Græcæ. (f) 4.to . . Venet. 1524.

ASCANII BOTTÆ Rurale con l'Aggiunta della terza giornata: *apud* FRANCISCUM RICARDUM DE LUERE. (g) Cremon. 1524.

JO. ANT. FLAMIN. *Forocom.* de Educatione puerorum ad AN. PUCCIUM *Piſtorienſem* Epiſcopum: impreſſ. *per* HIERON. DE BENEDICTIS. (h) 4.to . Bonon. 1524.

Ejusd. Opusculum de Origine Philoſophiæ . ac Phi-

Hebraicis literis, præcipuè verò rei medicæ ſolitus ſum impendere, Scholiis illuſtravi &c.

(a) Ad finem MACROB. *ad Calendas* Januarii. Ad finem CENSORIN. *Non.* Novemb.

(b) X. *Cal.* Maii. M.DXXIII.

(c) Biblioth. SIMLER.

(d) CLEMENTE VII. *Pont. Opt. Max. fluctuantis reip. Chriſtianæ gubernacula aquabiliter moderante.*

(e) *Menſe* Julio. *Cremon.* Litterat.

(f) *Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ί.*

(g) *Cremon.* Litterat.

(h) XII. *Cal.* Febr.

(a) VII.

ac Philosophorum Sectis : *impress. per* HIERON. DE BENEDICTIS. (a) 4.to Bonon. 1524.

ROBERTI WAKFELDI Oratio de utilitate Ling. Arabicæ & Hebraicæ : *apud* WINANDUM DE VORDE. (b) 4.to Londin. 1524.

Institutiones Grammaticæ in Hebraeam Linguam FR. SEBASTIANI MUNSTERI *Minoritæ Ingelnheimensis* : *apud* JOANNEM FROBENIUM. (c) 8.o Basil. 1524.

Dictionarium Græcum cum interpretatione Latinâ, omnium, quæ hactenus impressa sunt, copiosissimum : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *soceri*. (d) fol. Venet. 1524.

Lexicon

(a) VII. *Cal.* Feb.

(b) *Accipe* (inquit Author ad HENRIC. VIII.) *Rex clementissime, nostram Orationculam, cujus tertiam partem propter inopiam Hebraicorum characterum, quibus impressor caret, nunc prætermittere coactus sum.*

(c) *Opus est recens, atque chartatim emendatum ab ipso Authore in Officinâ* Frobenianâ *anno* M.D.XXIIII. MUNSTERUS sic in Præfatione : *Neque verò unquam mihi placuere prolixa Grammaticorum Commentaria.* —— *In primis placent veteres, quorum quisque ut est vetustior, ita brevior etiam est & lucidior : cujus generis apud Latinos* Donatus & Diomedes *exiant ; apud Hebræos* R. David Kimhi *& germanus suus* R. Mosche Kimhi *Hispani.* &c. *Nec defuerunt recentiores, nempe* Joannes Reuchlinus *primus Hebraïcæ Lingua inter Latinos propagator,* Chuonradus Pellicanus *in Hebraïcis literis fidelissimus meus Præceptor ; ac eximius Pater* Caspar Ammonius, *cujus ingens Grammatica Opus mihi quoque in Officinâ* Frobenianâ, *cùm meum sub prelo cuderetur, oblatum vix cursim & perfunctorie legere licuit.* —— *Non autem erat animus id Operis adire, nisi huc me adegissent cùm studiosi quidam Hebraïcarum literarum, tum inprimis* Hieronymus Frobenius, *quem ad propagandas Hebraïcas literas non lucrum, verùm ejus Lingua singularis quidam amor insligat* &c. Basileæ, *anno* M.D.XXIIII. *mense* Januario. His Institutionibus subnectitur JONAS Propheta Græcè, Latinè, Hebraïcè & Chaldaïcè.

(d) *Mense* Decembri. In hôc Volumine continentur etiam : *Collectio Dictionum, quæ differunt significatu* : *Dictiones Latinæ Græcè reddita* : Ammonius *de similib. & differentib. dictionibus* : *vetus Instructio & denominationes præfectorum militum* : Orbicius *de Dictionib. ordinum militarium* : *Significata* [illegible] : Io. *Grammatici quædam de proprietatib. Linguarum* : Eustathii *quædam de proprietatib. Linguar. apud* Homerum : Corinthus *de proprietatib. Linguarum* : *Verborum anomalorum declinationes* : Herodiani *quædam de Encliticis* : Io. *Grammatici* Characis *quæd. de Encliticis* : Chœrobosci *quæd. de Encliticis* : Thomæ Magistri *Ecloga Atticorum nominum & verborum* : Phrynici *Ecloga Atticorum nominum & verborum*, Emanuelis Moschopuli *Ecloga Atticarum lectionum nunc primùm impressa.*

FRANCISCUS ASULANUS Lectori.

Cùm Sororius noster Aldus *annis abhinc triginta studia bonarum literarum, iniuriâ temporum collapsa turpiter, maximis impensis, summo studio, incredibili labore, nobiscum restaurare conaretur, optimos quosque Libros tum Græcos tum Latinos imprimi perpetuò curabat ; & ut tunc primùm surgentis operis ratio ferebat, Dictionarium Græcum cum interpreta-*

Lexicon Græco-Latinum. (a) *apud* FROBENN. . . Basil. 1524.

URBANI Grammaticæ Institutiones, jam tantâ iterum adhuc curâ excusæ, ut majore vix potuerint: *apud* VALENTINUM CURIONEM. (b) 4.to . Basil. 1524.

Elementale

interpretatione Latinâ eleganti accessione recencinnatum publicavit. At id ipsum quidam solius spe lucri capti non modo melius sed & deterius impressum jampridem edidere: alii verò superioribus annis Lugduni & Basileæ *conatus hos nostros ingeniosè tantisper æmulari visi sunt.* —— *Extabant domi nostræ plurima, quæ adjectâ huic Operi ornamento futura esse proposueramus. Impressimus itaque nunc ipsum secundò* —— *Accesserunt Atticarum Dictionum ἐκλογαὶ* Thomæ Magistri Phrynichique & Emanuelis Moschopuli *nusquam in hoc tempus impressi.* —— *Voces poëticas meliùs discès ex* Eustathio *diligentissimo Poëtæ interprete, quem proximè cum copiosissimis quibusdam Commentariis in utramque illius poësim antea non impressis edemus. Nomina verò regionum, urbium, oppidorum, fluviorum, montium, fontium* Strabo, Dionysius, Stephanus, *à nobis excussi tibi depingunt; uti herbarum, arborum, fructuum, lapidum, metallorum* Dioscorides, *membrorum totius corporis & morborum* Galenus, *cujus Opera unà cum* Hippocrate *brevi publicabimus.* —— *Ex probatis artium Scriptoribus voces reliquas multò meliùs addisces, quos omnes, qui nondum impressi sunt, intrà paucos annos edemus.* &c.

(a) VALER. ANDR. *Biblioth. Belgic.* p. 406.] „ *Jacobus Ceratinus* sive *Hornanus* (ab urbe ac loco natali ita dictus) „ cognomento TEVNG, *Batavus*, Lexicon Græco-Latinum primus post *Aldum* „ *Manutium*, *Aldi* Avum, auxit & edidit, apud *Frobenium* 1524. præfante „ *Erasmo.*“ Quàm verè ANDREAS id scripserit, dubito; neque illud adhuc Lexicon videre contigit. Hujus tamen mentio etiam occurrit in GESNER. *Biblioth.*

(b) *Nonis* Martii. Cum Epistolâ GLAREANI Poëtæ Laureati ad Lectorem. *Cùm nuper* (inquit) Homeri *Iliada* —— *Auditoribus nostris in hâc clarissimâ Academiâ ordiremur, incommodum* —— *accidere visum est nobis, quòd Grammaticâ institutione* —— *plures destituerentur* —— Urbanus —— *commodissimus* —— *ad eam rem visus est. Ex-si me non latet, quantum* —— *eruditione* Theodorus Gaza *omnes* —— *antecellat.* —— *Ni fallor, non tam discipulis quàm præceptoribus scripsisse videtur.* —— *Nobis qui Latinè didicimus, non facilior alia videtur via Græca discentibus, quàm Analogia Græcorum ad Latina: deindè ut exemplis pateant commodis, quæ proposita sunt: denique ut simplicissima sint, quæ traduntur. Quæ quidem* Urbanus *hic noster ad amussim observavit.* —— *Nunc quod ad Typographum attinet, ait* Valentinum Curionem, *amicum nostrum, Codicem hunc dedisse tibi; quo vix alius emendatior. Advigilavi ego, quanquam levis mea opera; advigilavit ille studio, quàm potuit pro suâ virili maximo. Porrò plus in recessu laboris hic est, quàm in fronte appareat; & qui* Herculem sanè aliquem desyderet, *jam in formulis sculpendis, in errore Codicum tollendis* (sic mendosè impressum lego): *& quo minutior est, eò magis hominem torquet. Totum hoc quicquid est laboris, quicquid tædii, unus* Curio *hic noster magno animo sustinuit, ac devoravit. Nec deest illi vel ingenium vel judicium, quâ est eruditione, ut temere quicquam immutârit Autori. Sed non est opus pluribus; rei ipsi clamabit; nunc desino tibi esse molestus. Vale, candide Lector:* Basileæ, *anno* Christi M.D.XXIIII. Primus hanc URBANI Grammaticam excudit ALDUS ann. M.IIID. At huic CURIONIS impressioni sic præfatur *Urbanus.* URBANUS *Minorum minimus studiosis omnibus S. P. D.* —— *Superioribus annis, quum* Aldus *in primendis Græcè & Latinè Libris operam navaret,*

Elementale Introductorium in Declinationes Græcas Nominum & Verborum ; item HIERONYMI ALEANDRI *Mottenſis* Tabulæ : *impenſis honeſti* PETRI QUENTEL. (a) 4.to . . . 1524.

Jo. PINICIANI Promptuarium Vocabulorum : SYLVANUS OTTMAR *excud.* (b) 4.to . . Aug. Vindel. 1524.

Epitome JODOCI BADII *Aſcenſii* in ſex Latinæ Linguæ Elegantiarum Libros LAURENT. VALLÆ, & Opuscul. de reciprocatione *Sui* & *Suus* ; cum explanationibus, & MANCINELLI limâ : *imprimebat* SIMON

varet, noſtras de inflexione Nominum ac Verborum Annotationes Latinè atque interim Græcè ſermone compoſitas hinc inde collegit, móxque in eam, quam hactenus vidiſtis, formam haud mediocri redegit labore. Denum ratus id, quicquid erat, uſui futurum Græcæ litteraturæ candidatis, editionem maturavit. Profectò ſemper eſt de literis adeò bene meritus, ut alter à Latinis Camillus, *à Græcis* Themiſtocles *poſſit appellari.* &c. *Enimvero quas diximus Annotationes, tantùm in gratiam noſtrorum diſcipulorum literis olim mandaveramus* &c. *Veruntamen quum per aliquot poſtea annos ferè omnes* Italiæ *inſignes Urbes animi gratiâ circuirem, animadverterimque multos, qui nonnihil ſcripſiſſent noſtris invigilaſſent, ad frugem brevi compendio perveniſſe, animum induxi, ut primùm me in otium recepiſſem, ea iterum & ad clariorem excutere lucernam, addere, detrahere, invertere, ac velut invitatis hoſpitibus cænam parare ; demùmque operam dare, ut in publicum ſic elucubrata quàm primùm prodirent. Grammaticorum igitur copiam ingentem ex omni perpenſam Europâ collegi ; móxque omnes eos perlegi ſanè quàm accuratè ; habitóque delectu rerum annotatu dignarum, duos compoſui libellos ; quorum alter introducendis conſulet adoleſcentibus, alter penitiſſima quæque Grammatices arcana proſectis jam ad interiora viris demonſtrabit.* &c. ALDUS Editionem ſuam (ann. 1497.) dedicavit *Joanni Franciſco* PICO *Mirandulæ. Cogitanti*, ait, *mihi jamdiu aliquem ex Libris noſtrâ curâ impreſſis in tuo nomine publicare, tum ut oſtenderem te, quem puerum olim ob egregiam indolem diligebam, nunc virum — à nobis obſervari plurimùm ; tum quòd* Picus *meus tibi patruus fuerit, quem ob ſingularem doctrinam* Phœnicem *omnes uno ore appellabant, viſum eſt ab iſtis optimis in Græcam Linguam introductionibus incipere — ciùm ſcirem te Græcas Literas diſcendi percupidum, idémque acciperem ab* Alexandro SARCIO Bononienſi &c. *In eo* Libro *de Nomine & Verbo & cæteris Orationis partibus ſic copiosè tractatur, ut nihil, quod neceſſarium Græcè diſcere incipientibus videretur, prætermiſerit* Urbanus *meus divi* Francisci *Sacerdos optimus ac integerrimus, qui ad communem omnium & Latinorum maximè utilitatem iſtas Inſtitutiones meo rogatu ac impulſu potiùs compoſuit.* &c. Hanc ALDI Epiſtolam recudit *Ægidius* GOURMONTIUS in ſuâ, quam dedit, hujus Grammaticæ impreſſione in 4.to anno autem non adiecto. *Valentinus* CURIO URBANI Inſtitutionibus adjecit TRYPHON. de affectib. dictionum, de Spiritibus ex THEODORITO & aliis, ac de Dialectis ex CORINTHO.

(a) *Menſe* Febr.

(b) GESNER. *Biblioth.*

(a) v. *Idus*

MON COLINÆUS. (a) 4.to Paris. 1524.

THO. LINAC. de emendatâ Latin. Sermon. Structurâ. *apud* RICHARDUM PYNSONUM. (b) 4.to . Londini. 1524.

JOAN. RAVIS. TEXTORIS *Nivernenſis* Epitheta: *typis* PETRI VIDOVÆI, *& impenſis* REGINALDI CHALDERINI. (c) fol. . . Lutet. 1524.

HERMANNI TORRENTINI *in* ALEXANDRI *Theopagitæ* Grammatices primam partem Commentaria, cum Annotationibus DESPAUTERII: *impreſſ. per* MICHAELEM HILLENIUM HOOCHSTRATANUM *in Interſignio Rapi.* (d) 4.to Antverp. 1524.

Cantic.

(a) v. *Idus* Martias. *Ubi advertendum, unicuique Epitome duplicem numerum in margine exteriori eſſe adjectum: quorum alter juxta Codices* Laurentii *ex Officinâ noſtrâ emiſſos, quoto cujusque libri capiti reſpondeat Epitome, indicat; alter autem, idem, ſed juxta aliorum emiſſionem.* Hinc conſtat planiſſimè huic BADII Epitomæ Editionem (quam nondum vidi) *Laur.* VALL. Elegant. ex COLINÆI Officinâ emiſſam præiviſſe.

(b) *Menſe* Decembri.

(c) *Menſe* Aprili. Hanc Editionem poſt Authoris immaturam mortem curavit ipſius frater *Jacobus Raviſius* TEXTOR.

(d) DESPAUTERIUS *totum Opus diligentiſſimè perlegit, & ad unguem caſtigavit, impenſis* Michaelis Hillenii Hoochſtratani *Calcographi Antverpien.*

EPIGRAMMA VERISSIMUM.

Mille locis Opus hoc vitiârat Calcotyporum
Error, & heu mendis leverat innumeris.
Ipſe recognovit, mendoſáque ſuſtulit Author;
Addidit & ſcitu plurima digna ſatis.
Ergo agite, ô juvenes, incumbite pectore toto
Grammaticæ, Ars ſinè quâ nulla vigere poteſt.
Nè quoque ſit limæ nobis labor irritus iſte,
Vos rogo, Calcographi, ſitis ut Orthographi.

TORRENTINI PROŒMIUM.

Tot exſtant edita jampridem in Alexandrum *noſtrum Commentaria, ut ſingularis imprudentiæ videri poſſit in eundem plura conſcribere. Veruntamen ſiquis literatorum diligenti examine cuncta perpenderit, facilè comperiet nihil adhuc profectùm conſummatúmque eſſe productum. Nam quæ maximè & in uſu & in pretio habentur* Alexandri *gloſſemata, atque doctiſſimo viro* Joanni Synthen *falsò aſcribuntur, quot erroribus ſcatent!* &c. *Quando omnium literatorum judicio quidam verſus* Alexandrini *vel nimium obſcuri, vel penitus falſi ſunt, vel certè redundantes atque ſupervacui; plerosque talium verſuum vel ſuſtulimus vel emendavimus: quod alii quoque ante nos facere conati ſunt; ſed nos parcius id egimus & cautius, & ibi duntaxat, ubi operæ pretium & maximè neceſſarium videbatur.* &c.

MICHAEL HILLENIUS HOOCHSTRATANUS Lectori S.

Habes ecce, Lector candidiſſime, ſuccinctos Hermanni Torrentini *in Grammaticum* Alexandrum *Commentarios, unà cum Annotationibus* Despauterianis *noſtrâ operâ denuo excuſos; omiſſis atribus nonnullis* Despau-

Cantic. Canticor. Hebraïcè cum Verſione Latinâ SEBASTIANI MUNSTERI: *apud* FROBENIUM. (a) 8.° . Baſil. 1525.

Eccleſiaſtes Hebraïcè cum Verſione Latinâ & Annot. SEBASTIANI MUNSTERI: *apud* JOAN. FROBENIUM. (b) 8.° Baſil. 1525.

Biblia Latina: *apud* JACOB. MARESCHAL. (c) fol. . Lugdun. 1525.

Eadem 5. Vol. *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 16. . . Pariſ. 1525.

Deuteronomii Latina Verſio à LUTHERO ex Hebræo caſtigata. [1] 8.° . Baſil. 1525.

Sententiæ (ſeu Proverbia) SALOMONIS ex Verſione PHIL. MELANCHTHONIS. [2] 8.° . . Hagen. 1525.

Nov. Teſtam. Latin. *apud GUICHARDUM SOTQUAND.* [3] 8.° . Pariſ. 1525.

Bibl. Italic. MALERMI: *typis ELISABETHÆ DE RUSCONI.* [4] fol. Venet. 1525.

Bibl. Belgic. 4 Vol. [5] 12. . Antv. 1525.

Pſalter.

Despauterii *cavillis, quibus in quendam immodeſtiùs (ut multis viſum eſt) invehebat: quod propterea cum ejus veniâ haud inconſultò ſecimus; tum quòd plerisque hujusmodi morſus paſſim (ut accepimus) displicerent, tum quòd Librum majori cum gratiâ in vulgus exiturum ſperarem, ſi, omni expunctâ invidiæ maculâ, levitate quâdam candidior videretur, id vel maximè Chriſtianâ pietate exigenti. Vale.*

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(b) *Menſe* Maio.

(c) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(d) Sic R. P. LE LONG, in *Biblioth. Sacr.* At neſcio, an vir clariſſ. viderit eundem annum ſingulis Voluminibus impreſſum. Quæ enim vidi, diverſis annis ſunt excuſa. Scil. *Pentateuch. Joſ. Jud. Ruth.* 1525. Prid. Id. *Aug. Reg. Paralip. Eſdr. Tob. Judith. Eſth. Job.* 1526. Calend. *Febr. Prophet.* & *Machab.* 1524. VI. Cal. *Febr. Proverb. Eccleſ. Cantic. Sapient. Eccleſiaſtic.* 1524. lib. *Pſalmor.* 1424. Nov. Teſtam. 1525. XIII. Cal. *Jul.* Sic ex annis tribus ſe proximè ſequentibus conſtabitur Opus Bibliorum integrum. Libet interim notare, quòd Editio Pſalmorum 1524. argumenta & initiales litteras rubris expreſſerit, nullâsque ciphras paginis affixerit. In Libris Prophetarum eodem anno excuſis, ſingulis præmittitur ſui Prophetæ icuncula.

(1, 2, 3, 4, 5. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14.) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) Vid.

Pſalter. Gallic. *ex Verſione* JACOBI FABRI *Stapulenſis* (*conferenti enim hujus Pſalterii loca cum iis, quæ in Novo Teſtamento citantur, eodem modo converſa apparent*) adjecta ſunt Pſalmorum Argumenta ad calcem, *in quibus ſuum Interpres novitatis ſtudium prodit: typis* SIMONIS DE COLINES. [6] 8.° *die* 17. Februarii. . . Pariſ. 1525.

Nov. Teſtam. Gall. ex Verſione FABRI (de quo priùs anno 1524.) *typis ejusdem.* (a) Pariſ. 1525.

Idem ex eâdem Verſione, 2. Vol. *apud* SIMONEM DU BOYS. [7] 8.° Pariſ. 1525.

Idem ex eâdem Verſione cum figuris in Libro Apocalypſeos, 2. Vol. [8] 8.° Baſil. 1525.

Proverb. Germanic. ex Verſione LUTHERI cum explicatione MELANCHTHONIS. [9] 4.to . . Francof. 1525.

Libri Hiſtoric. & Poetic. Germanic. ex eâdem Verſione. [10] 8.° . Erfurti. 1525.

Pſalmi omnes Germanicè juxta Hebraïcam veritatem ex Verſione LUTHERI: *apud JO. PETREIUM.* [11] in fol. majori Norimb. 1525.

Pſalter. Saxonicè ex Verſione LUTHERI. [12] 4.to . . Witteber. 1525.

Nov. Teſtam. Germanic. ex ejusd. Verſione. [13] fol. . . Argentor. 1525.

Nov. Teſt. Germ. ex Verſione LEONIS JUDÆ & aliorum Miniſtrorum *Tigurinorum: apud* FROSCHOVERUM. [14] fol. Tigur. 1525.

LACTAN-

(a) Vidi Novum Teſtamentum Gallicè in 8.° diſtributum in duas partes.

1. *Les quatre Evangeliſtes avec une Epiſtre exhortatoire.* Ad calcem; *Imprime en la maiſan Simon de Colines Libraire jure en l'univerſite de Paris demeurant en la rue Sainct Jehan de Beauvais devant les Eſcholes de Decret. L'an de grace mil cinq cens xxiiii. le xii. jour du moys Davril.*

2. *Les Epiſtres de S. Pol. Les Epiſtres Catholiques. Les Actes des Apoſtres. Lapoſa-*

lypſe

LACTANTII Opera, & TERTULLIAN. Apologeticus, & Sermo de Vitâ æternâ: *venundantur apud* JOANNEM PETIT *Bibliopolam adſcriptitium.* (a) fol. . Pariſ. 1525.

D. CHRYSOSTOM. de *SACERDOTIO* libri ſex Græcè: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) 8.° . Baſil. 1525.

D. CHRY-

lyſe S. Jehan. avec une Epiſtre exhortatoire.

Pars utraque *cum privilegio*, impreſſa Gothico charactere. Exemplaris autem, quod vidi, pars poſterior continebat tantùm Epiſtolas, & in eodem Acta & Apocalypſis ſupplebantur ex aliâ Editione, cujus character itidem Gothicus, ſed minor.

Initio hujus diverſæ Editionis: *A Anvers par Guillaume Vorſterman à la Licorne dor. Lan de grace mil cinq cens xxv. le iii. de Janvier.*

Ad calcem: *Ceſte ſeconde partie du Nouveau Teſtament contenant les Epiſtres S. Pol, les Epiſtres Catholiques, les Actes des Apoſtres, & Lapocalypſe de S. Jehan Levangeliſte, fuſt achevee de imprimer à Anvers en la maiſon de Guillaume Vorſterman demeurant en la rue de Chanvre à la Licorne dor. Lan de grace mil cinq cens xxv. le iiii. jour du moys de Janvier.*

Igitur Exemplaris, quod inſpexi, pars poſterior utrobique manca, ex *Pariſienſi* & *Antuerpienſi* Editione conflata: unde facilè conſtat Editionem Novi Teſtamenti Gallici perfectam tam *Antuerpiæ* apud VORSTERMANNUM quàm *Lutetiæ* apud COLINÆUM prodiiſſe.

Præterea ad ſupra-dicti Exemplaris calcem, *Table pour trouver les Epiſtres & Evangiles des dimenches & feſtes de lan: comme ils ſe diſent aux egliſes.*

(a) *Impreſſ. menſe* Sept.

(b) Μαὶ συκοφορίαν. Ex præfixâ ad *Bilibaldum* PIRKEIMHERUM ERASMI Epiſtolâ excerpta ſunt, quæ ſequuntur. —— *Redditus eſt mihi bonâ fide anulus, ſanè quàm elegans, quem apud me tui μνημόσυνον eſſe voluiſti. Scio gemmam hoc nomine commendari, quòd ſalutem adſerat in caſu: ſed addunt, ſi caſus erat exitium allaturus homini, malum in gemmam averti, eâque ruptam conſpici poſt lapſum. Olim apud* Britannos *unà cum equo delapſus ſum ex aggere non mediocriter alto; nihil quidem noxæ deprehenſum eſt vel in me vel in equo, gemmâ tamen, quam geſtabam, integrâ. Id erat munus* Alexandri *Archiepiſcopi* S. Andreæ. *Quum* Senæ *diſcederem ab eo, detractum è digito tradidit &c. Tibi contingat* Apelles *tuus, videlicet* Albertus Durerus, *vir ita laudem primam obtinens in arte ſuâ, ut nihilo minùs admirandus ſit ob ſingularem quandam prudentiam. Utinam in ſuſili tibi perinde contigiſſet* Lyſippus *aliquis.* Utramque imaginem, *unam ex ære ſuſilem, alteram pictam accepi. Cubiculi mei paries habes te ſuſilem, lævus pictum.* &c. *Quòd ſi tutò commearent Epiſtolæ mutuæ, quantulum eſſet objecro, quod vel ego tui vel tu mei deſiderares. Habes* Erasmum *ſuſilem. Æ* Durerio *tanto nimirum artifice pingi non recuſem: ſed qui poſſit, non video. Nam olim me* Bruxellæ *deliniavit tantùm, at cæptum Opus interruperunt aulici ſalutatores. Quanquam jam olim infelix Exemplar exhibeo Pictoribus, in dies exhibituras infelicius.* &c. *Satis declaras, quàm tibi ſit curæ meæ ſalus, qui tot remediis me armâris adverſùs calculum. Terebinthino vix aſſuevi, nunc utor aliquoties.* Ritii *pharmaco nondum uſus ſum, quòd hyems quadam nobis negaret, quæ ille præſcripſit &c. Remedium habebam, quod nunquam ſefellit, niſi proximo paroxyſmo, qui me ſic adortus eſt ſub Calend.* Februarias, *ut ſperaverim malorum finem.* —— *Calculus è potu cervifiæ conceptus hæſerat in ſinu quopiam ſex hebdomadas; interim non urgebat quidem dolor,*

D. CHRYSOSTOMI de orando libri duo Græcè & Latinè, ERASMO interprete : *apud* Jo. FROBENIUM. (a) 8.° Basil. 1525.

D. CHRYSOSTOMI de orando Libri duo, Latinè, ERASMO interprete; & ERASMI Modus orandi: EUCHARIUS CERVICORNUS *excudebat.* 8.° . . . 1525.

Canones Apostolorum; veterum Concilio-

rum

dolor, sed ipsa natura solicita ac de'ecta monebat subesse magnum periculum. Remedium non prius scies, quàm indicem autorem. Is erat Thomas Linacrus *Regis* Anglorum *Medicus primarius, vir ut in omni genere disciplinarum exactè doctus, ita nusquam non supersititiosè, penè dixerim, diligentia.* —— *Accersitus Pharmacopola. Decoctum in cubiculo meo pharmacum, admotum ipso præsente Medico. Eis admotum fuerat, & mox à somno sum enixus calculum parem nucleo amygdalino. Hujus remedii vice* Germani *utuntur balneis. Verum hoc quum idem efficiat, multo parabilius est. Camamillas ac petroselinum involvo linteo, decoquo in vase puro, aquâ mundâ, ferme usque ad dimidium: linteum, ut est fervens, eximo ex olla, & , humore coleriter quantum potest expresso, admoveo lateri. Si fervor est intolerabilis, facculum, in quo sunt herbæ, obvolvo linteo sicco, sic ut velut ansis hinc atque hinc teneri possit. Et si initio latus non fert contactum ob fervorem, suspendo supra locum, ut vapor afficiat corpus, donec fervor evaporit esse tolerabilis. Mox compono me ad somnum, post quem si recrudescat dolor, referveface lum linteum admoveo. Id à me nunquam bis factum est, quin calculus defenderit ad loca vicina vesicæ, in quibus dolor est initior. Id tamen præsidium fefellit me primum in proximo vixa. Hoc malum ad te quoque pertenisse dolco. Medici dicunt podagram ac lithiasin sorores esse.* &c. *Adito ad te* Joannis Chrysostomi *Dialogos sex* —— *Eruditi quidam Literis hoc à me postulârunt, ut studiosis gustum aliquem præberem* Chrysostomi *suâ Linguâ loquentis* —— *Nam eò jam ubique profecerunt Græcanicæ literaturæ studia, ut interpretum opera non sit ita necessaria, etiamsi* Chrysostomum *haberemus fideliter versum. Nunc nec totum habemus; & quod habemus, habemus incuriâ scribarum multis mendis inquinatum; deinde non eâ felicitate translatum, quam merebatur Autoris vel eruditæ facilitas, vel pia jucunditas. Hujus rei exemplum in promptu est.* [Hic addit locum in Comment. ad *Matth.* ab *Aniano* perperam versum.] —— *Impegi non minùs infeliciter, idque in ipso statim limine* Hermolaus Barbarus, *vertens* Themistium *in* Aristotelis *libros de animâ. Tantum abest, ut his negem humani lapsûs gratiam, quam ipse cogor toties petere, ut ingenuè profitear me talibus etiam interpretibus plurimam debere gratiam.* —— *Spero futurum, ut hic gustus simul & studiosos extimulet ad flagitandum cætera* Chrysostomi *volumina, & principes viros animet ad hanc utilitatem suâ benignitate parandam communibus ac justissimis studiosorum votis. Certè primitias has lacrimor interim ego &* Joannes Frobenius, *ille suo sumptu, ego describendi conferendique studio.* —— *Juvabis autem, si quæ parum feliciter hactenus versa ex* Chrysostomi *monumentis, ea rursus eadem vertendo efficias, ut qui Græcus planè* Chrysostomus *est, apud Latines etiam hôc cognomine dignus appareat* &c. *Floret* Lovanii *suprà quàm credas trilingue Collegium, adeò ut jam nunc sophorum istorum invidiam mereatur. Hoc exemplum imitatur vir quidam* Tornaci. *Meliebatur idem Christianissimus Rex Galliarum* Franciscus, *& hic potissimùm de causâ me tuis invitavit in* Galliam. *Non ille quidem mutavit animum, sed vides rerum tumultus. &c. Bene vale.* Basileæ, *Prid. Id.* Martias. M.D.XXV.

(a) *Mense* Aprili.

(a) *Mense*

rum Conſtitutiones; Decreta Pontificum antiquiora; Latinè: *in ædibus* JOAN. SCHŒFFER. (a) fol. . Mogunt. 1525.

D. HIERONYMI Opera; quinque Tomis: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) fol. . . . Baſil. 1525.

ZACHARIÆ FERRERII *Vicent.* Pont. Gardien. Hymni novi Eccleſiaſtici. *impreſſum hoc divinum Opus in ædibus LUDOVICI VICENTINI & LAUTITII PERUSINI.* (c) 4.to . Rom. 1525.

Virginis Matris apud *Lauretum* cultæ Liturgia, adjectâ Concione per ERASMUM: *apud* JOANNEM FROBENIUM. 8.o Baſil. 1525.

Acta & Decreta Concilii *Triburienſis*: *in ædibus* JOANNIS SCHŒFFER. 4.to Mogunt. 1525.

GALENI OPERA GRÆCE, Tomis quinque: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (d) fol. . Venet. 1525.

PAUL.

(a) *Menſe* Aprili.

(b) *Kal.* Febr.

(c) *Menſe* Maio. Hoc Opusculum dedicavit *Theobaldo* BIETRICIO parocho *Bruntrutenſi* ERASMUS, & ſuo diplomate confirmavit *Antonius* DE VERGEYO Archiepiscopus *Biſuntinus.*

(d) Tom. I.] CLEMENTI VII. *Pontifici Maximo* ANDREAS ASULANUS S. P. D. *Quo in remp. literariam animo ſemper ego &* Aldus *ille olim gener meus, qui, ſi vera loqui fas eſt, unus Artem hanc impreſſorum bonâſque pariter literas illuſtravit, non eſt, opinor, cur verbis amplius demonſtrare contendam, &c. me nullam ſumptûs magnitudinem formidando nullúmque laborem fugiendo, omnem operam meam atque induſtriam eò conferre conari, ut indies magis & emendatam & locupletem Librorum ſupellectilem literarum ſtudioſis noſtra queat Officina prebere.* —— *Quotquot usquam fere totâ* Græcîâ *ſimul atque totâ* Italiâ *reperiri Codices potuerunt, incredibili curâ ſumptúque ſuprà quàm dici absque ullâ mendacii aut vanitatis ſuſpicione poſſit, conquiſivi; atque ita multiplici eorum collatione, quæ in uno* Galeni *deſiderarentur, ex aliis ſupplevi* —— *judicio laboréque ſimul aſſiſtente cum primis uſus* Joannis Baptiſtæ Opizonis Papienſis *hominis cùm probi atque induſtrii, tum in literis plurimùm & in medendi arte ut quam maximè verſati* &c. *Quis eſt, qui neſciat, quicquid in literis elegans atque perfectum iampridem parit* Italia, Mediceæ *inprimis Familiæ deberi? Quandoquidem* Florentinæ Laurentii *potiſſimùm patrui tui munificentiâ bonarum literarum ſtudia reparari atque in majus augeri cœpiſſe nemo negaverit: teſtantur enim tot excellentiſſimi Græcæ Linguæ Profeſſores,* Argyropili, Laſchares, *& alii magnis ſtipendiis conducti* &c. *Teſtatur copioſiſſima illa Bibliotheca è totius* Græciæ *ruinis eruta, largiſque ſumptibus ac dignis regiâ magnanimitate collecta* &c.

CLEMENS *Papa* VII. —— *Exponi nuper nobis feciſtis vos ad imitationem quondam*

PAUL. ÆGINET. Præcepta ſalutaria, GUIL. COPO interprete ; item ERASM. Encomium artis medicæ : *apud* JOAN. PETREIUM. (a) 8.° Noremb. 1525.

PETRI BRISSOTI Doctoris Medici Apologetica Diſceptatio, *Pariſienſis* quâ docetur per quæ loca ſanguis mitti debeat in viscerum

dam Aldi Manutii Pii Romani, *cujus impreſſoria artis ſucceſſores eſſit ; noves quotidie Libros tam Græcos quàm Latinos eisdemmet charakteribus, quorum ipſe primus inventor fuit, curâ & impenſâ veſtrâ impreſſos in lucem edere* —— *nunc verò* Galeni *Opera omnia imprimi curare* —— *ac in animo habere operam adhibere, ut* Hippocratis ac Pauli Æginetæ *nec non* Aëtii & Oribaſii *Opera nunquam hactenus impreſſa quàm emendatiſſimè imprimantur* —— *mandamus, ne dicti* Galeni *& aliorum Medicorum Græcorum Opera* —— *infra decem annos, poſtquam impreſſa fuerint, imprimere* &c. *Datum* Romæ XXVII. Januarii. M.D.XXV. *Pont. noſtri anno ſecundo. Be. El.* Ravenn.

Dilectis filiis Andreæ de Torreſanis de Aſula *& hæredibus quondam* Aldi Manutii Ro. *in Civitate* Venetiarum *commorantibus.*

In ædibus Aldi & Andreæ Aſulani *ſoceri, menſe* Aprili. M.D.XXV.

Tom. II.] ALBERTO PIO Carporum *Principi* FEDERICUS ASULANUS S. P. D. —— *Cùm tu jam inde usque à primo* Aldi *ad hanc laborioſiſſimam imprimendos Libros bonos provinciam ingreſſi is fueris, cujus patrocinio bonarum literarum ſtudia plurimùm niterentur* —— *nuperque mihi* Romæ *agenti nullâ non in re magno præſidio fueris* —— *aquum eſſe exiſtimavi, ut, quemadmodum* Aldus *olim feciſſet, & ego quoque tuo nomini, quæcunque poſſederima è noſtris ducerem, gratitudinis ergo dicanda curarem* —— *Accipe igitur ſecundam hanc* Galeni *librorum partem* &c.

Venetiis *in ædibus* Aldi & Andreæ Aſulani *ſoceri, menſe* Aprili, M.D.XXV.

Tom. III.] JOANNI MATTHÆO GIBERTO *Epiſcopo* Veronenſi CLEMENTIS VII. *Pont. Max. Datario* FRANCISCUS ASULANUS S. —— *Tertiam* Galeni *partem* &c.

Tom. IV.] ANDREAS ASULANUS *reverendiſſimo Antiſtiti* Brundufino *optimo & doctiſſimo* HIERONYMO ALEANDRO *ſalutem.* —— *Nos ut tuos eſſe perpetuò meminerit, opto : qui cùm in* Aldi *nomen & hereditariam excendendi Libros provinciam venerim, ſcirémque ab* Aldo *te & vitiſſimo ab te* Aldum *ut virum optimum & de literis optimè meritum ſummâ pietate cultum* —— *τὰ ἀγάλματα tibi* Galeni *quartam tùμὸν* &c.

Venetiis *in ædibus* Aldi & Andreæ Aſulani *ſoceri, menſe* Auguſto. M.D.XXV.

Tom. V.] ANDREAS ASULANUS JOANNI BAPTISTÆ OPIZONI *patritio* Papienſi *Medicoque præſtantiſſimo* S. —— *Primùm è noſtris noſtrâ memoriâ* Leonicenus Galenum *Latinè loqui docuit* —— *Eandem diligentiam emulatus* Laurentianus, *etſi non parem laudem adeptus, quippe cui & brevior ætas & infeſtiora fuere numina* —— *Quid quòd & Galli Britannique homines ad hanc palmam aſſequendam non fruſtra contendere.* Copus *Gallorum Regis Medicus* Æginetæ *librum* & Galeni *ſex de locis affectis* elegantèr & parè *vertit* —— & Thomas Linacrus Aldi *noſtro contubernio ad aliquot annos uſus ipſum* Galeni *Methodum felici Latinitate donavit.* —— *Quo placato tuteam ab* Hermolao Barbaro Dioscoridem *Romanâ Civitate donatum?* —— *Neque verò non hisce adjunxeris* Antonium Benivenium, *qui libello de nonnullis morborum eventibus edito multùm verè laudis meruit* —— *cujus immaturo obitu veſtra ars gravem jacturam feceris* &c. *Bene vale,* Aſulanorum *tuorum memor,* & Aëtium *ac* Paulum *reliquoſque Medicos brevi poſt expectato.*

(a) *Menſe* Februario.

(a) Hanc

cerum inflammationibus, præſertim in pleuritide : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (a) 4.to . . . Pariſ. 1525.

PLUTARCH. de non irascendo, & de curioſitate, Gr. Latin. ERASMO interprete: *apud* Jo. FROBEN. (b) 8.° . . Baſil. 1525.

PLIN. Natur. Hiſtor. *ex Officinâ* JOANNIS FROBENII. (c) fol. . Baſil. 1525.

PLIN.

(a) Hanc BRISSOTUS adverſùs quendam magni nominis Medicum, qui ipſius in phlebotomiâ methodum accuſabat, ſcripſit, & JOANNI *Luſitania* Regi dedicare ſtatuerat, niſi morte immaturâ fuiſſet ereptus: quod conſtat ex *Antonii* LUCII *Luſitani Eborenſis* Epiſtolâ huic præfixâ & ad JOANNIS Regis fratrem ALFONSUM Cardinalem *Luſitaniæ* datâ *Pariſiis* Calend. *Jun.* M. D. XXV.

(b) *Menſe* Maio.

(c) Titulus ſic ſe habet : JOANNES FROBENIUS Lectori S. D. *En damus* C. Plinii Secundi *divinum Opus, cui titulus*, Hiſtoria Mundi, *multò quàm antehac unquam prodiit emaculatius ; idque primum ex annotationibus eruditorum hominum, præſertim* Hermolai Barbari: *deinde ex collatione Exemplariorum, quæ hactenus operâ doctorum nobis quàm fieri potuit emendatiſſimè ſunt excuſa: poſtremò ex fide veriſſimorum Codicum, ex quibus non pauca reſtituimus, quæ aliàs nemo, quamlibet eruditus, vel deprehendere poterat. Abſit invidia dicto. Vicimus ſuperiores omneis. Siquis hanc palmam nobis eripuerit, non illi quidem invidebimus, ſed ſtudiis publicis gratulabimur. Bene vale, Lector, & fruere* Ἀγαθῇ τύχῃ. *Additus eſt Index, in quo nihil deſideres.* Baſileæ *apud* Jo Frobenium, *menſe* Martio. *An.* M. D. XXV.

ERASMUS in Epiſtolâ ad *Staniſlaum* TURZUM *Olmutzenſem* Epiſcopum, ann. 1525. ſexto Id *Februar.* datâ —— *Perierat*, inquit, *nobis hoc divinum Opus, ni certatim à ſummis ingeniis advigilatum eſſet, ut ex ruinis penè deploratis orbi renasceretur. Inter hos prima citra controverſiam laus debetur* Hermolao Barbaro, *non tantùm ob id, quòd primus omnium facinus longè pulcherrimum auſus ſit aggredi, verùm etiam quòd cæterorum unus plura reſtituerit.* —— *Inter plurimos, qui* Barbari *exemplum ſunt æmulati, non infrenuam operam nobis navavit* Guilhelmus Budæus, *vir, prater abſolutam eruditionem, exquiſita diligentia. Poſt hunc* Nicolaus Beraldus *homo ſupra peritiam humanarum literarum Mathematices etiam pulchre callens, quòdque hic vel præcipuum erat, ſani judicii, non minore ſtudio quàm religione verſatus eſt in hoc labore. Nuper omnium poſtremus* Joannes Cæſareus *in omni genere literarum exercitatiſſimus, non infœlicem operam præſtitit. Atque horum quidem omnium induſtria debemus, quòd* Plinium *habemus multo quàm antehac emendatiorem.* —— *Verè dici poteſt, nunquam ei defuturum negotium, qui in* Plinio *reſtituendo velit operam ſumere. Ut enim nihil aliud, certè Typographorum incuria facit, ut in probatiſſimis quibuſque Scriptoribus ſemper eruditis viris vetexènda ſit, ut ita dicam, tela* Penelopes, *quandoquidem illi quotidie plus depravant ſuâ ſocordiâ, quàm eruditorum diligentiâ poſſit reponi.* —— *Quo deteſtabiliùs depravatorum temeritas, hoc eruditos omnes, pro ſuâ quemque virili, majore religione admoveré manum oportet operi reſtituendo. Superſtitio quidem eſt nihil hic audere, quum tam multis hic auſus feliciſſimè ceſſerit. Temeritas eſt ex quamlibet levi conjecturâ, expunctâ vetere ſcripturâ, novam inducere. Religio eſt ſeorſum annotare, ſiquid probabilius argumentis deprehenſum eſt, & eruditis ad ulteriora perveſtigandum velut gradum jacere.* —— *Ita vigilatum eſt, ne*

PLIN. Hiſtor. impreſſ. ſummâ diligentiâ, *per* MELCHIOREM SESSAM *& PETRUM SERENÆ ſocios.* (a) fol. Venet. 1525.

CLAUD. PTOLOM. Geograph. libri octo, Latinè, BILIBALDO PIRCKHEYMERO interprete, cum Annotationibus JOANNIS DE REGIO MONTE in errores JACOBI ANGELI in translatione ſuâ: JOANNES GRIENINGERUS *communibus* JOANNIS KOBERGER *impenſis excudebat.* (b) fol. Argent. 1525.

FRANCISCI GEORGII *Veneti Minoritanæ* familiæ de Harmoniâ Mundi totius Cantica tria: *in ædibus* BERNARDINI DE VITALIBUS. (c) fol. Venet. 1525.

HERODIANI Hiſtor. Græc. *apud* THEODORIC. MARTINUM. 4.to Lovan. 1525.

JUSTIN. Hiſtor. & ÆMYL. PROBUS, & PATERCUL. *per hæredes* JUNTÆ. 8.° Florent. 1525.

T. LIVII, ex centum quadraginta, libri triginta, qui ſoli ſuperſunt, caſtigatiores quam antehac unquam viſi, Autore JACOBO SOBIO; & L. FLORI Epitome in Libros C. XL. & Index rerum memorabilium: *apud* Jo. SOTEREM, *impenſis honeſti civis* PETRI QUENTEL. (d) fol. Colon. 1525.

FROYSSARD's 2.d Volume: *by* RIGHARD PYNSON. (e) fol. Lond. 1525.

L'Aſſedio

ut meo periculo non dubitem polliceri, nunquam hactenus exiſſe Plinium *feliciùs tractatum. Acceſſit Officina* Frobenianæ *maieſtas nitorque: qui vir mihi literis illuſtrandis natus videtur.* &c.

(a) XXIIII. *Martii.*

(b) *Tertio Cal.* April. Hanc Verſionem PIRCKHYMEERUS SEBASTIANO Epiſcopo *Brixinenſi* nuncupat Epiſtolâ *Norenbergæ* Kalendis *Septembris* M.D.XXIV. datâ. Hæc Editio ampliſſimo Volumine excuſa exhibet margines florulentis & columnatis limbis decoratas, & initiales majuſculas Capitum ſingulorum litteras figuris præſertim mathematicis inſignitas.

(c) *Menſe* Septembri.

(d) In initio, *Men.* Septemb. In fine; *Menſe* Auguſto.

(e) Vide priùs ann. 1523. ubi ſit Voluminis primi mentio.

(a) *Cremon.*

L'Aſſedio di *Pavia*, è la preſa di FRANCESCO primo Rè di *Francia*: *typis* FRANCISCI RICHARDI. (a) . Cremonæ. 1525.

La grande & merveilleuſe & tres cruelle oppugnation de Rhodes prinſe naguieres par Sultan Seliman a preſent grand Turcq (apres avoir prospere deux cens & quatorze ans en honneur) redigee par escript par excellent & noble Chevalier frere Jacques Baſtard de Bourbon Commandeur de Sainct Maulviz, Doyſemont & Fonteynes au priore de France: *& ſe vend a la rue St. Jacques a lenſeigne des troys Couronnes pres St. Benoiſt; imprimee par maiſtre Pierre Vidoue pour honneſte perſonne Gilles de Gourmont Libraire juré en l'Univerſité de Paris.* (b) fol. Paris. 1525.

ORONTII FINEI nova totius *Galliæ* Deſcriptio ædita in Tabulâ ſex circiter Chartarum magnitudine: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) . . . Pariſ. 1525.

CICERON. Oration. Vol. I. II. III. *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Pariſ. 1525.

HOMERI Opera Græcè, 2. Vol. *apud* WOLFIUM CEPHALÆUM. (e) 8.° Argent. 1525.

ARISTOPHANIS Comœdiæ novem Græcè cum Græcis Scholiis: *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (f) 4.to . Florent. 1525.

VALER.

(a) *Cremon.* Litterat.

(b) *L'an mil cinq cens* XXV. *au moys de Decembre. Avec privilege du Prevoſt de Paris par commandement de la Cour pour deux ans finiz & accomplis.*

(c) GESNER. *Biblioth.*

(d) Vol. I. *Menſe* Julii. II. *Septemb.*

(e) Ad finem Iliadis, μετὰ χαμελιῶν: Odyſſeæ, ἰλιαφθελιῶν. Primo & ſecundo Volumini ſubjiciuntur ex Editionibus, *Florentinâ* & utràque *Aldinâ*, variantes lectiones. Edidit *Joannes* LONICERUS, & *Philippo* MELANCHTHONI ſuo Præceptori dedicavit.

(f) *Menſe* Februario. CLE. VII. *Pontifice Maximo.* BENEDICTO ACCOTTÆ *Archiep.* Ravennati, *ac* CLE. VII. *à Secretis pœnitiſſ.* ANTONIUS FRACINUS Varchienſis S. —— *Recognitio Romanæ Græcæque Linguæ Scriptorum, quanto labori nobis*

VALER. FLACC. Argonautic. *excudebat* JOANNES KNOBLOCHUS. (a) 8.° Argent. 1525.

PETRI CRINITI Opera: *rursus ex ædibus* Ascensianis. (b) fol. Paris. 1525.

ANTON. THYLESII de Coronis Libellus: *apud* F. MINITIUM CALVUM. (c) 4.to Romæ. 1525.

Bellum per ERASMUM: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Paris. 1529.

ALEXANDRI RHODOPHILI Sylva in SIGISMUNDI GONZAGHÆ obitu: *apud* HIERON DE BENEDICTIS. (e) fol. Bonon. 1525.

WOLFGANGI FABRICII CAPITONIS libri duo Institutionum Hebraïcarum: *apud* CEPHALÆUM. (f) 8.° Argent. 1525.

Dictionarium Græcum multis additionibus locupletatum: MELCHIOR SESSA & PETRUS DE RAVANIS *socii quàm diligentissimè imprimendum curaverunt.* (g) fol. Venet. 1525.

Lexicon

nobis fuerit, & adhuc futura sit, testimonio sint aliquot boni Authores, quorum Scripta jam situ obruta & ad interitum spectantia à nobis summo labore prisſinæ integritati restituta in lucem prodierunt. Inter alia recognovimus Aristophanis *novem Comœdias: ad hæc* Arsenii Cretensis *Archipiscopi* Monembasiæ *magnâ eruditione viri acerrimo judicio usi; dein is* Florentiæ *adolescentulos illos, quos* LEO *Pont. Max. ad reparandam Græcæ Linguæ jacturam ex mediâ* Græciâ *accersiverat, instituit. In quâ quidem recognitione hoc inprimis gloriari licet, nos omnium primos in Comœdiâ, cui titulus est* ὄρνιθες, *ad sexaginta versiculos nostrâ diligentiâ repertos restituisse. Has Comœdias nunc primùm diligentissimè excusas, Commentariis auctas, atque Indice copiosissimo exornatas tuo illustri nomini dicare cogitantes,* Petrus Gerius, *eximiâ probitate vir, tibi & universæ tuæ familiæ deditissimus, nobis verò arctissimâ affinitate conjunctus, est adhortatus —— ut initam apud te jamdudum gratiam, dum adhuc adolescentulus* Florentiæ *acri studio bonis disciplinis operam dabas, renovaremus.* &c.

(a) *Mense* Julio. *Juvenis* PAULO RICHART Hagenoensi PHILIPPUS ENGENTINUS S. D. —— *Accipe* Flaccum, *quantum licuit, à me emendatum, & in singulos libros argumentis illustratum; eámque tibi familiarem facito, ut periculosa hac tempora aliquando vel legendo fallas.* —— *Vale*, Friburgi *in mediis militum gladiis, Mense* Maio, *anno* M.D.XXV.

(b) *Ad Idus* Octob.

(c) *Mense* Februario.

(d) In hac Dissertatione ERASMUS à Bello ad Pacem homines convertit.

(e) *Cremon.* Litterat.

(f) GESNER. *Biblioth.*

(g) *Decembris* XXIIII.

(a) VA-

Lexicon Græcum jam denuo ſupra omnes omnium auctiones longè auctiſſimum & locupletiſſimum; cui præter ſuperiores Editiones magna vis dictionum acceſſit, & libellorum aliquot non pœnitenda farrago, in numeros & indices tam aptè digeſta, ut nihil ſupervacuum reſecari, nihil diminutum deſiderari poſſit: *apud* VALENTINUM CURIONEM. (a) fol. . . . Baſil. 1525.

F. AMBROSII CALEPINI Lexicon: *donatum eſt luce impreſſionique commendatum ſumptibus proborum virorum* JOANNIS PARVI *&* PONCETILE PREUX Pariſien. *Academiæ Bibliopolarum juratorum; impreſſum autem curâ & induſtriâ* JOANNIS CORNILLEAU *impreſſoriæ artis diligentiſſimi optimique Opificis.* (b) fol. . . Pariſ. 1525.

GAZ. Gramm. & de menſib. LECAPEN. de conſtruct. Verbor. MOSCHOPUL. de

Conſtruct:

(a) VALENTINUS CURIO Lectori S. D. — *Erat animus hunc Græcum Dictionarium jam olim ceu peculiarem deligere, cui ſemel noſtra Officina caleret & exerceretur; verùm — ex quo ſemel aut iterum hoc Opus cæpimus excudere, nemo non idem facere ſtuduit, & fortiter imitari. Nos neque labori, quod ſciam, neque ſumptui peperimus, quò minùs & ſuperiores aditiones accuratiſſimè publicarentur, & hæc poſtrema maturè ſimul & ad unguem elimarentur. Siquidem jam tertius, ni fallor, annus agitur, ex quo viros utriusque Linguæ doctiſſimos ingenti mercede conciliavimus — ut ex Græcorum Autorum lectione magnam vim vocabulorum decerperent, & nonnunquam etiam ex iisdem loca ſelectiſſima & obſcuriſſima annotarent — Nam illos probare non poſſum, qui nihil aliud requirunt in Dictionario, quàm nudas & vix ἐξ ὑπονοίας interpretatas dictiones; multo minùs eos qui, ſiquid ex Autore quopiam non infeliciter annotatum ab alio fuerit, id ipſi dolent — nec eos, qui ſinè modo & delectu tota Annotationum plauſtra in miſerum Lexicon invehunt. Porrò unus* Conradus Heresbachius, *ut cæteros taceam, in hâc re nobis bonam operam navaverat; & jamdudum totum Opus de integro retexturus fuerat, ac, ut eſt acri ingenio & ſingulari eruditione, emendatiſſimum & copioſiſſimum editurus fuerat, ſi tantisper à negociis aulicis illi abeſſe licuiſſet, id facturus aliquando cum fœnore, cùm licebit per occupationes. Nunc — quando hanc aditionem differre non commodè poſſem, — uſus ſum operâ* Michaelis Bentini, *quem tum fortè ad manum habebam, qui tametſi imparatus eſſet — tamen quò fratris & amici officio fungeretur, noluit laboranti deeſſe &c. Multa non vulgaria adjecit, non pauca illuſtravit ex Autoribus paſſim citatis, præſertim* Ariſtophane &c. Baſileæ, *anno* M. D. XXV. *Menſe* Martio.

(b) *Anno à* Chriſto *humanitate trabeato quingenteſimo & vigeſimo quinto ſupra milleſimum. Idibus* Auguſti.

(a) *Menſe*

Conſtruct. & Accentib. Græcè : *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ ASULANI. (a) 8.° Venet. 1525.

DEMETRII CHALCONDYLÆ Grammaticæ Inſtitutiones Græcæ, Græcè initiandis mirè utiles: *in Officinâ* EGIDII GORMONTII. (b) 4.to . Lutet. 1525.

SANCTIS PAGNINI Iſagoge ad Linguam Græcam capeſſendam, cum Dictionario; 2. Vol. 4.to . . Avenione. 1525.

M. VAL. PROBUS de Notis Romanorum: *in ædibus* JOANNIS TACUINI Tridinenſis. (c) 4.to . . Venet. 1525.

Elegantiæ vocabulorum ex LAUR. VALLâ, FRONTONE, CAPRO, AGRÆTIO, NONIÓque in ordinem Alphabeticum redactæ, à JACOBO MONTANO jamdudum recognitæ; EUCHARIUS CERVICORNUS *excudebat, impenſis & ære* GODEFRIDI HYDORPII. (d) 8.° . Colon. 1525.

Biblia Hebraïca Rubbinica, 4. Vol. *apud* DANIELEM BOMBERGUM. (e) fol. Venet. 1526.

Biblia

(a) *Menſe* Junio.
(b) XVII. *Die Menſis* Februarii.
(c) *Menſe* Februario. *Hôc in Volumine hac continentur*, M. Val. Probus *de Notis Romanorum*; Petrus Diaconus *de eâdem re*; Demetrius Alabaldus *de Minutiis, de Ponderibus, Menſuris. Ven.* Beda *de computo ſèr geſtum digitorum : de loquelâ ; ratione unciarum : Leges* XII. *Tabularum : Leges Pontificiæ Ro. de Ritibus Romanorum* : Phlegont. Trallian. *de Moribus Ægyptiorum*: Aureliani Cæſaris *Epiſtol. de Officio Tribuni Militum : Inſcriptiones antiquæ. Hæc omnia nunc primùm edita.* JOANNES TACUINUS Studioſis S. — *Hôc anno* Valerii Martialis *Epigrammatum librum* 15. *nuper repertum me vobis daturum polliceor. Præterea* Diodori Siculi *libros* 4. *Latinos factos*, XI, XII, XIII, XIIII. *Deindè* Franc. Matûrant. *in* Tuscul. M. T. *Quæſtiones. Tum* Urbani Bellunenſis *Inſtitutiones Grammaticas, & eas quidem, quas ipſe poſt multas Editiones, non multò antè quàm à vitâ decederet, noviſſimè emendavit. Nunc verò ejus noſtris deſcribuntur* Naſonis *Heroïdes*, Marini Becichemi *Annotationibus auctæ. Itémque* M. T. C. *Epiſtolæ familiares, quibus pleraque Epiſtolæ addita ſunt.*
(d) *Octâvo Idus* Novembris.
(e) LONG, *Biblioth. Sacr.*] „ Menſe „ Tiſri. Cum utrâque Maſorâ in omnes Sa„ cræ Scripturæ libros, Targum *Onkeloſi* „ in Pentateuchum, *Hieroſolymitano* in „ eundem, *Jonathanis* in omnes Prophe„ tas; R. *Joſeph Cœci* & aliorum in Pſal„ mos, Proverbia, Job, quinque Me„ ghilloth, & altero Targum in volumen „ Eſther: item cum commentariis *Raſi* in „ Pen-

Biblia Græca 4. Vol.; *apud* WOLPHIUM CEPHALÆUM. (a) 8.° . Argentor. 1526.

Biblia Latina Gothico charactere: *Parisiis ex Officinâ Librariâ viduæ ſpectabilis viri* THIELMANNI KERVER *ſub Signo Unicornis in vico Sti.* Jacobi (*ubi & venundatur*) *octavo Idus* Novembres. 8.° . Pariſ. 1526.

Biblia Latina: *apud* Jo. THÆOBALDUM. (b) fol. . . Lugd. 1526.

Eadem: *apud* JACOB. MARESCHAL. (c) fol. & 8.° . . . Lugd. 1526.

Eadem, 3. Vol. *impenſis* FRANCISCI BIRKMANNI. (a) 8.° Colon. & Antverp. 1526.

Biblia Latina ad LXX. Interpretum fidem diligentiſſimè tralata, & ex Verſione *Complutenſi* edita cum Præfatione ANDREÆ CRATANDRI: *apud* ANDREAM CRATANDRUM. (e) 4.to . . Baſil. 1526.

Pſalter. Latin. ex Hebræo FELICIS PRATENSIS: *apud* ANDR. CRATANDRUM. (f) 16. . . Baſil. 1526.

Pſal-

„ Pentateuchum, Prophetas, Pſalmos, Eſram, quinque Meghilloth, & Paralipomena: R. *Abraham Aben Eſræ*, contractè RHARAVAAH, in Pentateuchum, Iſaiam, XII. Prophetas minores, Pſalmos, Proverbia, Job, & quinque Meghilloth; R. *Davidis Kimhhi*, RADAC, in Prophetas priores, in Hieremiam, & Ezechielem; R *Levi F. Gerſon*, RALBAG, in Prophetas priores, Proverbia, & Job; R. *Saadiæ Haggaon* in Danielem. *Hæc operi remiſſa ſunt*: 1. Præfatio R. *Joſeph* F. *Hhaiim*, *in quâ agit de utilitate Maſoræ &c.* 2. Index capitum omnium librorum Bibliorum. 3. Index Sectionum totius Scripturæ juxta Maſorethas. 4. Præfatio *Aben Eſræ* in Legem; (*agit de quinque modis, quibus Interpretes Judæi Legem ſolent explicare*) Varietas lectionis inter *Ben Aſer* & *Ben Nephthali*. Et inſtructio brevis „ de Accentibus Hebraïcis. *Habitâ ratione præcedentis Bibliorum Rabbinicorum Editionis, hæc ſecunda eſt; vocatur tamen, & eſt prima, quoniam ſtudio & cum Præfatione* R. Jacob F. Hhaim *primùm hoc anno prodiit, ex quâ poſtremæ omnes exſcriptæ ſunt. Multi hanc Editionem anno* Chriſti 1528. *vulgatam fuiſſe arbitrantur, freti authoritate* Jo. Buxtorfii, *qui pag.* 298. Rabbiniæ Bibliothecæ 2. Edit. eam aſſerit finitam eſſe anno 1528. *Sed aut erravit, aut potiùs mendum typographicum non correxit* Buxtorfius *filius, ſiquidem calculum Judaicum referens, eam ad annum* 5286. *recenſet, qui eſt* Chriſti 1526. (a) LONG, *Biblioth. Sacr.*] „ Minimo charactere, juxta Editionem *Venetam*, ſtudio & cum Præfatione Jo. LONICERI. Vet. Teſtament. ann. 1526. Nov. 1524.

(b,c,d,e,f) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) LONG,

Pſalmorum libri v. ad Hebraïcam veritatem planiùs, quàm vulgò, genuinâ Verſione in Latinum traducti ab ARETIO FELINO *hoc eſt* MARTINO BUCERO. (a) fol. Argent. 1526.

Nov. Teſtam. Lat. ex Verſione ERASMI. (b) 8.° . . . Baſil. 1526.

Biblia Belgica: *apud* JACOBUM LIESVELT. (c) fol. . . . Antverp. 1526.

JONAS & HABACUC Germanicè, ex Verſione LUTHERI. (d) 4.to . . 1526.

Nov. Teſtament. *Sueciè* translatum juxta Germanicam LUTHERI Verſionem, à LAURENTIO ANDREÂ ann. 1523. incœptum, & juſſu GUSTAVI I. Regis editum. (e) fol. . . . Holmiæ. 1526.

Nov. Teſtament. *Anglicè* ex Græco, interprete GULIELMO TYNDAL cum Notis. (f) . . Antverp. 1526.

Liturgiæ S. CHRYSOSTOMI, BASILII Magni, & præſanctificatorum, & GERMANI Archiep. *Conſtantinop.* Eccleſiaſtica & myſtica Theoria; Græcè: *induſtriâ* DEMETRII DUCÆ. (g) 4.to . . . Rom. 1526.

D. CHRYSOSTOM. Conciunculæ ſex de Fato & Providentiâ Dei, Græcè: *apud*

JOAN-

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*] „ *Petrus* „ *Martyr* nactus *Buceri* Commentaria in „ Evangeliſtas & Enarrationes in Pſalmos, „ quas ille ſub *Aretii Felini* nomine edidérat, diligenter evolvit. *Joſias Simlerus* „ *in Vitâ Petri Martyris. Bucerus* duplicem „ ſingulorum Pſalmorum exhibet interpre„ tationem, unam liberiorem ac para„ phraſticam, alteram ſtrictiorem & ad „ verbum. *Arn.* BOOTIUS *in Indice* „ *Authorum, quos citat in Animadv.* „ *ſacris.*

(b,c,d,e,f.) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(g) *Menſe* Octob. Τοῖς πιστικῷ ἐρωδιὸς χρεισμοῖς Δυνάμεσι Δυσὶς ὁ Κρὶς τῷ πράτιον. —— κ' ἀγῶν τοιχεῖν εὐσοι τὰς θείας λειτυργείας τῇ ἐμοὶ ἀμελεία διεφθερῶμας συνεργῷ χρώμενοι Λιβίῳ τῷ Παθριάρχῃ ἀιδιτημονίσαντι τ' Κύπρι ἀρχιεπισκόπῳ ἢ τ' Ρώδυ μητροπολίτῃ, λοιπάτοις ἢ ἀρέσαι θιολόγοις, ἢ ἰις τὸ ἀρχαῖον πρᾶ συναγαγὼν, ἢ μετὰ ἐπιμελείας σὺν πολλῆς ἐπιπονίσας, ὑμῖν τοῖς ἀγρθελέξοις δῶρον ἔδωκα. &c.

(a) *Menſe*

JOANNEM FROBENIUM. (a) 8.°	Basil.	1526.
Ejusd. de Sacerdotio, Latinè, interprete JACOBO CERATINO: *apud* MICHAELEM HILLENIUM *in rapo.* 8.°	Antv.	1526.
CLICTOV. de Sacrament. Eucharist. contra OECOLAMPAD. *apud* SIM. COLINÆUM. (b) 4.to	Paris.	1526.
Ejusd. Propugnacul. Ecclesiæ adversùs *Lutheranos*: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) fol.	Paris.	1526.
RUPERTI Opera: *apud* FRANCISCUM BRICKMAN. (d) fol.	Colon.	1526.
BUDÆI altera Editio Annotat. in Pandectas: *apud* BADIUM. fol.	Paris.	1526.
HIPPOCRATIS Opera, Græcè: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ ASULANI *soceri.* (e) fol.	Venet.	1526.
GALENI Exhortatio ad bonas artes, ERASMO interprete: *apud* Jo. FROBEN. (f) 8.°	Basil.	1526.
GALEN. de Sanitate tuendâ, Latinè, THO. LINACRO Interprete: *in ædibus* EUCHARII. 8.°	Colon.	1526.
CLICHTOV. Comment. in Logic. introductiones: *præsit suis typis nitidissimis* SIMON COLI-		

(a) *Mense* Februario. Cum ERASMI Epistolâ ad *Joannem* CLAYMONDUM Theologum, Collegii apum Præsidem Oxonia, datâ *Basil.* 3. Cal. *Feb.* M.D.XXVI.

(b) *Die nonâ* Martii.

(c) Libris tribus, quorum 1. de Missâ; 2. de Sacerdotum cœlibatu; 3. de abstinentiâ ciborum. Hos CLICHTOVEUS *Ludovico* GUILLIARDO Episc. *Carnotens.* dedicat. *In Officinâ* Sim. Colinæi, *ad Insigne Solis aurei, è regione Collegii* Belvacensis *sitâ, anno ab incarnatione Domini* (*qui vera pietatis, sanctimonia & abstinentia est approbator*) *vicesimo sexto supra millesimum & quingentesimum, die decimâ octavâ* Maii.

(d) CAILLE, pag. 27.

(e) *Mense* Maii.

(f) *Mense* Maio.

(a) *Pridie*

COLINÆUS *in Officinâ ſuâ aureo Sole inſignitâ, è regione Collegii* Belvacenſis. (a) 8.° Pariſ. 1526.

ARISTOT. Politic. OEconomic. Latinè, cum Comment. item Hecatonom. & OEconom. public. ARISTOTEL. Latinè, cum explanat. LEON. ARETINI : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (b) fol. Pariſ. 1526.

JOANNIS FERNELII *Ambianatis* Monoſphærium: *in ædibus* SIMONIS COLINÆI. (c) fol. Pariſ. 1526.

FRANCISCI SARZOSI *Cellani Aragonei* in æquatorem planetarum libri duo: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) fol. Pariſ. 1526.

Arithmetica JOANNIS MARTINI SILICEI, theoricen praxínque luculenter complexa, innumeris mendarum offuciis à THOMÂ RHÆTO haud ita pridem accuratiſſimè vindicata; quod te collatio hujus æditionis cum priore palàm doctura eſt: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (e) fol. Pariſ. 1526.

PLUTARCHI de Virtute Morali Libellus Græcè, cum Latinâ Verſione & Commentariis ANDREÆ MATTH. AQUIVIVI *Hadrianorum* Ducis: *ex Officinâ* ANTONII DE FRITIIS CORINALDINI *Civiſque* Neapo. *ſummo ingenio artificis.* (f) fol. Neap. 1526.

Ad

(a) *Pridie Calend.* Novemb.

(b) *Pridie Cal.* Maii.

(c) Ad calcem, *excudebat* Simon Colinæus *Anno* M.D.XXVII. *Nonis* Martii.

(d) *Preſſit* Simon Colinæus *in ædibus ſuis Sole aureo inſignitis, vici Sancti* Joannis Bellovacenſis XII. *Calendas* Decembres. M.D.XXVI.

(e) *Ex Officinâ* Simonis Colinæi *ſub Sole aureo vici Sancti* Joannis Bellovacenſis, *menſe* Septembri, M.D.XXVI. Cum *Thomæ Æglolphidæ Rhæti* ad ſtudioſum Lectorem Epiſtolâ datâ *Pariſiis Idibus* Auguſti, *anno à ſalute apertâ mortalibus* M.D.XXVI. —— *Chalcographorum aut ignaviâ ſupiniore aut inſeitiâ mutilus & maculoſus erat* Siliceus —— *in quod diſcrimen ne rurſus præcipitetur, operam dabunt eſt ſuo more inconnivam* Simon Colinæus, *literarum pariorum vindex aſſertórque vivaciſſimus.* &c. In Operis peroratione Author gratus bene precatur *tribus* ſuis *Præceptoribus, Ludovico Romano* , quo *in Grammaticâ* , *Roberto Caubraith* , quo *in Dialecticâ* ; *Joanni Dullart* , quo *in Philoſophiâ* uſus fuerat.

(f) Junio *Menſe. Ac fideliter omnia ex Archo-*

Ad FERDINANDUM Archiducem *Austriæ*, *Moscovitarum* juxta Mare glaciale Religio, à JOANNE FABRI edita: apud JOANNEM BEBELIUM. (a) 4.to . Basil. 1526.

Chroniche è Bagnie de Neapole Puzuolo & Iſchia: *Stampate per* M. EVANGELISTA DI PRESENZANI *de Pavia*. (b) 4.to Neapol. 1526.

JUSTINI Hiſtoria: *apud* JOHAN. SECER. (c) 4.to . . . Hagan. 1526.

DEMOSTHEN. adverſus LEPTINEM Oratio, Græcè: *apud* THEODORICUM MARTINUM Aloſtenſem. (d) 4.to Lovan. 1526.

Ejusd. Oratio contra ARISTOGIT. Græcè. (e) 8.o . . . Witteb. 1526.

Declamatio in Laudem Ebrietatis; Encomium Muscæ è LUCIANO, interprete CHRISTOPHORO HEGENDORPHINO; Oratio DEMOSTHENIS de *Rhodiorum* Libertate,

Archetypis Hadrianorum *Ducis ipſius manu ſcriptis*. In Initio præmittitur hæc Epiſtola:

P. SUMMONTIUS ANTONIO DONATO AQUIVIVO, IOVIANO Comiti S.

Ex iis, quæ ad me ſcripſiſti, Comes inclyte, patris tui heroïs maximi voluntatem percepi; & quid ille de Plutarchi *Opere, quod eſt de Virtute Morali, per ipſum è Græcâ in Latinam Linguam converſo atque expoſito, nuper tibi responderit. Nam cùm is tibi Librum hunc ad* Melfienſium *Principem generum ſuum, cui dicatus erat, deferendum dediſſet; tu occaſionem nactus, patrem de Operis Editione tentare auſus es —— respondiſſe; que tibi illum mihi ſignificaſſi, nunquam ſuum conſilium edendi Operis fuiſſe, cùm ad ipſius profeſſionem non ſpectaret —— Illud etiam addidiſti (ſi patris amicis mihique ſcripta hæc talia viderentur, ut nullâ ex parte impugnari poſſent, nec tu juſtam à patre accuſationem timeres) plumbo imprimenda, eo inſcio, te fortaſſe curaturum. —— Tantum abeſt, ut hanc patris tui dubitationem verear, ut eam è ſummâ potiùs modeſtiâ ortam omnino affirmem. —— Dabis igitur operam, ut hæc omnia per te quamprimùm edantur &c. Andreas Matthæus* AQUIVIVUS *Hadrianorum Interamnatiumque* Dux ad præſtantiſſ. *Melf.* Principes TRAJANUM & JOANNEM filium CARACIOLOS Præfationem inſcribit.

(a) *Menſe* Januario.

(b) *A di* XXVII *de* Aprile *xiiii. Indictione.*

(c) PHIL. MELANCHTHON CHRISTOPHORO STALBERGIO S. *Bonam operam navavit in recognoscendo repurgandóque* Juſtino Georgius Major *noſter* &c.

(d) *Menſe* Junio.

(e) Catalog. *Albin.* p. 214.] „ Ex E„ dit. & cum Præfat. *Melanchthonis.*

(a) *Mari*

bertate, Latinè : *per* JOANNEM SECERIUM. 8.° . .	Hagan.	1526.
LUCIANI Opera, Græcè, duob. Volum. *per* JOHAN. SECER. (a) 8.° .	Hagan.	1526.
CICER. Rhetoric. *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. 8.° . .	Florent.	1526.
Epiſtolæ Familiares : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (b) 8.° . . .	Pariſ.	1526.
CICER. de Oratore, cum Schol. PHIL. MELANCTHON. *Excudebat* SIMON SYLVIUS *ære & impendio* CHRISTIANI WECHELI *Bibliopolæ adſcriptitii.* (c) 8.°	Pariſ.	1526.
Ejusd. *Miloniana* cum F. SYLVII Comment. & de arte dicendi in genere judiciali : *ſub prelo* Aſcenſiano. (d) 4.to .	Pariſ.	1526.
PINDARI Opera Græcè : *per* ANDREAM CRATANDRUM. 8.°	Baſil.	1526.
VIRGILII Opera & Opuscula : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (e) 8.° .	Pariſ.	1526.
MACROB. *excudebat* EUCHARIUS CERVICORNUS *impenſis* GODEFRIDI HITTORPII. fol. . .	Colon.	1526.
HIERONYMI BALBI Epiſcopi *Curcenſis* ad CLEMENT. VII. de rebus *Turcicis* Liber : *apud* F. MINITIUM CALVUM. (f) 4.to . .	Romæ.	1526.

PETRI

(a) *Μυὶ βοηδρομίῳ ἰσεμβ΄ῳ.* HIERONYMO BOMGARTNER JOHAN. SECERIUS S. —— *Tu miro ſtudio impetraſti tandem, ut* Norimbergæ *literarum ſtudia erigerentur.* —— *Cui pulcherrimo canatui tuo ego veluti primitias* Lucianum *Græcum dedico* —— *quem ſi gratum tibi fuiſſe intellexerimus, dabimus operam, ut Schola tua ſubinde Auctores illius formâ typis noſtris exudantur* —— *Vale, & nomine meo* Pyrchemerum, Joachimum, Eobanum, Obſopœum, Michaelem, *& cæteros, quàm diligenter ſalutа.*

(b) 7. *Cal.* Mart.

(c) *Calend.* Decemb.

(d) *Ad Eidus* Decemb.

(e) *Octavo Calend.* Maii.

(f) Huic Libro præmitti oportere alterum

PETRI PAULI VERGERII *Juſtinopolitani* Liber primus de Republicâ *Venetâ*: *exeud.* PAGANINUS *in Tusculano.* (a) 4.to Venet. 1526.

BEAT. RHENAN. in C. PLINIUM: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) fol. . . . Baſil. 1526.

AUL.

terum *de Fortitudine* conjicio ex BALBI ad FERDINANDUM *Hiſpaniarum* Principem Epiſtolâ, & ex Errator. Indice.

(a) *Idibus* Aprilis. Alterum ſe excuſurum promittit, in quo de Legibus *Venetis*, & Magiſtratibus copioſa disputatio futura eſt.

(b) *Menſe* Martio. *Repurgatur hôc Libro non ſolum Præfatio* Pliniana *à multis mendis, & ipſi Naturalis Hiſtoriæ Libri infinitis locis caſtigantur, ac tanquam Scholiis alicubi illuſtrantur, poſt omnium editiones Annotationésque quas ad hoc tempus, nempe annum* M.D.XXV. *videre contigit; verumetiam modus oſtenditur, quo tum ipſe* Plinius *tum Autores alii præſidio manuſcriptorum Codicum reſtitui queant; & adjuvatur diligentiſſima* Frobenianæ *Officinæ editio, quam ubique ſequimur, cum quâ collationem quoque fieri volumus à lectore. Nam quæ caſtigata ſunt in illâ antè, ſunt autem innumera, vos conſultò præterivimus. Dices hoc laboris poſt* Hermolaum Barbarum *virum eruditiſſimum non fruſtrà à nobis ſuſceptum, ſi modò legeris.* &c.

Illuſtri *Poloniæ* Baroni JOANNI à LASCO BEATUS RHENANUS S. D.

—— *Erat annitendum, ut, quando totas Bibliothecas tueri non licebat, vel potiùs non libebat magis de bonis moribus quàm de eruditione ſolliciris, ſaltem hoc* Plinii *verè divinum Opus, quod Bibliothecæ inſtar eſt, ſincerum ac inviolatum ad poſteros tranſmitteretur. Sed ſera nimis eſt hæc querela. Porrò quando hoc factum non fuit, magnam ſanè mihi laudem promeruiſſe videntur eruditi illi, qui, quod proximum remedium erat, hæc Voluminà mendis tantùm non obſita repurgare ſunt conati. Inter quos principem locum obtinet* Hermolaus Barbarus, *vir tum literis, tum honeſtate vitæ, dum in humanis ageret, prorſus incomparabilis, quem ego præſtantiorem ipſo* Herculè *cenſeo, quòd primùs, cùm antè nemo fuiſſet hanc rem auſus attentare, cum* Plinianis *monſtris congredi ſuſtinuerit. Nec ille labor infœlix fuit. Siquidem innumeris locis reſtitutis miram lucem nobiliſſimo Scriptori attulit, qui antè nulli intellectus, & idcirco contemptus negligebatur. Quæ res arridente ſucceſſu poſtea alios quoque extimulavit, ut in emaculando* Plinio *operam inſumerent. Verùm horum caſtigationes ad* Hermolaicas *comparata nihil propemodum ſunt. Adeò vir ille* —— *plurimum diligentiæ in hanc provinciam collocavit, ad quam vix alius reperiri poterat vel aptior, vel neceſſariis præſidiis inſtructior, nempe conſummatâ doctrinâ, tum utriuſque Linguæ librariâ ſupellectile copioſiſſimâ, cùm id temporis boni Autores Artis typographicæ beneficio non ita forent invulgati, quemadmodum ab illius obitu typis excudi cœpere. Cæterùm inter eos, qui hoc idem tentavere —— nemo felicius ſe gerit* Guillielmo Budæo, *qui* —— *ſinè veteribus Exemplaribus nihil agit, hæc inſpicit, confert, citat: ſinè quibus parum video profecturum fuiſſe* Chriſtophorum Longolium, *quamlibet ingenioſum. Et profectò ſic eſt: ad manuſcriptos Codices & eos vetuſtos confugere oportet eum, qui in Autorum monumentis reſtituendis cum laude verſari velit. Nam hic certiſſimus ſinceræ lectionis indagandi modus, è mendis, inquam, & ruinis veterum Exemplarium germanam ſcripturam eruere, hoc eſt, aurum è ſtercore colligere. Alioqui fallaces plerunque ſunt conjectura ingenio potius quàm è veſtigiis libri deſumpta. Quæ res* Hermolaum *quoque* Barbarum *ſæpe decepit, cùm magis ſollicitus eſt, ut depravata loca cum* Ariſtotelicis *Libris conferat, quàm cum manuſcriptis Exemplaribus.* ——

Hæc

AUL. GELL. cum Not. BADII & MASERII : *Venundatur in ædibus* PETRI GROMORSI *è regione Templi divi* HYLARII *ſitis.* (a) 4.to . . Pariſ. 1526.

HERMOGEN. ad oratoriam Artem præexercitamenta ductu & inverſione PRISCIANI : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. 4.to . . Pariſ. 1526.

LAZAR. BAYF. de re Veſtiariâ : *apud* JOANNEM BEBELIUM. (b) 4.to Baſil. 1526.

CHRISTOPH. LONGOLII Orationes & Epiſtolæ : *accuratione, typis & impenſis* JODOCI BADII ASCENSII. (c) 8.° Pariſ. 1526.

JACOB. TUSANI Annotata in BUDÆI Epiſtolas : *in Officinâ* Jo. BADII ASCENSII. (d) 4.to . . . . .

ERASMI de ratione ſtudii Libellus ; De pueris inſtituendis ; Concio de Puero JESU ; Expoſtulatio JESU ; Carmina Scholaria : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (e) 8.° Pariſ. 1526.

Ejusd.

Hoc ipſum, quod dico, collationis experientia me docuit. Siquidem proximis iſtis menſibus à diceſſu tuo, cùm in quodam Plinii *loco, qui de* Cauchis *populis eſt, caſu hæſiſſem, & manuſcriptum Codicem Bibliothecæ* Murbacenſis *adhuc apud* Frobenium *eſſe ſcirem, eperæ pretium viſum fuit conferre locum. Quem cùm è mendoſo illo Libro, cujusmodi ferè ſunt veteres omnes, lectione quàm continebat diligenter inſpectâ ac perpenſâ feliciter reſtituiſſem, —— collibuit alia quoque loca adhibito vetuſto Codice examinare. —— Porrò —— rationem quoque oſtendere ſtuduì, cur ſic aut ſic exiſtimarem legendum, non tam propter contentioſos quosdam, qui à recepiis invitì diſcedunt, & difficulter adduci poſſunt, ut caſtiganti fidem habeant, quàm propter ſtudioſos, quibus hanc probatiſſimos quosque Autores emendandi viam occultam eſſe nolui. —— Nos candidè monemus Lectorem ubique neminem contumelioſè inceſſentes, quòd videam hos animi fuiſſe doctis omnibus ut prodeſſent. Id ſi nonnunquam minùs ſucceſſit, cauſam potius in Codicum depravationem quàm in ignorantiam rejicere ſoleo. Cæterùm incertitudinis hic multum ſit neceſſe eſt, ubi res ex magnâ parte tantùm conjecturis agitur. Itaque veniâ ac favore digni in primis ſunt, qui liberè proferunt in medium, quod ſentiunt, præſertim ſi abſit aſſerendi pertinacia ac exprobratio. Equidem hic unus optimúsque modus eſt Autores reſtituendi.* &c. Baſileæ, *Idi.* Feb. *An.* M.D XXVI.

(a) *Menſe* Martio.

(b) *Menſe* Martio.

(c) *Ad Idus* Junias.

(d) TUSANI præmiſſa ad Lectorem Epiſtola datur pridie Idus *Februarias.* M.D.XXVI.

(e) XVII. *Calendas* Julii. Hunc Libellum dedicat *Petro* VITERIO liberalium Diſciplinarum Profeſſori.

(a) *Menſe*

Ejusd. de Ratione déque Pueris instituendis Commentariolus; & Epistola ad CHRISTIANUM *Lubecensem* de studiorum ratione, & modo repetendæ lectionis; cum Epistolis PLINII ad eandem rem facientibus. 8.° Argent. 1526.

Ejusd. Institutio Christiani Matrimonii: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (a) 8.° Basil. 1526.

Ejusdem Lingua; & PLUTARCH. de vitiosâ verecundiâ, eodem interprete: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) 8.° Basil. 1526.

Ejusd. Colloquia: *excudebat* SIMON COLINÆUS. (c) 16. . . . Paris. 1526.

Ejusd. eadem cum Auctario: *apud* MICHAELEM HILLENIUM. (d) 8.° Antver. 1526.

Ejusd. Commen. in Nucem OVIDII & duos Hymnos PRUDENTII: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Paris. 1526.

Ejusd.

(a) *Mense* Augusto. Hoc Opus CATHARINÆ Anglorum Reginæ nuncupat.

(b) Cum ERASMI Epistolâ ad *Christophor.* à SCHIDLOVIETZ Palatinum & Capitaneum *Cracovienſem*, *Polonia* Cancellarium; alterâ item ad *Franciscum* DILFUM. Notandum est hunc Librum à FROBENIO bis anno hôc 1526. excusum. Altera, charactere Romano, *mense Julio*; altera, Italico, *mense Februario*, Editio prodiit.

(c) v. *Idus* Februarias. In Libri fronte 1527.

(d) Colloquia *mense Januario*, Auctarium *Februario* prodiit; quod *Puerperam*, *Peregrinationem*, Ἰχθυοφαγίαν, *Funus* continet Dialogos seorsim excusos: Editio Colloquiorum in titulo gerat *apud* Michaelem HILLENIUM *in Rapi interſignio* M. D. XXXVI. qui error ad calcem Libri emendatur, ubi reponitur M. D. XXVI. ERASMI Epistola Colloquiis præfixa ad *Joannem Erasmium* FROBENIUM datur *Basileæ* pridie Calendas *Martias* anno M. D. XXII. in Editione HILLENII; Calend. *Augusti* anno M. D. XXIIII. in Editione COLINÆI: at Epistolæ sunt diverſæ: illa ad primam Colloquiorum emissionem pertinet, hæc (quam antea in FROBENII Vitâ exscripsi) ad secundam; ex hâc enim constat hunc Libellum adeò placuisse, ut subinde fuerit à FROBENIO recusus & ab Authore novis accessionibus locupletatus. Neutram FROBENII Editionem videre mihi adhuc contigit. Epistolam, quæ priori præfigitur, ex Exemplari *Hilleniano* hîc subjiciam.

D. ERASMUS Roter. JOANNI ERASMIO FROBENIO S. D. — *Gratularer tibi raram istam felicitatem*, Erasmi *suavissime*, *cui contigerit in Officinâ paternâ*, *velut in optimorum Autorum ulnere quodam fonte*, *nasci*, *tum inter tot trium Linguarum scientiâ præstantes viros educari*, *nisi magis convenire isti ætati bene ominari quàm gratulari. Neque verò vulgarem justines exspectationem*, *ut amantissimo patri*, *cui verè es*, *quod dicteris*, ἐφάμιλλος, *cujusque spes omnis in te uno sita est*: *ut* Beato Rhenano *mihique respondeas*, *qui tuo nomine fidelissimus*

Ejusd. Verſio aliquot Dialogor. LUCIANI: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI.
(a) 8.° . . Pariſ. 1526.

LUDOV. VIVIS Liber de Subventione pauperum: *typis* HUBERTI DE CROOCK.
(b) 8.° . . Brug. 1526.

ACT. SYNCER. SANNAZ. DE PARTU VIRGINIS: in ædibus illuſtris viri ANDREÆ MATTHÆI AQUIVIVI Hadrianorum Interamnatúmque *Ducis per* ANTONIUM FRETIAM CORINALDUM *Civémque* Neapolitanum *ſummo ingenio Artificem, ac fideliter omnia ex Archetypis* ACTII SYNCERI *ipſius manu ſcriptis.* (c) fol. Neap. 1526.

GILDÆ de excidio *Britanniæ* Epiſtola.
(d) 8.° . . Londin. 1526.

GUL.

ſimus in baptiſmo, ut Guolphango Capitoni, *quo fideiuſſore Confirmationis ſacramentum accepiſti. A nobis curatum eſt, ut prima lingua tua balbuties Latinis Gracisque literis formaretur. Libellus hic nonnihil conducet & ad pietatis elementa perdiscenda. Quo nomine debebit tibi chorus innumerabilis aqualium, quod hæc utilitas per te ad ipſos pervenerit. Viſum eſt enim nobis tuâ cauſâ, dies aliquot repueraſcere, dum ſtilum ac ſententias ad tuam ætatulam attemperamus.* JESUS *te ſervet ſemper ad meliora proficientem. Bene vale.* Baſilææ *Pridie Kalendas* Martias. *Anno* M.D.XXII.

(a) *Pridie Cal.* Octob.

(b) *Menſe* Septemb.

(c) Maio *Menſe.* Cum privilegio in biennium.

(d) *Opus novum.* GILDAS Britannus *Monachus, cui Sapientis cognomentum eſt inditum, de calamitate, excidio & conqueſtu* Britanniæ, *quam* Angliam *nunc vocant, Author vetuſtus à multis diu deſyderatus, & nuper in gratiam D.* Cutheberti Tonſtalli Londinen. *Epiſcopi formulis excuſus.*

POLYDORI VERGILII Urbinatis *in* GILDAM *Sapientem ad* CUTHEBERTUM TONSTALLUM Londinenſem *Epiſcopum Præfatio.*

Abhinc aliquot annos, cùm ego me ad Hiſtoriam Anglicam *ſcribendam dediſſem, ejuſque rei cauſâ poſtmodum Annales aſſiduè evolverem, legi primò apud* Bedam, *deinde apud* Gulielmum Neuburgum *quendam Hiſtoricum nomine* Gildam *quondam flebiliter ſuorum* Britannorum *calamitatem pariter atque peccata deplorâſſe.* —— Autor *longò poſt tempore tandem mihi quærenti in manus incidit, ex quo* —— *minus cepi fructûs quàm putâram, quòd ille in hiſtoriâ admodum brevis fuerit. At tu* —— *haud multò poſt alterum Codicem omnibus vigiliis indagatum reperiſti* —— *ut diluceret fraus nebulonis peſſimi, qui paucis antè annis ex* Gaufredi *ſcripsit breviarium compoſuerat, illúdque* Gildæ *ſapientis falsò compendium inſcripſerat.* —— *Tu etiam laboris ſocium dediſti familiarem tuum* Robertum Ridleium *Sacerdotem cùm honeſtum tum in Theologiâ probatum.* —— *Fuit* Gildas *homo* Britannus *ac Monachus* —— *floruit* Pelagio *ſecundo Pontifice Romano, qui factus eſt Pontifex circiter annum Salutis* D.LXXX.

GUL. BUD. de Contemptu rerum fortuitarum: *apud* ASCENSIUM. (a) 4.to Pariſ. 1526.

CHRISTIANI THEODID. Præceptiones pauculæ, quo pacto ingenui adolescentes formandi ſint: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* 8.° Pariſ. 1526.

HULDERICI HUTTENI Ars verſificatoria: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (b) 8.° Pariſ. 1526.

ALFONSI *Zamorenſis* Introductiones Hebraïcæ: *impreſſ. impenſis egregii viri* MICHAELIS DE EGUIA *typicæ artis ſolertiſſimi.* (c) 4.to in Academiâ Complut. 1526.

Gram-

D.LXXX. *cùm bonæ literæ non eſſent.* &c. *Vale. ad* VIII. *Iduum* April. M.D.XXV. Londini.

(a) *Quarto Nonas* Maias.

(b) VIII. *Idus* Octob.

(c) *Kalendis* Maii, *die Martis.* Cum ALFONSI *Zamorenſis* Præfatione.

Ad D. ALFONSUM DE FONSECA *Archiepiſcopum* Toletanum *&* Hiſpaniarum *Primatem* ALFONSI Zamorenſis *Introductionum Hebraicarum ſecunda Editio, poſt eam, quam primùm ediderat in Academiâ* Complutenſi. *Equidem nullum eſt Opus humanum maximè literarium, quod vigilantiâ ac temporis diſcurſu nequeat perfectionis augmentum recipere. —— Hoc maximè experti ſumus circa Grammaticam Linguæ Hebraïcæ nuper Latinis traditam diligentiâ ac beneficio cujusdam* Joannis REUCLINI Germani: *qui cùm ab Hebraïcis in eâ fuiſſet diutius educatus, vidiſſetque Hebræos ipſos in Synagogis* Germaniæ *magis uſu quàm arte Linguæ ſuæ peritiam tradere, decrevit uſum illum in artem redigere, & more Latinorum præcepta tradere; quibus ſermo Hebræus contineatur. At cùm apud* Hiſpanos *maximè* Zamorenſes *ejusdem Linguæ ſtudium valde artificioſum viguerit hactenus, ſatis diminuta viſa eſt Editio illa* Joannis Reuclini, *& quæ multorum præceptorum additione perfici deſideraret. Quare Reverendiſſ. Cardinalis bonæ memoriæ prædeceſſor D. V. —— aſciſcitis Hebraorum peritiſſimis ex diverſis* Hiſpaniæ *urbibus aliam edidit pleniorem artem Hebraïcæ Grammaticæ, ſimul cum Vocabulario copioſiſſimo omnium ferè dictionum Hebraïcarum: inter quos illum laborem præcipuè mihi commendavit. Verùm quia prædicto Domino tunc ad alia majora properante, Editio illa in temporis angustiâ facta eſt —— ego, qui per annos plures illius liberalitate alitus ſum, judicavi me hoc ipſi debere obſequii, ſi —— præſtare poſſem —— hanc qualemcunque Grammatica Hebræa recognitionem, vel potiùs ſecundam Editionem* &c. Initio præmittuntur Cardinalis Inſignia, nempe quinque ſtellæ, cum hôc tetraſticho, cujus hexametra atramento, pentametra rubricâ imprimuntur.

Fons erat Hebreus ſiccus nec clarus abunde:
Preſulis Alfonſi *tempore aduſque gravis:*
Cùm Fonſeca *ſuo venit cum ſydere quinto:*
Iſte ſacrum fulgens pingneque fecit Opus.

Quæ in hôc Volumine continentur, hæc ſunt:
Grammatica Hebræa, in tres libros diviſa.
Nominum ac Verborum Hebraorum Dictionarium copioſum.

Decla-

Grammatica Latina PHIL. MELANCHTHONIS ab Authore nuper aucta & recognita: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (a) 8.° Pariſ. 1526.

PRISCIANI Libellus de Accentibus: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* 8.° Pariſ. 1526.

ÆL. DONATI de octo partibus Orationis Editio ſecunda; in eandem SERVII HONORATI item & SERGII Grammatici interpretationes: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.° Pariſ. 1526.

La maniere de tourner en Langue Françoiſe les Verbes Actifz, Paſſifz, Gerundifz, Supins & Participes; item les Verbes Impersonnelz aians termination active ou paſſive, avec le Verbe Subſtantif nommé *Sum*: *imprimé par* ROBERT ESTIENNE. (c) 8.° à Paris. 1526.

De octo partib. Orationis: *apud* SIMONEM COLINÆUM 8.° Pariſ. 1526.

AMB. CALEPINI Dictionarium adauctum & recognitum denuo: *communibus* FRANCISCI BYRCMAN *&* JOANNIS CNOBLOUCH *impenſis* HENRICUS GRANIUS *excudebat.* (d) Hagenoæ. 1526.

LAUR. VALL. Elegantiar. Libri ſex; &

de

Declarationes vocabulorum Artis Grammaticæ & Commentatorum Bibliæ.

Catalogus Judicum, Regum, & Sacerdotum atque Prophetarum veteris Legis.

Tractatus de verâ Orthographiâ Hebraïca Deſcriptionis.

Epiſtola Autoris ad infideles Hebræos Urbis Romæ, *quâ manifeſtè redarguit eorum perfidiam.*

Hæc Epiſtola (niſi fallor) mendoſe pro Epiſtolâ Apoſtolicâ ad Hebræos in R. P. LE LONG, *Biblioth. Sacr.* memoratur p. 147. his verbis:

„ Epiſtola D. *Pauli* ad Hebræos Hebraicè cum Latinâ Verſione *Alfonſi de* „ *Zamora.* V. *ejus Introductio Artii Grammaticæ Hebr. in* 4. Compluti 1526.

At Vir Clariſſ. (utì ex aſterisco huic Editioni affixo p. 463. part. ſecund. *Biblioth. Sacr.* conſtat) librum non viderat.

(a) *Pridie Nonas* Octobris.

(b) 15. *Cal.* Dec.

(c) *En l'an mil cinq cent vingt ſix au mois de* Novembre.

(d) *Menſe* Auguſto.

(a) *Menſe*

de reciprocatione *Sui* & *Suus*; Annotat. in ANTON. *Raud.* & Dialog. in POGGIUM: *impreſſit ſuis typis* JOANNES TIBALDÆUS, *impenſis* FRANCISCI BIRCMANNI *Bibliopolæ Civis* Colonienſis. (a) 8.° Antverp. 1625.

Ejusd. Elegant. & in ANTON. *Raud.* Annotationes; Apologus in POGIUM, & Epiſtola ad FERDINAND. *Neap.* Regem; ANTON. MANCINELLI Lima; ac JOD. BADII Epitome in Libros VALL. Elegant. *Impreſſ. accuratâ diligentiâ per* BENEDICTUM BONDENUM. (b) fol. . Venet. 1526.

Pentateuch. Hebr. & Chald. & quinque Meghilloth Hebr. *typis* BOMBERGI. (c) 8.° . . Venet. 1527.

Pentateuch. Hebr. cum quinque Meghilloth: *typis* BOMBERGI. (d) 8.° Venet. 1527.

Nov. Teſtam. Gr. Lat. *typis* JOANNIS FROBENII. (e) fol. . Baſil. 1527.

Biblia

(a) *Menſe* Auguſto. *Proſtant cùm* Antverpiæ, *tum* Coloniæ, *in pingui Gallinâ* pullos ſub alis congregante cum hôc Lemmate, *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos.* Ad finem verò Symbolum aliud apponitur, F. R. BIR. Cum his verbis, *Fortuna cum blanditur, tunc vel maximè metuenda eſt.*

(b) *Die* VI. Auguſti. BENEDICTUS BONDENUS *adoleſcentulis bonarum literarum ſtudioſis Salutem. Cùm priſtem in animo nobis eſſet* LAUR. VALL. *Libros typis noſtris excudere, videremusque eos, qui ubique locorum hactenus impreſſi fuerunt, adeò depravatos eſſe, ut vix ab ipſomet Authore intelligi poſſent* —— *id omni curâ agere conati ſumus, ut aliquando quàm emendatiſſimi in lucem prodirent.* —— *Invenimus juvenem bonarum literarum amantiſſimum, qui eos cum pluribus antiquis fi exemplaribus contulit.* —— *Indicem adjunximus unà cum* Ant. Mancinelli, Aſcenſii & Petri de fonte *Annotationibus* &c. *Valete* Venetiis *ex ædibus noſtris.*

(c,d) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(e) LONG, *Biblioth. Sacr.* „ JOANNES FROBENIUS Lectori. En Novum Teſtamentum ex ERASMI *Roterodami* recognitione jam quartùm damus, ſtudioſe Lector, adjectâ Latinâ vulgatâ Editione, quò protinus ipſis oculis conferre poſſis, quid conveniat, quid diſſideat. —— In Annotationibus præterquam quòd Auctor exactiora reddit omnia, magnam acceſſionem adjunxit ex Græcorum Voluminibus, éque veruſtiſſimis Exemplaribus Latinis, quæ nuper eſt nactus. *Præmittuntur eadem quæ in* 3. *Editione. Laurentius Valla* ſeptem bonæ fidei Codices ſe ſecutum fuiſſe teſtatur. Nos, *inquit* Erasmus *in Apologiâ ſuâ quartæ Editioni & ſequentibus*

Biblia Latina. (a) fol. . Colon. 1527.

Eadem: *apud* JACOBUM MARESCHAL. (b) fol. . . Lugd. 1527.

Eadem ex antiquiſſimis Exemplaribus reſtituta cum Præfatione JOANNIS PETRÆI. (c) 4.to . . Noriberg. 1527.

JOB cum Commentariis JOANNIS BRENTII ad Hebraïcam veritatem ita translatus, ut nulla porrò obſcuritas Lectorem poſſit offendere. (d) 8.° . . Hagenoæ. 1527.

Pſalt. Lat. ex Verſione CONRADI PELLICANI cum ejus Scholiis: *apud* CEPHALÆUM. (e) 8.° . . Argent. 1527.

Biblia Belgica juxta Verſionem Germanicam LUTHERI. (f) 8.° . Amſtelod. 1527.

Prophetæ majores & minores ex Hebræo Germanicè translati à LUDOVICO HETZERO

„ *tibus præfixâ*, in primâ recognitione quatuor Græcis adjuti ſumus, in ſecundâ quinque; in tertiâ præter alia acceſſit Editio *Aſulana* (*ſeu Veneta* an. 1518.) in hâc quartâ præſtò fuit & *Hiſpanienſis* (*ſive Complutenſis Ximenii.*) Deinde conſultis tum pervetuſtis tum emendatis aliquot Latinæ Linguæ Voluminibus; nec hôc contenti, diſcuſſis & exploratis Autoribus, non oſcitanter obſervavimus, quid legerint, quid emendârint, quid interpretentur. Atque hîsce rebus omnibus, quâ licuit vigiliâ, certè ſummâ fide collatis ac penſitatis, quod optimum judicavimus, ſecuti ſumus, & hâc lege in medium contulimus, ut nihilo ſecius ſuo quisque judicio frueretur.

MILLIUS pag. 114. Prolegom. in N. T.] „ Ad textum Græcum quod ſpectat, profitetur alicubi Editor, eum ferè in omnibus conſentire cum *Complutenſi*. —— Extant ad marginem textûs Græci præter lectiones variantes ex Editione priori traductas, aliæ quædam ſumptæ ex Editione *Hiſpanicâ* Et quidem licèt Editio hæc in plurimis expreſſa ſit ad tertiam *Erasmicam*; tamen cùm Editori jam tandem ſuppeteret exemplar *Complutenſe*, è re viſum fuit in haud paucis à tertiâ iſtâ deflectere (locis 106.) locóque complurium ejus lectionum reponere alias ad fidem Editionis hujus nobiliſſimæ.

(a,b,c,d) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(e) LONG, *Biblioth. Sacr.*] *De hâc Editione ita ſcribit* Conradus Gesnerus *pag.* 184. *Bibl. ſua folio verſo.* „ Pſalterium olim ad Hebraïcam veritatem transtulerat, & brevibus Scholiis textui inſertis illuſtraverat: quod Opus privato tantùm exercitio conſcriptum, cùm ei ſubreptum ſe inſcio *Argentorati* publicatum eſſet, ſed minimè emendatum, idem poſtea *Tiguri* recognitum prælo reddidit anno 1532. in 8.

(f) LONG, *Biblioth. Sacr.*] *Nullâ additâ Præfatione, nec Interpretis nomine uſpiam comparente. Hanc Editionem vidiſſe ſe aſſerit* Bootius, *in Indice auct. citat. in animadv. ſacris, at non integram; nondum enim prodierat integra* Lutheri *Verſio.*

(a) LONG,

ZERO operâ JOANNIS DENKEN adjuto: *apud* PETRUM SCHŒFFERUM. (a) 8.° . . Wortm. 1527.

Nov. Teſtam. ex vulgatâ Editione Latinâ in Germanicum Sermonem verſum ab HIERONYMO EMSERO cum ſuis gloſſis adverſùs LUTHERI gloſſas, & Præfatione ſive Diplomate GEORGII *Saxoniæ* Ducis, juſſu & ſuaſione JOANNIS SCHEUNIZII Epiſcopi *Marſpurgenſis*. (b) fol. . Dresdæ. 1527.

Idem ex Verſione LUTHERI. (c) fol. Argentor. 1527.

Pentateuch. & Nov. Teſtam. Anglicè ex Verſione GULIELMI TYNDALL. (d) Hamburg. 1527.

NONNI Tralatio Sancti Evangelii ſecundùm JOANNEM, Græcè: *per* JOANNEM SECERIUM. (e) 8.° . Hagen. 1527.

IGNATII & POLYCARPI Epiſtolæ Latinè: *per* JOANNEM KNOBLOUCHUM. 8.° . . . Argent. 1527.

Miſſale ad uſum Sarum: *opera* NICOLAI PREVOST, *impenſis* FRANCISCI BYRCKMAN. (f) in Almâ Academiâ Pariſiorum. 1527.

ISYCHII Presbyteri *Hieroſol.* in Leviticum libri ſeptem: *apud* ANDR. CRATANDRUM. (g) fol. . . Baſil. 1527.

CHRY-

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*] Hetzerus *Anabaptiſta à* Sandio *in Bibliothecâ Anitrinitariorum recenſetur.*

(b) LONG, *Biblioth. Sacr.* ubi lege plura de hâc *Emſeri* Editione p. 297. 298. 299.

(c, d) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(e) *Menſe* Auguſto. Ad calcem M. D. XXVII. *Menſe* Septembri. Cum Epiſtolâ *Phil.* MEL ad FRIDERICUM apud S. EGIDIUM *Norimbergæ* Abbatem.

(f) *Tertio Calendas* Martias.

(g) *Menſe* Martio. Cum *Joannis* SICHARDI ad *Mathiam à* SARÆCASTRO Officialem *Trevirenſem* Epiſtolâ: — *Difficile fuit* (inquit) — *propter Exemplaria, quorum unum nobis* Lauriſſa *vetus quidem illud, ſed portentoſe corruptum ſuppeditavit. Alterum beneficio clariſſimi viri* Werinheri Wolfini *ex Bibliothecâ* Argentoratenſi *nacti ſumus, tam-arroſum, tam-mendoſum, ut planè non fuerit nobis uſui futurum.*

CHRYSOSTOM. Libellus de BABYLÂ Martyre Græcè ; & ERASMI Epiſtola in Tyrologum quendam : *apud* Jo. FROBENIUM. (a) 8.º . . . Baſil. 1527.

D. Jo. CHRYSOSTOMI (b) & D. ATHANASII (c) lucubrationes aliquot, nunc primùm verſæ & in lucem æditæ per ERASMUM : *apud* JOAN. FROBENIUM. (d) fol. . . . Baſil. 1527.

D. Au-

turum , niſi quadam ſarſiſſemus ex Codice Lauriſſano —— Baſileæ. M.D.XXVII. *Menſe* Martio.

(a) *Menſe* Auguſto. ERASMUS Rot. NICOLAO MARVILLANO *Collegii* Busleidiani *apud* Lovanium *Præſidi S. D.* — *Quid habent* Aphthonius, Lyſias *aut* Libanius , *quod cum hôc argumento , non dico pietate , quam habet propriam , ſed vel elegantiâ dictionis vel argutiâ rationum vel copiâ denique conferri poſſit ? Quid utilius iſti* [adolescentiæ] *ætati , quàm ut Linguam ſimul & eloquentiam protinus imbibant ex his Autoribus , quorum oratio non minùs* CHRISTUM *ſpirat quàm* Demoſthenem. &c. Baſileæ *poſtrid. Id.* Aug. *An.* M.D.XXVII.

ERASMUS Rot. ROBERTO ALDRISIO *literis ac moribus ornatiſſimo S. D. Significatum eſt mihi* —— Londini *quendam non Theologum , ſed Tyrologum opinor , è ſuggeſto , quod vulgus appellant* Crucem divi Pauli , *lapidâſſe nomen* Erasmi , *impietatis ac falſi crimen impingentem , quòd in Evang.* JOAN. C. 7. *pro eo quod Eccleſia legit* , Nondum enim erat Spiritus datus , *verterim quod habent Græci* , Nondum enim erat Spiritus Sanctus : *idque non absque ſummo Catholicæ fidei diſcrimine , ne rurſus incipiant omnes credere Spiritum Creaturam , qui non fuerit ab æterno , ſed in tempore æperit eſſe. Hæc ille blatero* &c. *Quis autem unquam* Arianus *protulit hunc locum ad defenſionem ſui dogmatis ? Et ſi quis protuliſſet, nônne flatim fuiſſet exibilatus ? Nam locus ipſe ſui interpres eſt* : *præcedit enim*; Hoc autem dicebat de Spiritu , quem accepturi erant credentes: *Et mox ſequitur* ; Nondum enim erat Spiritus, quia Jeſus nondum erat glorificatus. *Vides hic non de naturâ Spiritus , ſed de dono & energiâ loqui Evangeliſtam.* &c. *Quum Græcorum Codicum ſummus ſit conſenſus , quum ita legant* Auguſtinus & Hieronymus , *quum eadem lectio extet in vetuſtis aliquot Latinorum Codicibus , quærendum , an Eccleſiæ jus ſit aliquid addendi detrahendive ſacris Voluminibus , etiamſi quid occurrat , quod hæreticis anſam præbeat. Hoc ſi ſemel recipitur , quàm multa fuerant addenda , detrahenda , mutanda ? Delendum erat apud* JOANNEM , Pater major me eſt , *aut addendum*, ſecundùm humanam naturam. *Delendum & illud*; ut cognoscant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum , *aliâque complura , qua rapiunt* Ariani *ad impietatis ſuæ defenſionem. Item quoties in Scripturis ſit mentio de Spiritu Sancto , addendum Dei cognomen , quod id in Sacris Voluminibus nusquam evidenter apponitur. Rurſum quum Dominus dicit* , ne filium quidem hominis diem extremum ſcire , *addendum eſt* ſecundùm humanam naturam , *aut aliquid ſimile.* &c. Baſileæ 10. *Cal.* Septemb. *anno* 1527.

(b) Viz. *Conciones* 5. *adverſus* Judæos; 4. *de* Lazaro *& Divite*; 5. *de Viſione* Eſaiæ *&* Oſiâ *Rege leprâ percuſſo* ; 1. *de beato* Philogonio ; 2. *in Epiſtol. ad* Philippenſes; 2. *de orando Deum*; 3. *in Acta Apoſtolorum*; *Libri* 6. *de dignitate Epiſcopi.*

(c) Viz. *Epiſtolæ* 2 *de S. Spiritu* ; *de Decretis* Nicæn. *contra* Euſebium ; *Apologetici duo*; *de Paſſione Domini*; *de verbis Evangel.* Euntes in vicum &c. ; *de Virginitate* ; *de verbo contra S. Spiritum*; *de S. Spiritu.*

(d) *Menſe* Martio. Luſitaniæ *Regi* JOANNI, *hujus nominis tertio*, EMANUELIS

D. AUGUSTIN. de Doctrinâ Christianâ : *apud.* HERON. ALOPECIUM, *impensis* GODEFRIDI HITTORPII. (a) 8.° Colon. 1527.

D. AMBROSII omnia Opera, ex ERASMI recognitione, 4. Tomis : *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) fol. . Basil. 1527.

Jos. MESUE Medicin. *apud* Luc. ANTON. JUNTAM. (c) fol. . Venet. 1527.

PHILONIS *Judæi Alexandrini* libri Antiquitatum ; Quæstion. in Genesin de *Essæis*, de Nominibus Hebræis, de Mundo, Latinè : *per* ADAMUM PETRUM. (d) fol. Basil. 1527.

Opusculum AGAPETI *Constantinop.* Ecclesiæ Diaconi de boni Principis Officiis è Græco per MENRADUM MOLTHERUM Heroico Carmine tralatum : *in Officinâ* HENRICI GRANII. (e) 8.° . Hagen. 1527.

PLATONIS *Cratylus* Græcè : *apud* ÆGIDIUM GORMONTIUM. (f) 8.° Lutet. 1527.

XENOPHONTIS OEconomicus Græcè : *apud* THEODORICUM MARTINUM Alostensem. (g) 4.to . . Lovan. 1527.

XENOPHONTIS Opera, & DION. de regn. tyran. fat. & infidelit. & fortun. Græcè : *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (h) fol. . . . Florent. 1527.

ARISTOTEL. Histor. Animal. & parva Natural.

LIS *filio*, DES. ERASMUS *S. D.* ——— *Missus est huc* è Venetiâ *Codex pervetustus Græcè descriptus, in quo deprehendi complures* Joan. Chrysostomi *Conciones, quas antehac nemo verterat* &c. Basileæ IX. *Kalend.* April. M. D. XXVII.

(a) *Mense* Julio.

(b) *Mense* Augusto.

(c) *Anno ante* CHRISTI *adventum* M. D. XXVII. Martii *Idibus.*

(d) *Mense* Augusto. Cum *Joannis* STUCHARDI ad fodales Ecclesiæ *Fuldensis* Epistolâ, in quâ se Exemplaribus *Fuldensi* & *Lauriscensi* usum scribit.

(e) *Nonis* Septembris.

(f) *Mense* Maio.

(g) *Mense* Aprili.

(h) *Die primâ* Decembris, CLEMENT. VII. *Pont. Max.*

(a) *Mense*

Natural. Græcè, ex M. Leonici Thomæi emendatione : *per hæredes* Philippi Juntæ. (a) 4.to . . . . 1527.

Jo. Grammatic. in Libros de generatione & interitu ; Alex. Aphrodis. in Meteorologica ; idem de Mixtione ; Græcè : *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri.* (b) fol. . . . Venet. 1527.

Textus de Sphærâ Joannis de Sacro bosco cum Compoſitione Annuli Aſtronomici Boneti *Larenſis* & Geometriâ Euclidis : *apud* Simonem Colinæum. fol. . . Pariſ. 1527.

Joannis Martini Poblacion de uſu Aſtrolabii Compendium : *vænit apud* Nicolaum Saultier *Chalcographum in Vico Carmelitarum ſub Homine Sylveſtri excuſum.* 8.° . . Pariſ. 1527.

Plin. Natur. Hiſtor. Liber VII. per Gilbertum Ducherium ad Hermolai Barbari & Beati Rhenani Caſtigationes, maximéque ad collationem veteris Exemplaris *Victorianorum* reſtitutus : *apud* Prigentium Calvarin. *in Clauſo Brunello ad Inſigne geminarum Cipparum.* (c) 8.° . . Pariſ. 1527.

Tit. Livii Decades : *venundantur ab* Joan-

(a) *Menſe* Maio.
(b) *Menſe* Septembri.
(c) Gilbertus Ducherius *D.* Franciſco Bohero *Turonenſis* Eccleſiæ Decano Salutem. —— Plinii *ex tam multis Operibus ſola natura Hiſtoria ad nos pervenit, & ea non paucis vulneribus conſoſſa. Multi curaverunt* Hermolaus, Beroaldus, Sabellicus, Erasmus, Budæus, Chriſtophorus *item* Longolius ; *cujus in eundem Annotationes utinam aliquando tandem apparcant, poſtquam Superis viſum eſt, eum ad ſe ex vivis evocare. Poſt eos omnes* Beatus Rhenanus Plinii *ſeptimum magnâ diligentiâ pari fide caſtigavit. Quem ego quum eſſem interpretaturus, eum ſejunctim ad tantorum virorum repoſitiones excudendum curavi.* —— *Locos plusminus triginta reſtitui, non meo quidem judicio, ſed fide vetuſti Exemplaris, quod in Bibliothecâ Cœnobii divi* Victoris *proximè* Pariſiorum *Urbem ad verbum conſului*, Roberto Burthæo *ibidem Cœnobitâ* Frobenianum *mihi prælegente.* &c.

(a) *Menſe*

JOANNE PARVO *Bibliopolâ adſcriptitio ; imprimebat* PETRUS VIDOUÆUS. (a) fol. . . . . Pariſ. 1527.

VALER. MAXIM. *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1527.

SUETON. cum Annotat. ERASMI & EGNATII: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI Parrhiſienſis *Typographi.* (b) 8.° Pariſ. 1527.

CORNEL. TACIT. *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (c) 8.° . Florent. 1527.

THUCYDIDE translaté par CLAUDE DE SEYSSEL : *Ches* JOSSE BADIUS. fol. . . . . Paris. 1527.

Antiquitates Urbis Romanæ per ANDREAM FULVIUM Antiquarium. (d) fol. . . . . .

DEMOSTHEN. contra ARISTOGITON. Orationes duæ, Gr. Lat. PHILIP. MELANCHTHON. interprete: *per* JOANNEM SECERIUM. (e) 8.° . . Hagen. 1527.

LUCIAN. in Calumn. & PLUTARCH. Hirund. Latinè reddit. à PHILIPPO MELANCHTHONE ; LYSID. Epiſtol. ad HIPPARCH. à GASPARE CHURRERO è Græco Sermone in Latinum tradučta MELANCHTHONE Præceptore ; LUCIAN. adverſùs indoctum multos libros coementem Opusculum ab ANASTASIO Qu. verſum : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (f) 8.° . Pariſ. 1527.

LUCIAN.

(a) *Menſe* Aprili. M.d.xxvij. Cum Lemmatibus his, *Par ſit fortuna labori.* Τὸ πόνῳ ἀποκείσθω τύχη.
(b) *Sexto Calendas* Auguſti.
(c) *Maii* XXII.
(d) Cum Privilegio CLEMENTIS Papæ VII. datum *Romæ.* M. D. XXVII.
(e) *Menſe* Auguſto.
(f) v. *Calend.* Febr.

LUCIAN. Vita Demonactis, Parasitus, Scytha, Harmonides & Herodotus, Latinè, ex Versione ALEXANDRI BRASSICANI cum ejusd. Scholiis : *per* JOANNEM SINGRENIUM. (a) 4.to . Vien. Austr. 1527.

ÆSOPI Vita & Fabulæ à viris doctiss. in Latinam Linguam versæ, cum Fabellis tribus adjectis ex POLITIANO, CRINITO & MANTUANO : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (b) 8.° . . Paris. 1527.

CICER. Rhetoric. ad HERENN. & de Inventione : *excudebat* JOANNES KNOBLOCHUS. (c) 8.° . Argent. 1527.

CICER. oratoriæ Partitiones, & de optimo genere Oratorum : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (d) 8.° . . Paris. 1527.

CICER. Epistol. ad ATTIC. cum Not. Jo. BAPT. PII, quas *heoticas*, quia manè elucubratas, inscripsit. (e) fol. Bonon.. 1527.

QUINTILIAN. Institut. & Declamation. *apud* NICOLAUM SAVETIER *Chalcographum expertissimum in Vico Carmelitarum sub Interfignio Hominis Sylvestris.* (f) 4.to Paris. 1527.

Ejusd. Eædem : *ex Officinâ* CLAUDII CHEVALLONII, *sub Sole aureo in Viâ ad divum* Jacobum. (g) 8.° . Paris. 1527.

PINDAR. Olymp. Hymnus primus & secundus Latinitate donati MENRADO MOLTHERO Interprete simul & Paraphraste : *apud* HENRICUM GRAN. (h) 8.° Hagen. 1527.

VIRGIL.

(a) Julii *die decimâ.*
(b) XVII. *Calend.* Julii.
(c) *Mense* Junio. Cum recusâ ALDI P. M. ad *Andream* NAUGERIUM in Libros de Arte Rhetoricâ Præfatione.
(d) VII. *Calend.* Mart.
(e) FABRIC. *Biblioth. Lat.*
(f) *Mense* Martio.
(g) *Mense* Februario.
(h) *Mense* Septembri.

(a) *Mense*

VIRGIL. cum Comment. BEROALDI, DONATI, AUGUSTINI DATHI, BADII, Jo. PIER. VALERIANI, LANDINI, SERVII: *ab* JACOBO MARESCHAL. fol. . . Lugd. 1527.

HORAT. *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *soceri.* (a) 8.° . . Venet. 1527.

HORAT. cum Comment. ACRONIS Grammatici: *apud* VALENTINUM CURIONEM. (b) 8.° . . Basil. 1527.

PERSII Satyræ sex, & Comment. ÆLII ANTONII *Nebrissensis* Grammatici: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (c) 8.° . Parisi. 1527.

AUREL. PRUDENTII Poematia aliquot: *apud* GRATANDRUM. (d) 8.° . Basil. 1527.

HIERON. VID. de Art. Poetic. libri III. de Bombyce libri II. de Ludo Scaechor. lib. I. Ejusd. Hymni & Bucolica: *apud* LUDOVICUM VICENTINUM. (e) 8.° Rom. 1527.

HIER.

(a) *Mense* Septemb.

(b) *Calendis* Aprilibus: cum *Michaelis* BENTINI ad *Conradum* HERTZBACHIUM Epistolâ. *Meum* (inquit) *erga te studium, ac observantia, tuâque tum humanitas, tum singularis quædam eruditio, & vetus inter nos consuetudo, præclaráque in hanc Officinam & Curionem nostrum favor, impulerunt nos, ut insigne hoc* Q. Horatii *monumentum nominatim tibi dicaretur* &c. *Quàm non captes grande illud sophos, testantur lucubrationes tuæ, quibus nihil modestius candidiúsque. Quantum sapias, testis est* Cliviæ *ac* Juliæ *Dux, qui unice filio te unicum præceptorem delegerit.* &c. Acron Horatii *Interpres, si non vetustissimus, utpote* Prisciani *&* Servii, *quem semel aut iterum citat, ætate posterior, certè omnium judicio inter* Horatianos *interpretes facilè primum sibi locum vendicat. Nam* Porphyrionis *bonam partem desideramus.* C. Æmilium, Modestum, Gelenium *& cæteros de nomine tantùm nevimus, quorum si extarent Commentarii, facilè pateret recentiores, si ita videtur, obsolescere. Verùm cùm hic unus ab interitu vix servatus sit, indignus sanè visus est, qui contemptu & Typographorum incuriâ totus periret. Autoris Vitam ex antiquo Codice, cujus copiam nobis fecit* Jo. Sichardus *amicus noster cumprimis humanus & eruditus,* —— *huc apponendam putavimus* &c. Basileæ *Calendis* Aprilib. M.D.XXVII.

(c) Ad calcem PERS. v. *Non* Maii. Ad calcem Comment. *Quinto Calendas* Junii.

(d) GESNER. *Biblioth.*

(e) *Mense* Maio.

(2) v.

HIER. VID. de Art. Poetic. *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° . Pariſ. 1527.

SANNAZAR. de partu Virginis, Lamentatio de morte Chriſti; Piscatoria: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (a) 8.° . . Pariſ. 1527.

Il Decamerone di M. GIOVANNI BOCCACCIO nuovamente corretto & con diligentia ſtampato: *impreſſo per li heredi di* PHILIPPO DI GIUNTA. (b) 8.° . Firenze. 1527.

HELII EOBANI *Heſſi* Venus triumphans, & Epithalamium in nuptiis JOACHIMI CAMERARII: *per* Jo. PETREIUM. (c) 8.° . . Norimb. 1527.

Jo. LUDOVICI VIVIS *Valentini* Introductio ad Sapientiam, Satellitium ſive Symbola, Epiſtolæ duæ de ratione Studii puerilis, tria capita addita initio SUETONII: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Pariſ. 1527.

PHIL. MELANCHTH. de Arte dicendi Declamatio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° . . Pariſ. 1527.

Ejusd. de Rhetoricâ libri tres: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° . Pariſ. 1527.

Ejusd. de corrigendis ſtudiis Sermo; & RODOLPHI AGRICOLÆ de formandis ſtudiis Epiſtola: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° . Pariſ. 1527.

SILE-

(a) v. *Idus* Maii.
(b) *A di* xiiij. *del Meſe d*Aprile.
(c) *Menſe* Auguſto.
(d) Introductio data eſt *Brugis* 1524. uti & Epiſtola Satellitio prævia ad MARIAM *Cambriæ* Principem HENRICI VIII. *Angliæ* filiam. Epiſtolarum altera CATHARINÆ *Angliæ* Reginæ in MARIÆ filiæ inſtituendæ gratiam; *Oxon.* Non. *Octob.* M.D.XXIII. altera *Carolo* MONTJOIO *Gulielmi* filio, *Londin.* M.D.XXIII. inſcribitur. Tria capita *Hieronymo* RUFFALDO auditorum ſuorum probiſſimo dicavit VIVES *Lovanii.* 1521.
(e) VI. *Idus* Januarii.

(a) XII.

SILENI ALCIBIADIS per ERASMUM, cum Scholiis JOANNIS FROBENII: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (a) 8.° . . Parif. 1527.

Declamation contenant la maniere de bien inſtruire les Enfans, translatee nouvellement de Latin en François par PIERRE SALIAT: *on les vend en la maiſon de* SIMON DE COLINES. 8.° . . à Paris. 1527.

Difficilium Accentuum Compendium à FRANCISCO MENESE *Minoritâ Hiſpano* editum: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.° . . Parif. 1527.

Oratio habita à F. THOMÂ GUICHARDO *Rhodio* Juris utriusque Doctore, *Hieroſolym.* Magiſtri Oratore coram CLEM. VII. Pont. Max. in quâ *Rhodiorum* Oppugnationis & deditionis ſumma continetur: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° Parif. 1527.

OTHONIS BRUNFELSII de Disciplinâ & Inſtitutione puerorum Parænenſis: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 8.° Parif. 1527.

CHRISTOPHORI HEGENDORPHINI Chriſtiana ſtudioſæ Juventutis Inſtitutio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.° Parif. 1527.

Epitome Chiliadum Adagiorum ERASMI per HADRIANUM BARLANDUM conſcripta: *impenſis integerrimi Bibliopolæ* GODEFRIDI HITTORPII. (f) 8.° . . Colon. 1527.

ERASM. de conſcribendis Epiſtolis: *apud* SIM. COLINÆUM. (g) 8.° Parif. 1527.

Corona

(a) XII. *Calend* Feb.
(b) X. *Calend.* Junii.
(c) V. *Idus* Auguſti.
(d) *Idibus* Decembr.
(e) VII. *Calend.* Febr.
(f) *Menſe* Julio.
(g) *Menſe* Aprili.

(a) *Carol.*

Corona pretiosa ; hôc titulo Græco, Εἰσαγωγὴ νέα ἐπιγραφομένη Στέφανος Χρήσιμος ἤγουν Στέφανος Τίμιος, ὥστε μαθεῖν, ἀναγινώσκειν, γράφειν, νοεῖν καὶ λαλεῖν τὴν ἰδιωτικὴν ἢ Ἀττικὴν γλῶσσαν τὴν Γραικῶν &c. *apud* STEPHANUM à SABIO *utriusque litteraturæ Impressorem.* (a) . . Venet. 1527.

SEBAST. MUNSTERI Chald. Grammatica: *apud* Jo. FROBENIUM. (b) 4.to Basil. 1527.

Ejusd. Dictionar. Chaldaicum : *apud* Jo. FROBENIUM. (c) 4.to . Basil. 1527.

Ejusd. Kalendarium Hebraïcum : *apud* Jo. FROBENIUM. 4.to . Basil. 1527.

Capitula Cantici, Specierum, Proprietatum, & Officiorum, in quibus agitur de litteris, punctis & accentibus Hebraïcis, Authore Eliâ Levitâ, interprete SEB. MUNSTERO: *apud* Jo. FROBENIUM. 8.° Basil. 1527.

GWINTERI JOANNIS ANDERNACI Syntaxis Græca : *apud* ÆGIDIUM GORMONTIUM. 8.° . . Paris. 1527.

PHIL. MELANCHTHONIS Grammatica Græca jam denuo recognita per JOANNEM SECERIUM. (d) 8.° . Hagen. 1527.

PRIS-

(a) *Carol.* DU FRESN. Gloſſar. Gr. Vide Indic. Author. Editor. De hôc Libro lege *Henr.* STEPHAN. de infidis Ling. Græc. Magiſtris. pag. 134.

(b) MUNSTERUS (p. 13.) ſic ſcribit de POTKENII Pſalterio : *Exulgatum eſt ante paucos annos operâ & diligentiâ* Johannis POTKEN Agrippinenſis *Pſalterium quoddam, incognitis quidem & antehac non viſis ſcriptum characteribus, incertâque Linguâ, quam quidem* Indianam *putant, alii* Chaldaïcam *vocant, ipſe autem veram* Chaldaïcam *aſſerit, nec ulli ſecus ſentire permittit, præſertim* Judæorum *auscultatoribus.* (& p. 17.) *Proinde mihi videtur, ſi in ſenſu meo abundare permittor, eam* Æthiopum *eſſe Linguam, ſicut &* Abaſini *ipſi non admodum ab* Æthiopibus *differre dicuntur.* &c.

(c) *Perducitur hoc Aruch ſeu Dictionarium Chaldaïcum ad umbilicum per* Sebaſtianum MUNSTERUM, Heidelbergæ *anno* 1526. *decimo Calendas* Septembris : *abſolvitur verò à* Frobeniano *prælo anno Redemptionis milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſeptimo, menſe* Aprili.

(d) *Menſe* Januario. Inſerit paſſim loca ex HESIODO & HOMERO, in quibus

PRISCIANI Opera: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (a) 8.° . Venet. 1527.

VALERII PROBI Grammatici de Scripturis antiquis compendioſum Opusculum: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° Pariſ. 1527.

RHEMNIUS PALÆMON de ſummâ Grammatices, Q. TERENTIUS SCAURUS de Orthographiâ; ÆLIUS DONATUS de barbarismo, pedibus, tonis; SERVIUS HONORATUS in ÆL. DONATUM, & de Syllabarum quantitate; MARIUS VICTORINUS de enuntiatione litterarum, Orthographiâ & metris comicis; PAPYRII PRÆTEXTATI fragmentum de Orthographiâ; CORNELIUS FRONTO de differentiis Vocabulorum: *quos jam nunc in lucem protulit* ADAMUS PETRUS. (c) 8.° Baſil. 1527.

De Sche-

quibus ſe exerceat tyro. Calci adjecit ex HERODOTO HOMERI Vitam Græcè cum Latinâ Interpretatione.

(a) *Menſe* Maio.

(b) *Menſe* Junio.

(c) *Menſe* Auguſto. ADAMUS PETRUS HIERONYMO PETRO filio dulciſſimo S. D. — *Diu nos tenuit dubitatio, dulciſſime fili, quânam viâ ingreſſi, literis, quibus tu nunc initiaris, quâsque publicus quidem caſus graviſſimè quotidie affligit, opem aliquam adferremus: cùm hactenus nihil, quod hoc pertineat, non tentaverimus, ut, ſi aliàs nihil aſſequeremur, diligentiam ſaltem noſtram in præferendis optimis quibuſque Autoribus ſtudioſis literarum probaremus: cujus gratiâ cùm labore eſſemus perfuncti longè maximo in* Philone, *ejuſque farinæ reliquiis, quos nunc magnâ ſumptuum vigiliarúmque impenſâ parturimus; & viderem hoc ſcripti genus per ætatem tibi minimè convenire; libuit tandem ſubciſivos aliquot dies tibi unâque indoli addicere, de quâ incredibile eſt dictu, quam ſpem conceperim &c. Ita cùm viderim paulò poſt graviſſimorum mihi Autorum Editionem incumbere, & à ſeveris illis neceſſum ſatis ad me eſſem reverſus, in manum ſumpſimus de re grammaticâ libellos impendio eruditos &c. Habes ergo paterni in te animi ſponſorem Libellum eruditum; in quo primas* Rhemnio Palæmoni *dedimus, eò quòd ſummam Grammatices is perſtrinxerit tantâ brevitate, ut* Donatus *ei collatus prolixior, eóque fortaſſe nomine poſthabendus videri poſſit: quem nobis è ſitu* Jovianus Pontanus, *ſui temporis eloquentiſſimus Poeta, protulit &c. Ejus verò ſcriptis non rarò* Priſcianus *utitur &c.* Terentium Scaurum A. Gellius *nobiliſſimum* Hadriani *temporibus Grammaticum vocat; cujus Orthographiæ copiam nobis copiam ex vetuſtiſſimo Codice* Launiſſano Jo. Sichardus *fecit.* — *adeóque is videtur eſſe, quem* Priſcianus *ſubinde* Terentianum *appellat: nos tamen freti* Gellianis *Codicibus, tum vetuſtiſſimo Exemplari,* Terentium *potiùs edidimus; cujus prater alia ingenii monimenta citantur apud idoneos Autores Fabulæ, & de erroribus* Ceſellii Vindicis *libri. &c. De metris comicis* — ex Mario Victorino, *cujus ſunt & alia non indoctiora, quædam ſumus mutuati, quæ nobis hoc promptius* Sichardus *communicavit, ut & me ſibi demereretur, & ſtudiis ſuis ſimul conſuleret &c. Vale, ex ædibus noſtris, menſe* Aug. *An.* M. D. XXVII.

(a) *Menſe*

De Schematibus & Tropis Sacrarum Literarum Liber Bedæ Presbyteri Anglosaxonis: *apud* Adamum Petrum. (a) 8.° Basil. 1527.

Laur. Vall. Elegant. & de reciproc. *Sui* & *Suus*: *suis typis*, *summo nisu*, *veterúmque Exemplarium accuratá collatione excudebat* Simon Colinæus. (b) 4.to Paris. 1527.

De octo Orationis partium constructione Libellus: *apud* Simonem Colinæum. 8.° Paris. 1527.

Phil. Melanchthonis Latina Grammatica: *ex Officinâ* Roberti Stephani. (c) 8.° Paris. 1527.

Biblia Hebraïca cum quibusdam variantibus Lectionibus: *in domo* Danielis Bombergi, *operâ* Cornelii Baruc. (d) 4.to Venet. 1528.

Veteris ac Novi Testamenti nova Translatio per Sanctem Pagninum nuper edita, approbante Clemente VII. Opus 25. annorum: *per* Antonium du Ry *Chalcographum diligentissimum*, *impensis* Francisci Turchi & Dominici Berti *Civium* Lucensium & Jacobi de Giuntis *Bibliopolæ civis* Florentini. (e) 4.to Lugd. 1528.

Sophonias Latinè ex Versione Martini Buceri. (1) 4.to Argent. 1528.

Biblia

(a) *Mense* Augusto. Adamus Petrus *Lectori. De Schematibus & Tropis exhibitus est nobis ex Bibliothecâ* Lauriſſanâ *Libellus* Bedæ Anglosaxonis, *brevis quidem ille, ita ut nihil supra; sed quo vix poterat magis è re studiosorum alius in manus venire, cùm quod hâc in re hodie ab eruditis quibusdam mirè laboretur, tum ut probetur tandem sciolis nonnullis, non esse novam hanc tractandæ Scripturæ rationem, quâ ad tropos, sicubi res cogat, provocemus. Vale.*

(b) *Mense* Novembri.

(c) VIII. *Idus* Septemb.

(d) *Mense* Adar.

(e) Long, *Biblioth. Sacr. Anno* 1527. *die* 29.° Januar. Annus verò 1528. in fronte notatur.

(1, 2, 3, 4, 5.) Long, *Biblioth. Sacr.*

(a) Ad

Biblia Latina cum gloſſâ ordinariâ, 6. Vol. *apud* JACOBUM MARESCHAL. (2) fol. Lugdun. 1528.

Biblia Latina: *apud* JOANNEM à PORTÂ. (3) fol. Lugdun. 1528.

Eadem: *apud* GULIELMUM VORTESMAN. (4) fol. Antverp. 1528.

Eadem: *apud* JOANNEM PREVEL. (5) 8.° Pariſ. 1528.

Biblia utriusque Teſtamenti Latina ex veteribus Exemplaribus emendata: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (a) fol. Pariſ. 1528. Nov.

(a) Ad calcem Bibliorum. *Pariſiis excudebat* Robertus Stephanus IIII. *Cal.* Decemb. *anno* M.D.XXVII. Subjiciuntur errata circiter viginti ſex; *cætera, Chriſtiane Lector, cum ſilentio tu ipſe emenda, meminerisque & te & nos homines eſſe, tunc maximè cùm quid accuratius volumus emendare.* Bibliorum initio præfixit hæc: *Hoc Bibliorum Opus cum reſtitutâ Hebraicorum nominum interpretatione & duobus Indicibus, Regiis Literis, nequis aliis in hoc Regno impune imprimat, aut vendat intrà quadriennium cautum eſt. Lectori Cum Sacratiſſima utriusque Teſtamenti Biblia typis noſtris excudere ſtatuiſſemus, opera pretium facturos eſſe arbitrati ſumus, ſi Exemplaria conſuleremus.* &c. *Itaque anno* M.D.XXIIII. —— *in manus noſtras pervenit Exemplar quoddam mirâ vetuſtatis, manu diligentiſſimè ſcriptum* —— *Eius copiam fecerant* —— *In Bibliothecâ S.* Dionyſii *unicum Exemplar reperimus.* —— *Contulimus ea cum iis, quæ tunc ut emendatiſſimè impreſſa circumferebantur* —— *Varias lectiones in duos quaterniones, qui apud nos aſſervantur, conjecimus, patres noſtros imitati, qui quæ diſſidentia compererant, adnotavere, legitimam lectionem indicantes; quod teſtari poteſt vel Liber ille, qui in Bibliothecâ* Sorbonæ *aſſervatur, inſcriptus,* Correctiones Bibliæ. —— *Non parvo adjumento fuit Liber differentiarum Veteris Teſtamenti, olim quidem ille à* Nicolao Lyrano *editus, nuper verò auctus locupletatusque ſtudio ac labore* Pauli *cujusdam, viri eruditi juxtà diligentisque* —— *Siquando à nobis ceſſatum ſit, aut etiam erratum, ut ſumus homines, boni conſule. Vale.* Pariſiis, *ex Officinâ noſtrâ. Calend.* Mart. M.D.XXVIII. Bibliis adjiciuntur *Hebraïca, Chaldæa, Græcáque & Latina Nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium, cæterorúmque locorum, quæ in Bibliis utriusque Teſtamenti ſparſa ſunt, reſtituta, cum interpretatione Latinâ; Indices item duo, alter in Vetus Teſtamentum, alter in Novum.* Pariſiis, *ex Officinâ* Roberti Stephani *è regione Scholæ Decretorum.* M.D.XXVIII. Nominum horum Alphabeto præmittitur *Alphabetum Hebraïcum, cujus literarum ordine compoſitus eſt Pſalmus* CXVIII, *& alii; Caput item triceſimum Proverbiorum* Salomonis, *& Jeremiæ Lamentationes.* Ad Indicum finem, ſex corriguntur errata. Opus integrum claudit Regis Privilegium *Pariſiis 5. Febr.* anno Gratiæ 1527. *Francisci* Regis 14. in quinquennium datum.

(a) Hoc

Nov. Teſtam. Latinè: *in Officinâ* SIMONIS COLINÆI (a) 12. . Pariſ. 1528.

Pſalmi, Proverbia SALOMONIS, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Latinè cum brevibus ex Hebræo Annotationibus: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI (b) 4.to Pariſ. 1528.

Biblia Veteris Teſtamenti Gallicè verſa juxta Latinam S. HIERONYMI translationem: *Primus Tomus ſic inſcribitur*; Le premier Volume de l'anchien Teſtament, contenant les chinc premiers Livres de Moyſe translatez en François ſelon la pure & entiére Verſion de S. Hierome. 4. Vol. *typis & impenſis* MARTINI LEMPEREUR. (c) 8.° Antver. 1528.

Pentateuchus Saxonicè: *apud* MICH. LOTHER. (1) fol. . . Witteber. 1528.

Nov. Teſt. Saxonicum. (1) fol. Witteb. 1528.

Nov. Teſt. Germ. EMSERI: *apud* VAL. SCHUMANNUM. (2) 12. . Lipſ. 1528.

ISAIAS & ZACHARIAS Germ. ex Verſione LUTHERI. (4) 4.to . Witteb. 1528.

Pſalmi Danicè ex Verſione FRANCISCI WORMUNDI Carmelitæ: *in Monaſterio* Michaelitano. (5) 8.° . Roſtochii. 1528.

Iidem

(a) Hoc vidit R. P. LE LONG, nam in ejus *Biblioth. Sacr.* Crucis ſigno notatur. Habebimus itaque Biblia Latina integra ſecundò à COLINÆO in 12. impreſſa, ſi adeantur ſequentia, quæ vidi, Volumina. *Pentateuch. Joſ. Judic. Ruth.* 1527. 4. *Non.* Aug. *Reg. Paralip. Esdr. Tob. Judith, Eſth. Job.* 1529. 11. *Cal.* Mai. *Pſalm.* 1528. *menſe* Julio. *Proverb. Eccleſ. Cant. Sap. Eccleſiaſtic.* 1527. *Prophetæ.* 1526. *Machab.* 1526. Vidi & *Nov. Teſt.* 1527. v. *Id.* Maii.

(b) IX. *Calend.* Octob. *Cum privilegio Regis ad* VI. *ann. Cum Aſteriscis & Obeliscis.*

(c) LONG, *Biblioth. Sacr.*] „ *Die* „ 28. *Septembris* à *Jacobo* FABRO *Sta*„ *pulenſi*, ut conjicere licet ex variis ſeu „ locorum ſeu temporum circumſtantiis, „ absque privilegio & ſummariis capitum „ ac librorum; at cum approbatione *Ni*„ *colai Coppin*; quæ *Lovanii*, die vigeſi„ mâ ſecundâ *Julii* 1528. data eſt: in quâ „ tamen quinque tantùm *Moſis* Librorum „ Gallicè verſorum, & impenſis *Martini* „ *Lempereur* impreſſorum ſit mentio.

1, 2, 3, 4, 5, 6. LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) GES-

Iidem Danicè juxta Verſionem Germanicam LUTHERI. (6) Malmogiæ in Scaniâ. 1528.

NONNI Paraphraſ. in JOANN. & Concio CHRYSOSTOM. de Magiſtratibus Latinè, CHRISTOPHORO HEGENDORPHINO Interprete: *ex Officinâ* JOANNIS SECERII. 8.° . . Hagen. 1528.

Precationes aliquot celebriores è Sacris Bibliis Linguâ Hebraïcâ, Græcâ & Latinâ: *per SEB. GRYPHIUM Germ.* 12. Lugd. 1528.

S. CHRYSOSTOMI Liber contra Gentiles BABYLÆ *Antiocheni* Episcopi ac Martyris Vitam continens, Latinè, per GERMANUM BRIXIUM *Altiſſiodorenſem* contra JOANNIS OECOLAMPADII translationem: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. 4.to . . . . Pariſ. 1528.

D. CHRYSOSTOM. de Magiſtrat. Latinè, CHRIST. HEGENDORPH. interprete: *apud* SECERIUM. (a) 8.° Hagen. 1528.

Horæ B. Virgin. & ſept. Pſalmi pœnitent. cum Litan. & CHRYSOSTOMI de orando Orationes duæ; Græcè: *apud* MARTINUM CÆSAREM. (b) 12. . Antverp. 1528.

S. IRENÆUS contra hæreſes operâ ERASMI denuo recognitus: *ex Officinâ* Frobenianâ. fol. . . Baſil. 1528.

S. CYPRIANI Opera: *apud* SEB. GRYPHIUM. (c) 8.° . . . . Lugdun. 1528.

D. AUGUSTIN. de Spiritu & Literâ: *apud* HERONEM ALOPECIUM. 8.° Colon. 1528.

D. AM-

(a) GESNER. Biblioth. *Eadem fortè Editio, quæ antè* Nonni *Paraphraſi adjuncta memoratur.*

(b) *Menſe* Novembri. Jodocus Velareus *recognoscebat.*

(c) GESNER. Pandect.

(a) GES-

D. Ambrosii Liber de fide resurrectionis acephalus : *apud* Henr. Petr. (a) fol. . . Basil. 1528.

Vigilii Martyris Episcopi *Tridentini* Opus contra Eutychem : *apud* Huldericum Morhardum. (b) fol. Tubing. 1528.

Hieronymi de Hangesto Mariæ Virginis adversùs *Antimarianos* Propugnaculum : *Sub prelo* Ascensiano *impensis* Joannis Parvi. (c) 4.to . Paris. 1528.

Caussa Helvetica orthodoxæ fidei. (d) 4.to Lucern. 1528.

Digestorum sive Pandectarum Juris Civilis Volumina quinque : *ex Officinâ* Roberti Stephani *è regione Scholæ Decretorum.* (e) 8.o . . . . Paris. 1528.

Institutionum Juris civilis libri quatuor : *ex Officinâ* Roberti Stephani. (f) 8.o Paris. 1528.

Galen. de usu partium corporis humani, Latinè, Nicolao Regio *Calabro* interprete : *ex Officinâ* Simonis Colinæi. 4.to . . . . Paris. 1528.

Ejusd. de naturalib. Facultatib. & pulsuum usu : & Æginet. de diebus criticis ; Latinè, Thomâ (g) Linacro *Anglo* Interprete :

(a) Gesner. Biblioth.

(b) *Mense* Martio.

(c) *Ad octavum Calend.* Septemb.

(d) *Expressum* Lucernæ Helvetiorum *orthodoxiâ & Catholicâ Civitate.* M.D. XXVIII. *vigesimâ quintâ* Augusti.

(e) *Volumen primum libros undecim priores, & secundum quatuordecim complectens* M.D.XXVII. IIII. *Idus* Novembr. *Tertium tredecim, & quartum sex,* M.D.XXVIII. XIII. *Cal.* Jul. *quintum quinque* (repone, *sex*) *posteriores.* M.D.XXVIII. VIII. *Idus* Augusti.

(f) IIII. *Non.* Jul.

(g) Supplement. Chronic. *Bergom.* Edit. 1535. p. 435.] Thomas Linacer Anglus, *fidelissimus Græcarum litterarum interpres, cujus Versionis extant nostrâ memoriâ permulta* Galeni *Opera accuratissimè quidem conversa, ut nihil magis integrum aut purum in re medicâ desiderari possit. Quæ omnia suis typis* Colinæus, *vir de re usuriâ apud* Parthilinos *bene meritus summâ diligentiâ excudi curavit. Scripsit præterea Grammatices Elementa, puerorum ingeniis utilissima.*

(a) *His*

terprete : *apud* SIMONEM COLINÆUM.
(a) 8.° . . . Pariſ. 1528.

Ejusd. de plenitude; & POLYB. de ſalubri victûs ratione privatorum ; Latinè, GUINTERIO JOANNE ANDERNACO interprete ; & APULEIUS *Platonicus* de Herbarum virtutibus : & ANTON. BENIVEN. de abditis morb. cauſis: *apud* CHRISTIANUM WECHEL. (b) fol. Pariſ. 1528.

Ejusd libri tres de Criſibus, Latinè, NICOLAO LEONICENO interprete, nunc denuo recuſi, atque ad Græci Exemplaris fidem per (c) JOANNEM HETEROPOLITEM recogniti : *apud* CHRISTIANUM WECHEL. (d) 8.° . Pariſ. 1528.

Ejusd.

(a) *Hos quatuor* Galeni *perutiles Libellos nunquam priùs in* Galliâ *viſos, & ſtylo elimatiore à* Guinterio Joanne Andernaco *perpolitos* * *excuſit* Simon Colinæus, *Anno Salutis humanæ milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo, menſe verò* Decembri. *Linacrus* in Epiſtolâ dedicatoriâ GULIELMO *Cantuar.* Archiep. gratias agit de honorifico ſacerdotio in ſe collato. *Guinterius*, quid in hâc Editione præſtiterit, ſic monet Lectorem : *en habes* Galeni *Libros tres de naturâ facultatibus, elegantiſſimè à* Thomâ Linacro, *Deum immortalem quo viro, in Latinum ſermonem tralatos. His alter de pulſuum uſu eſt additus.* ——— *Qui hactenus in* Galliâ *aut etiam* Germaniâ *lucem non viderunt. Nam* Petrus Bellus *Ducis* Vendovienſis *Phyſicus, nuper ex* Angliâ *primus, quò cum Oratoribus Chriſtianiſſimi* Gallorum *Regis profectus erat, unà ſecum eos advexit : ſed ita quibusdam in locis Typographiorum vitio depravatos, ut falſa interim pro veris, aſcita pro nativis continere, denique non parum quaſi degenerare ab origine viderentur. Quod cùm ſenſiſſet acri vir ingenio, recognoscendum nobis de integro ad Græci Exemplaris veritatem tradidit.* &c.

(b) GALENI Libro GUINTERIUS præmiſit ad *Jacobum* OMPHALIUM *Andernacum* Epiſtolam, in quâ conqueritur de ſuâ & *Omphalii* fortunâ; *quibus adhuc juvenculis* Mecænas *& alter juvenis quoque ſed conſtans tam ſubitò interiit.* APULEIO præfigitur recuſa *Joannis Philippi de Lignamine* (de quo *Annal. Typogr.* Vol. I. pag. 80.) Equitis *Siculi* S. N. D. SIXTI quarti familiaris ad F. DE GONZAGÂ Cardinalem *Mantuanum* Præfatio ; ad cujus patrem LUDOVICUM Marchionem *Mantuanum* à SIXTO Pont. Max. miſſus fuerat, ut eum roſæ aureæ munere donaret.

(c) Cujus Epiſtola ad Lectorem Libro præponitur.

(d) CHRISTIANUS WECHEL *Lectori S.* — *Poſtequam jam ſæpe animadverterem ſtudioſos* C. Galeni *de judiciis Libros deſiderare ; eòque depravatiſſimos apud ſe ſubindè dolere; curavi illico ab Græca lectionis indolem eos conferri, & qualicunque rei familiaris diſpendio fidelius recudi, ut pro meo erga literas bonas amore ſtudioſis usquegratis-*

* Non infrequenter Typographi antiqui uſurpabant hujusmodi flexionem Verbi *excudo*, *excuſi*, *excuſſi*, *excuſſus*,

Ejusd. Introductio ſeu Medicus, & de Sectis, Latinè, GUINTERIO JOANNE ANDERNACO interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° . Pariſ. 1528.

Ejusd. de Different. & Cauſ. Morborum Latinè, NICOLAO LEONICENO interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° . . Pariſ. 1528.

Ejusd. de Arte curativâ ad GLAUCONEM, Latinè, eodem interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1528.

Ejusd. de motu musculorum, & purgatione per medicamenta, Latinè, eodem interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 8.° . . Pariſ. 1528.

Ejusd. Definitiones Medicæ, Latinè, Jonâ PHILOLOGO interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° . Pariſ. 1528.

Ejusd. de facultatum naturalium ſubſtantiâ, quòd animi mores corporis temperaturam ſequuntur, de propriorum animi cujusque affectuum agnitione & remedio; Latinè, JOANNE GUINTERIO ANDERNACO inter-

gratificarer. Quod obſequium, optime Lector, hilari rogo accipias fronte. Brevi ejusdem Autoris Commentarios de diebus judiciariis emiſſurus, quos nunc edidit Guinterius Andernacus. *Vale, anno virginei Partûs* 1528.

(a) Cum GUINTERII Græcis Dimetris *Dorica* Dialecto conſcriptis, & Latinâ Epiſtola ad *Petrum Joannem* OLIVERIUM Abbatem Sancti *Marci* apud *Stuesſonienſes*.

(b) Novembri *menſe*.

(c) *Preſſit* Simon Colinæus *non minore labore quàm vigilantiâ (nam & mutili erant hi libri & à fide Græcanicâ prorſus diſſoni) Anno à Chriſto nato* 1528. *ſexto Idus* Januarias. Cum GUINTERII ad *Jacobum* SYLVIUM Epiſtolâ, in quâ, GALENI, ait, *Libros de musculorum motu* à Leoniceno *in Latinum verſos, & formis venuſtiſſimis exuſos in publicum emiſi; ſed ita, ut ſtili forma omnino relinquereturtur: cogitavi enim eosdem à me verſos ſtudioſis paulo poſt impartire. Erant autem adeò informes ac depravati, ut facilius eſſet totum Opus de integro retexere, quàm emendationi manum admoliri. Quorum autem vitio, Typographorumne an Interpretis tale in hominum manus venerit, affirmare non auſim: certè* Linacer *lectorem monet, ut ſiquid non ad amuſſim exactum in eo offendat, Exemplari parum fido potius imputet quàm* Leoniceno. *&c.*

(d) Cum Præfatione Q. *Niphatii* de magnâ ex Græcis bonis Latina bona faciendi difficultate.

(a) GES-

interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . . Pariſ. 1528.

Ejusd. de Semine, Latinè, eodem interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1528.

ACTUAR. de Urinis, AMBROSIO LEONE *Nolano* interprete.: *apud* CRATANDRUM. (a) 8.° . . Baſil. 1528.

PAUL. ÆGINET. Græcè: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (b) fol. . . . Venet. 1528.

VEGETII RENATI Artis veterinariæ ſive mulomedicinæ libri quatuor: *apud* FABRUM EMMEUM. (c) 4.to . Baſil. 1528.

CORN. CELSI & Q. SERENI Medicina: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (d) 8.° . Venet. 1528.

Libri de re ruſticâ, CAT. VARR. COLUMELL. PALLAD. cum GEORGII *Alexandrini* Enarrationibus: *per* JACOBUM MAZOCHIUM (e) 8.° . Tigur. 1528.

THEMIST. *Euphrad.* in Libros 15. ARISTOT. Latinè, HERMOLAO BARBARO interprete; & ALEX. APHROD. Comment. in Libros de Animâ, Latinè, HIERON. DONATO Interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (f) fol. . Pariſ. 1528.

Scholia

(a) GESNER. Biblioth.

(b) *Menſe* Auguſto. FRANCISCUS ASULANUS STEPHANO *Doctori Regis* Britanniæ *ad ſummum Pontificem Legato S. P. D.* —— *Cùm* Venetiis *fuiſſes, teque* Lazarus Bonamicus *cognoviſſet*, —— *ea is de te prædicavit, ut* Pauli Æginetæ *libros* —— *tuo nomini dicandos putarem.* &c. *Vale.* Venetiis. *Kl. Sextil.* 1528.

(c) Catalog. *Albin.* p. 122. & GESNER. Biblioth.

(d) *Menſe* Martio.

(e) *Chalcographus Lectori. Excuſſimus hæc ad* Aldinum *Exemplar, & vigilantiſſimâ curâ cum aliis quoque Exemplaribus contulimus omnibus modis conati efficere, ne (ut plerumque fit) tam utilis Liber inemendatus ad ſtudioſorum ora perveniret.*

(f) Ad calcem; *in Chalcographiâ* Simonis Colinæi *ad tertium Idus* Februarii. M.D.XXIX.

(a) Lege

Scholia JOANNIS ARBOREI *Laudunenſis* in PORPHYRIUM de quinque vocibus ex ARISTOTELE, BOETIO, AMMONIO, JACOBO FABRO & aliis eruditis Authoribus, (a) RODOLPHO AGRICOLÂ, & JUD. CLICTOVEO collecta: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° . Pariſ. 1528.

Totius Philoſophiæ naturalis Paraphraſes à FRANCISCO VATABLO recognitæ: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 8.° . . . Pariſ. 1528.

EPICTETI Enchiridium cum SIMPLICII Expoſitione, Græcè: *per* JOANNEM ANTONIUM *& fratres* DE SABIO. (d) 4.to . . Venet. 1528.

Græca THEODORI GAZÆ Traductio in CICERONIS de Senectute Dialogum; ejusdem Verſio in Somnium Scipionis: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 8.° Parit. 1528.

JOANNIS FERNELII *Ambianatis* Cosmotheoria: *excudeb.* SIMON COLINÆUS. (f) fol. . . . Pariſ. 1528.

JOACHIMI RINGELBERGII *Antverpiani* Inſtitutiones Aſtronomicæ: *apud* VALENTINUM CURIONEM. 8.° Baſil. 1528.

CLAUDII PTOLOMÆI Almageſtum Latinâ donatum Linguâ ab GEORGIO *Trapezuntio*, per LUCAM GAURICUM *Neapolitanum* divinæ Matheſeos Profeſſorem in Urbe *Venetâ* recognitum: *in Chalcographiâ* LUCEANTONII JUNTÆ *Officinâ*

(a) Lege Epiſtolam ARBOREI ad *Henricum* SENAULIUM Decanum *Roſetenſem*.
(b) *Menſe* Novembri.
(c) *In vico Sancti* Joannis Bellovacenſis *ſub Signo Solis aurei anno* CHRISTI *piiſſimi ſalvatoris, entis entium, ſummique boni* 1528. *menſe* Septembri.
(d) *Menſ.* Jul.
(e) *Mevi* Ἰανλίῳ.
(f) *Anno* CHRISTI *Cœlorum & Siderum Conditoris* M. D. XXVII. *ad Calendas* Februarii.

(a) *In*

cinâ ære proprio ac typis excuſſ. (a) fol. Venet. 1528.

Almanach de B. LE SOURT pour l'an biſſextil 1528. *imprimé ches* SIMON DE COLINES. (b) . . Paris. 1528.

Disciplinarum liberalium Orbis ex P. CONSENTIO & MAGNO AURELIO CASSIODORO; item L. APULEII *Madaurenſis* Libellus de Syllogismo categorico, & CENSORIN. de die natali : *excudebat* JOAN. BEBELIUS. (c) 4.to Baſil. 1528.

FLA. JOSEPHI Opera, Latinè, interprete RUFFINO Aquileienſi : *excudebat* SEBASTIANUS GRYPHIUS Germanus. 8.° . . Lugdun. 1528.

HERODOT. Hiſtoria Latinè, LAUR. VALLÂ & CONRAD. HERESBACHIO interpretibus : *imprimebat* BADIUS *ſuis & JOANNIS PARVI impenſis* (d) fol. Pariſ. 1528.

HERODOTI de Genere Vitâque HOMERI Libellus à CONRADO HERESBACHIO Latinitate donatus: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (e) 8.° . Pariſ. 1528.

XENOPHONTIS HIERO ſive Tyrannicus, Græcè: *apud* THEODORICUM MARTINUM. (f) 4.to . Lovan. 1528.

Les

(a) *In Urbe* Venetâ *Urbium & Orbis Reginâ, horoſcopante Jovis ſtellâ in caloe* Febru. *ad calcem redact. eſt anno Chriſti* 1528. *labente; qui fluxit ab* Adamo *annus, Secundum Hebræos &* Jo. Pic. Mirandul. 5035. P.Oroſ., Bed., Euſeb. 6726. *Apoſtolos & priores Eccleſiæ Patres,* 7027. *Alphonſum* Hiſpaniæ *Regem,* 8512.

(b) Bibliotheq. de *la Croix du Maine.*

(c) *Menſe* Auguſto.

(d) *Menſe* Auguſto. *Animos virtùque ſufficiente* D. Antonio à Pratis *Galliarum Cancellario & Eccleſiæ Romanæ Tit. Div.* Anaſtaſiæ *Cardinali Presbytero.*

(e) Huic Verſioni præit HERESBACHII ad JOANNEM GOGRAVIUM Principis *Clivenſis* Conſiliarium Epiſtola, ex *Homboech.* Non. *Novemb.* 1526. data.

(f) *Menſe* Auguſto.

Les Illuſtrations de Gaule & ſingularités de Troye : *par* ANTOINE DU RY. (a) fol. . . à Lyon. 1528.

Les Cronicques du feu Roy CHARLES ſeptieſme par ALAIN CHARTIER : *imprimés pour* JEHAN LONGIS *Marchant Libraire.* (b) 4.to . . Paris. 1528.

HIERON. GEBUUILLERI Syngramma de contemptæ Religionis Ultione ; & Epiſtola de ortu & origine Oppidi *Hagenou.* 8.o Hagen. 1528.

CICER. Offic. Amic. Senect. Paradox. Somnium Scipionis ; Senect. & Som. Græcè per GAZAM : *apud* JOHANNEM *&* HIERONYMUM FROBENIUM. 4.to . Baſil. 1528.

CICERONIS Topica cum ANICII MANLII SEVERINI BOETII Commentario : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (c) 8.o *. Pariſ. 1528.

Ejusd.

(a) *Mil CCCCC. vingt & huit.*

(b) iii. *de* Decembre , *mil cinq cens* XXVIII.

(c) *Cal.* Septembr. Ad calcem : ROBERTUS STEPHANUS *Lectori.* *Quod ego maximè ſemper optaveram , ut re integrâ priusquam* Boetii *in* M. T. Ciceronis *Topica Commentationes excudi cœpta eſſent , Codicem ejusmodi aliquem nanciscerer , cujus ope adjutus eas tibi integras , ut cæteros quoque noſtræ Officinæ Libros , dare poſſem , id non niſi perfecto penè Opere contigit. Nam Codicem tunc ſum nactus ita antiquum , ut mirum ſit ad noſtram usque ætatem ſervari potuiſſe ; ita rurſus emendatum , ut ab ipſo* Boetio *credi poſſit eſſe ſcriptum. Cùm igitur animadverterem me , quod inſtituveram , præſtare non potuiſſe , ut omni ex parte ſanum Opus acciperes , cum multa in eo tanquam ulcera quaſi desperatis remediis ne attigiſſem quidem , alia non prorſus , uti volebam , curaviſſem ; quod proximum fuit , novâ mihi ea curandi allatâ facultate , te admonendum putavi , qua cuique loco medicina conveniret. Quam ad rem operâ & judicio uſi ſumus eruditi cujusdam , & his in rebus in primis exercitati viri , qui pro ſuo in literarum ſtudioſos optimo animo totam eam partem , quæ à nobis jam excuſa erat , cum antiquo illo Codice diligentiſſimè diebus paucis contulit : quæ autem ſupererant (ſupererant autem poſtremi Libri duo) ea , ut fieri optimè potuit , ex eodem Codice reſtituit. Qua igitur ille vel addenda (nam id aliquoties neceſſe fuit , integris nonnunquam omiſſis ſententiis) vel detrahenda vel quoquo modo cenſuit immutanda , omnia in hunc indicem contulimus , quò ad manum eſſet , quid quòque loco reponere deberes. Primus itaque numerus chartam , ſecundus paginam , tertius * verſum ſignificat. Qua autem poſt numeros ſtatim ſequuntur verba , ea ſunt quæ pro veris ac germanis recipere debes. Vale.*

Correctiones ex fide antiqui & optimi Codicis , quem excuſo penè Libro naſti ſumus , in his Boetii *Commentariis reponenda.* &c.

(a) *Sub*

* Vox *Verſus* hìc *lineam* ſignificat.

Ejusd. *Catilinariæ* cum Commentariis F. Sylvii: *sub prelo* Aſcenſiano. (a) 4.to Pariſ. 1528.

Ejusd. Tusculanæ Quæſtiones per Erasmum emendatæ & Scholiis illuſtratæ: *ex Officinâ* Roberti Stephani. (b) 8.° Pariſ. 1528.

Ejusd. Orator. Partition. & de opt. gener. Orator. *ex Officinâ* Roberti Stephani. (c) 8.° Pariſ. 1528.

In easd. Commentaria Georg. Vallæ: *ex Officinâ* Roberti Stephani. 8.° Pariſ. 1528.

Commentarii Jo. Badii Aſcenſii in Quintiliani Inſtitutiones denuo auctı non prætermiſſis Raphaëlis Regii caſtigationibus; (d) Commentarii familiares Jo Bad. Aſcenſii in Declamationes nuper editi: *ſub prelo* Aſcenſiano. (e) fol. Pariſ. 1528.

Theocriti Idyllia Græcè: *apud* Theodoricum Martinum *Aloſtenſem.* 4.to Lovan. 1528.

Arstophanis Comœdiæ novem, Græcè: *ſumptibus Ægidii Gormontii, ſtudio* Joannis Cheradami, *labore & induſtriâ* Petri Vidovæi. (f) 4.to Lutet. 1528.

Aristophan. Nubes ac Plutus, Græcè, Phil. Melanchthonis Scholiis breviſſimis adnotatæ: *per* Joannem Secerium. (g) 4.to Hagen. 1528.

Sopho-

(a) *Sub Natalem Dominicam.*
(b) XVI. *Cal.* Septembr.
(c) *Prid. Id.* Octobr.
(d) *Ad Calendas* Maias.
(e) *Ad* X. *Cal.* Junias.
(f) Singulæ Comœdiæ ſeorſim excuſæ eundem annum gerunt, ſed menſes diverſos; ad finem *Pluti*, μηνὶ μεταγειτνιῶνος ιθ. Ranar. μηνὶ ποσειδεῶνος ιι. Acharn. μηνὶ ποσειδεῶνος λ. Vesp. μηνὶ γαμηλιῶνος κθ. Iren. μηνὶ ἐλαφηβολιῶνος κθ. Eccleſiaz. μηνὶ ἐλαφηβολιῶνος λ. Idem *Cheradamus* in *Gormontii* Officinâ *Chryſoloræ* Grammaticen Græcè in 8. edidit, & *Raulino Seguierio* Domino *Crandiſilne* dicavit: ſed anni nota nullibi comparet.
(g) *Menſe* Junio.

(a) Ar-

SOPHOCLIS Tragœdiæ ſeptem, Græcè: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° . . Lutet. 1528.

TERENTII Comœdiæ: *apud* PETRUM VIDOUÆUM. 12. . . Pariſ. 1528.

HORATII Opera, cum Annotatiunculis in margine adjectis, & NIC. PEROTTI de Metris Odar. HORAT. libello: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° Pariſ. 1528.

Eadem, cum Comment. ACRONIS, PORPHYRIONIS, MANCINELLI, BADII; & Adnotat. MATTHÆI BONFINIS ac ALDI MANUTII: *venundantur apud* JOANNEM PARVUM; PETRUS GROMORSUS *excudebat.* (c) fol. . Pariſ. 1528.

OVIDII Amatoria: *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (d) 8.° . Florent. 1528.

LUCANI Pharſalia: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1528.

JUVENALIS Satyræ, cum Annotatiunculis in margine adjectis: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1528.

PERSII Satyræ cum Annotatiunculis in margine

(a) Ἀκτεμβρίῳ μηνὸς ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. Cum erratorum Indice trium paginarum, SOPHOCLIS Vitâ, & in eundem Epigrammatibus.

(b) *Menſe* Octobri. *In almâ* Pariſiorum *Academiâ, ſub Sole aureo, vici Divi* Joannis Bellovacenſis.

(c) Ad calcem adjiciuntur quædam Epigrammata; è quibus duo hæc libuit inſerere.

IOANNIS BRETELLI *Druyda ad* PETRUM GAUDOUL *impreſſoria Artis Architectum præclariſſimum.*

„ Nil magis *Acroni Flaccus* debere videtur,
„ Quòd tibi præclarum munus uterque
„ dedit.
„ Ille occulta ſuo recluſit ſenſa labore:
„ Curâſti emunctis Carmina ſcripta
„ notis.

BIBLIOPOLA AD LECTOREM.

„ Livide, ſiquid obeſt, genuinum com-
„ prime; non eſt
„ Digna *Theonino* dente *Minervæ* levis.
„ At tu ſiquis eris (ſed eris) mihi, can-
„ dide Lector,
„ Aſſurge auſpicibus præſidiisque meis.

(c) *Menſe* Decembri.

(a) *Menſe*

margine adjectis : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . . Paris. 1528.

MARTIALIS Epigrammata : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Paris. 1528.

SALMONII MACRINI *Juliodunensis* Carminum Libellus : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Paris. 1528.

PAULI CERRATI *Albensis Pompeiani* de Virginitate libri tres : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Paris. 1528.

ANTONII THYLESII Araneola : *operâ* BERNARDINI VITALIS *Veneti*. (a) 4.to Venet. 1528.

P. CURSII Civis Rom. ad Humani Generis Salvatorem in Urbis *Romæ* excidio Deploratio : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.° . . Paris. 1528.

HELII EOBANI *Hessi* de tumultibus horum temporum Querela : *excudebat* FEDERICUS PEYPUS. (c) 8.° . Norimb. 1528.

Ejusd. Bucolica : JOANNES SECERIUS *excudit*. (d) 8.° . . Hagen. 1528.

HIERON. GEBUUILLER. de contemptæ Religionis Ultione ; & Ortu Oppidi *Hagenou*. 8.° . . Hageno. 1528.

MACROBIUS ; & CENSORINUS de die natali : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *soceri*. (e) 8.o . Venet. 1528.

JACOB. TUSANI Annotat. in BUDÆI Epistolas priores : *apud* ANDREAM CRATANDRUM. (f) 4.to . Basil. 1528.

BUD.

(a) *Mense* Junio.
(b) *Mense* Maio.
(c) *Die sexto* Decembris.
(d) *Mense* Augusto.
(e) *Mense* Aprili.
(f) *Mense* Augusto.

(a) *Postridie*

Bud. de Contemptu rerum fortuitarum: *in Officinâ* Aſcenſianâ. (a) 4.to	Pariſ.	1528.
Ejusd. de aſſe & partibus ejus libri quinque: *operâ & impenſâ* Joannis Soteris. (b) 8.° . .	Colon.	1528.
Angeli Politiani Operum Tomus primus, Epiſtolarum libr. xii. & Miscellaneorum Centuriam unam complectens: Sebastianus Gryphius Germanus *excudebat.* (c) 8.° . .	Lugd.	1528.
Erasmi Epiſtola conſolatoria in adverſis: *excud.* Sebastianus Gryphius *Germanus.* (d) 8.° . .	Lugdun.	1528.
Ejusd. de duplici copiâ verborum ac rerum Commentarii duo; & de ratione ſtudii; & de laudibus litterariæ Societatis *Argentin. apud* Simonem Colinæum. (e) 8.° . . .	Pariſ.	1528.

Epiſtolæ

(a) *Poſtrid. Cal.* April. Jo. Badius Ascensius Jacobo Tusano & Joanni Gto Casletano D. Guliel-mi Budæi *domeſticis auditoribus, amiciſque prarariis & Græcè & Latinè inter primos doctis, S. Et officiosè & ſolerter feciſtis, viri optimi, qui floſculos quosdam elegantiarum ſermonis Latini in excultiſſimis* Budæi *de rerum fortuitarum contemptu Libris, qui earum reſertiſſimi ſunt, dum eos aut liberis prælegeret, aut amicis ſciscitantibus (ut eſt humanus) exponeret; aut ipſi in eosdem hortos ſæpè incidentes ſic colligendos curâſtis, ut etiam noſtris liberis veſtra eruditionis ſtudioſis excribendos concrederetis.* &c. *Ex Typographiâ noſtrâ ad decimum Calendas* Matas. M.D.XXVI.

(b) *Menſe* Auguſto. De hâc Editione lege *Hiſtor.* Stephan. p. 9.

(c) Sebastianus Gryphius *Lectori S. Quam vera emendatè loquendi facultas non meliùs aliunde, nec citiùs perfectiúsve paretur (ut* D. Erasmus, *noſtræ ætatis unicus* Apollo, *teſtatur) quàm cum ex caſtigatè loquentium colloquio convictâque, tum ex eloquentium Authorum aſſiduâ lectione; rursum barbaries è ſcabroſis illis, ſpinoſis ac conclamatis Autoribus contrahatur; ſic, ut inveniantur, qui perpetuum quinquennium in* Ciceronis *elucubrationibus lectitandis contriverint* &c. *Eò & nos hanc barbariei ſtrenuum oppugnatorem in Enchiridii formam contractum his formalis minutioribus excudimus* &c. Angelus *hic eſt, politiſſimus ille* Politianus, *quem* Medica *Familia & ſævis benignè, & religiosè coluit;* Hermolaus Barbarus, Picus Mirandula, *aliique complures doctiſſimi viri tot tantisque celebrârunt encomiis. Eum —— integrum emendatúmque damus: adjecti Græcorum interpretatione,* Jacobo Tuſano *viro in utraque Linguâ doctiſſimo Authore* &c.

(d) Ad Libri calcem: *Lectori S. Hujus Operis jam aliquot folia noſtris excuſa typis prodierant; cum in manus noſtras inciderunt* Chriſtophori Hegendorphini *viri doctiſſimi Scholia (ut vocant) marginalia —— Quæ —— in his noſtris Codicibus*

Epistolæ duæ; GERMANI BRIXII altera; altera ERASMI, quâ calumniam à suo *Ciceroniano* depellit: *apud* CHRISTIANUM VUECHEL. (a) 8.° . . . Lutet. 1528.

ERASMI Enchiridion Militis Christiani: MICHAEL HILLENIUS *excudebat.* (b) 8.° . . . . 1528.

Ejusd. de Latini Græcíque Sermonis pronunciatione Dialogus; & Ciceronianus; & Deploratio mortis JOANNIS FROBENII: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) 8.° Parisiis. 1528.

HADRIANI H. S. *Chrysogoni* Cardinal. *Batoïen.* de Sermone Latino & modis Latinè loquendi; Ejusd. Venatio ad ASCANIUM Cardinal. & Iter JULII II. Pont. Rom. *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Parisiis. 1528.

THOMÆ LINACRI de emendatâ structurâ Latini Sermonis Libri sex: *apud* ROBERTUM STEPHANUM. (e) 4.to Parisiis. 1528.

ANDREÆ GUARNÆ *Salernitani* Patri-

cii

cibus suis locis apponenda curavimus duntaxat incipientes a folio quadragesimo primo: jam enim Librum eò usque excuderamus, cùm ad nos hæc Scholia pervenerunt. Quæ verò pars ad folia iam à nobis impressa pertinebat, huc ad calcem Operis eam adjecimus &c. Additur præterea Græcorum Expositio; & *Georgii* MAJORIS in ERASMI Copiam tabulæ, qui (ut ibi affirmat) ante aliquot menses *Philippi* MELANCHTHONIS de Rhetoricâ Institutiones ediderat in fasciculum constrictas.

(a) *Excudebat* Simon Silvius.

(b) *Mense* Novembri.

(c) *Mense* Julio. Eadem excusa sunt *in Officinâ* Frobenianâ. 8.o *Basileæ* 1528. *Mense* Martio.

(d) HADRIANUS *Cardinalis Sancti* CHRYSOGONI CAROLO *Principi* Hispaniarum *Salutem.* ——— *Cùm mihi tantum nunc otii sit, quantum antea negocii esse solebat,* ——— *Latini Sermonis locos* ——— *in lucem proferre curavi* &c. *Erat in animo prosequi cœptum jampridem Opus, sacros veteris instrumenti Libros ex Hebræo ad verbum in Latinum Sermonem vertendi. Sed cùm me procella temporum in* Tridentinas *rupes detruserit* ——— *hæc sum aggressus: quæ si gravitate aut magnitudine paria non fuerint, utilitate quidem, ut arbitror, & splendore tuo non minora reddentur* &c.

Cùm Bononiæ *viri me aliquot eruditi, officii causâ, convenissent* ——— *audirémque eorum plerosque* Apulcii, Sidonii, Capellæ, Fulgentii, *non tam verbis, quàm fœtoribus scaturire* ——— *multáque ego liberè contra eorum sermonis insolentiam protulissem* ——— *ea literis mandare volui, ut qui hæc legerint, malorum Authorum imitatione omissâ, perfectos illos Latini candoris parentes æmulentur.*

(e) XIII. *Calend.* Febr. Sic ad calcem legi;

cii *Cremonenſis* Bellum Grammaticale : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° Pariſ. 1528.

JOH. BRUCHERII Comment. in ſeptem Sapient. Sentent. *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1528.

PHIL. MELANCHTHONIS Oratio de Legibus & de Gradibus ; ac Præfatio in ÆSCHINIS & DEMOSTHENIS Orationes ; & interpretatio Orationis CRITIÆ contra THERAMENEM ex XENOPHONTE : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (a) 8.° . . Pariſ. 1528.

SANCT. PAGNINI Abbreviatio Inſtitution. Hebraïcarum : *apud* SEB. GRYPHIUM. (b) 8.° . . Lugdn. 1528.

THEODORI FABRITII Inſtitutiones in Linguam Sanctam : *apud* JOANN. SOTEREM. 4.to . . Colon. 1528.

EMMAN. CHRYSOLOR. Grammatices Epitome cum Adnotat. *apud* BEBELIUM. (c) 8.° . . Baſil. 1528.

PHIL. MELANCHTHONIS Grammatica Latina : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 8.° . . Pariſ. 1528.

Ejusd. Syntaxis : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.° . Pariſ. 1528.

Ejusd. Dialectica, ab Autore adaucta & recognita, ita ut in multis veterem non queas agnoscere : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (f) . . Pariſ. 1528.

LAUR.

legitur : ſed in Libri titulo, *ex Officinâ* Roberti Stephani *è regione Scholæ Decretorum.* M. D. XXVII.

(a) VIII. *Idus* Auguſti.
(b) GESNER. *Pandect.*
(c) GESNER. *Biblioth.*
(d) XII. *Cal.* Novembr.
(e) *Cal.* Septembr.
(f) X. *C*

(a) *Menſe*

LAUR. VALLÆ Elegantiarum adeps ex ejus de Linguâ Latinâ Libris per BONUM ACCURSIUM *Piſanum* collectus: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° Pariſ. 1528.

La maniere de tourner en Langue Françoiſe les Verbes: *de l'Imprimerie de* ROBERT ESTIENNE *vis a vis l'Escolle de Decret.* (b) 8.° . . à Paris. 1528.

Biblia Lat. 6. Vol. [1] 24. . Pariſ. 1529.

Eadem. [2] fol. . . Lugdun. 1529.

Eadem. *apud* Jo. PETRÆUM. [3] 8.° Noriber. 1529.

Eadem, non ſolùm ad Hebraïcam veritatem, verùm & ad vetuſtiſſimorum & emendatiſſimorum Codicum fidem recognita &c. *apud* QUENTEL. [4] fol. . . Colon. 1529.

Pentateuch. Joſ. Judic. & Ruth., Latinè: *apud* Jo. CLEIN. [5] 16. . Lugd. 1529.

Eadem. & Nov. Teſtam. Latinè, cum Præfatione MARTINI LUTHERI: *apud* NICOLAUM SCHEIRLEIZ [6] fol. Witteb. 1529.

Pſalterium translationis veteris correctum à MARTINO LUTHERO. [7] 8.° Witteb. 1529.

Biblia Latina ex Hebr. BUCERI. [8] 4.to Argent. 1529.

Biblia Gallica gloſſata, 2. Vol. *apud* Jo. PETIT. [9] fol. . . Pariſ. 1529.

Nov. Teſtam. Gallicè, FABRI. [10] 12. . . 1529.

Biblia Germanica HETZERI. [11] fol. Worma. 1529.

Libri

(a) *Menſe* Februario.
(b) *Ou Mois de* May.

1,2,3,4,5,6,7,8,9,10,11,12,13,14,15,16. LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) Jo.

Libri Apocryphi Germanicè. [12] 8.° Aug. Vind. 1529.

Nov. Teſtament. German. EMSERI, curâ Jo. DIETEMBERGERI. [13] 8.° Colon. 1529.

Biblia Helvetica juxta Hebraïcam & Græcam fidem, ex LUTHERI & Miniſtrorum *Tigurinorum* Verſione; 3. Vol. *apud* FROSCHOVERUM. [14] fol. Tiguri. 1529.

Biblia Belgica: *apud* VORSTERMAN. [15] fol. Antver. 1529.

Nov. Teſtam. Danicè ex vulgatâ Latinâ, interprete JOANNE MICHAELIS. [16] 8.° Antver. 1529.

Septem Pſalmi pœnitentiales Hebraïcè, cum JOANNIS REUCHLINI *Phorcenſis* Latinâ Verſione & Commentariolis: *apud* JOSEPHUM CLUGUM. (a) 8.° Witteb. 1529.

Tredecim Articuli fidei *Judæorum*, & Compendium Hiſtoriarum JOSEPHI per JOSIPPUM *ben* GORION; & decem Captivitates *Judæorum*; Hebraïcè & Latinè, interprete SEB.

(a) Jo. REUCHLIN. Phorc. JACOBO LEMPO *Doctori egregio S. D. P.* — *Feci Rudimenta Hebraïca Linguæ, quæ multo ſudore & algu, prece, præmio & precio per longa tempora corraſeram, haud ſinè incredibili diligentiâ & ære non parvo publicius imprimi. Qui Liber Rudimentorum meorum cùm ferè integrum Hebraïcè intelligendi artificium contineat, non poteſt derepente tanto uſui eſſe, niſi & adhibeantur aliqua Volumina Bibliæ, quâ quidem ipſa tota Lingua conſtat. Sperabamus autem indubitatâ fide multas ad nos ex* Italiâ *Biblias Hebraïcas* Soncini, Piſaurive *aut aliis in locis impreſſas cum cæteris* Judæorum *Libris quotidie venturas; quæ cùm obſiſtente grandi bello, quod Auguſtus Imperator* Maximilianus *jam diu in* Italiâ *feliciter gerit, Emporio noſtro non afferuntur, tentanda nihilominus via eſt, ne nos ipſi nobis deeſſe videamur: in quo fateor tarditatem meam diſcendi cupidis oneroſam. Dudum enim aliquid præterea Hebraïcæ doctrinæ ſtudioſis, quo ſe juvarent, edidiſſem certè, ſi non in dies audiviſſem brevi futurum eſſe quippiam admiratione & omnium lectione dignum, quod neſcio qui* Peperiphrones *cum ſuo* * Pepericorno Judæo *illo baptizato calumniatore meo proferre pollicerentur. Ego verò jam † quintum annum ſupra expectavi* &c. *Poſthabuis adverſariis, expoſui jam omnibus in Hebraïcâ Scripturâ eruditis ſeptem Pſalmos pœnitentiales totis viribus ediſcendos.* &c. *Suſcipe igitur munuſculum hoc* &c. Stutgardiæ, *Kalendis* Sextilibus, *anno* M.D.XII.

(a) *Menſe*

* Cujus frequens mentio in Epiſtolis obſcurorum virorum: quique propriè vocatus Pfefferkorn.

† Hinc colligo ejus Rudimenta (quæ nondum vidi) Hebraïca anno circiter 1506. prodiiſſe potuiſſe; nam hæc Epiſtola data eſt 1512.

SEB. MUNSTERO : *apud* PETRUM SCHŒFFER. (a) 8.° . Wormat. 1529.

AUGUSTINI EUGUBINI recognitio Vet. Teſtamenti ad Hebræam veritatem, collatâ Editione LXX. & Vulgat. *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* 4.to Venet. 1529.

Concordant. Biblic. Major. *apud* SEB. GRYPHIUM. (b) 4.to . Lugd. 1529.

D. Jo. CHRYSOSTOMI in *OMNES S. PAULI EPISTOLAS* interpretatio, Græcè, Tom. 4. *excuſ. typis æreis per* STEPHANUM *& fratres* à SABIO. (c) fol. Veronæ. 1529.

Ejusd. ad Epiſcopos vinctos, ad INNOCENT. Epiſc. *Romæ*, ad CYRIACUM Epiſtolæ, πρὸς τὸς ἐγκαλέσαντας ὑπὲρ τῦ μήκυς τῶν συνοικίων, πῶς δεῖ τιμᾶν τοὺς τῶν ἀδελφῶν ἁμαρτήμασι, καὶ ταπεινοφροσύνης, πραότητος, καὶ μὴ ἀνυθεματίζειν, εἰς τὸν Προφήτην Ἠλίαν; Græcè, cum ERASMI Præfatione: *in Officinâ* Frobenianâ. (d) 4.to . Baſil. 1529.

EPI-

(a) *Menſe* Septembri.

(b) GESNER. *Pandect.*

(c) *Quarto Kalendas* Julias. Ὁ Βερόης ὑπὸ Ϝ Στεφάνε Ϝ Σαβίων καὶ τῶν ἀντὶ ἀδελφῶν ὑπότυπῶν, ὁ ῥήτωρ ἀνὴρ ἐπιμελείας πολλῆς, ἀλλ' ὅμως ἀνθρώπινος, καὶ παῦρα Ϝ βιβλία, ἐξ ὧ ταῦτα περιελήφθησαν, παλαιότατα ὄντα, καὶ ὑπὸ Ϝ γκρωσέδη σεσηπότα καὶ ἠμιβρώτα τὸ δὲ μέγιστον, μύρια τοῖς ὑπότυπῶσι πταίσμασι. Ἐπειδὴ δὲ ἀνέρασπτος τυγχάνομεν ὄντες, καὶ τὸ σφάλλεσθαι ἀνθρώπινον μᾶλιστά ἐστι, τοῖς μὲν Χαλκογράφοις, εἴ τινί πᾳ ἀδιορθώτῳ ὑπέτυχε, συγγνώσκειν προσήκει, τῷ Ϝ Ἰωάννῃ Ματθαίῳ τῷ Γιβέρτῳ τῷ Ϝ Βερόνης ἐπισκόπῳ παιδεύσαντι καὶ διεσβεστάτῳ πολίσματι ἐλέσθαι χάριν, οἷς δυνάπεις μὴ Ϝ μιᾶς φιασμῷ ἐπαυδᾶσι, ὧν ὕπνε ἀφιλιμάτε καὶ πολυλήκυε συγγενόμενοι ἐς τὰς τῶν ὑπερβῶν καὶ σπουδαίων χεῖρας ἐπεξίσεις. ἵτ' μετὰ τὸν Ϝ περὶ ὕπνε τόμον ε φκθ!

(d) *Ornatiſſimo Juveni* CAROLO VTENHOVIO Gandavo DES. ERASMUS Rot. *S. D.* —— *Sollicitat indolem tuam exemplar domeſticum patris tui* Nicolai Vtenhovii, —— *quo* —— *multis annis nemo* Gandavi *principali totius* Flandriæ *Concilio majore cum laude præſederit.* —— *Paravi Libellum hunc* —— *fragmenta quædam* Joannis Chryſoſtomi. *&c. Erat animus juſtum aliquod hujus Auctoris Opus dare ſtudioſis. quando jam plerique Græca malunt quàm Latina, nec ulla tam felix támque fidelis interpretatio, quin præſtet ex ipſis haurire fontibus; ſed novi typi nondum erant ſatis apparati. &c. Sed non imponam Epiſtolæ finem, donec Epitaphia, quæ patris tui memoriæ dicavi, recitavero. Latinum &c. Græcum &c. Bene vale,* Baſileæ. *Calend.* Febr. M.D. XXIX.

(a) Cum

EPIPHANII Episcop. *Cypri* Comment. de Prophetar Vitis Græcè & Latinè, ALBANO TORINO interprete ; SOPHRON. de Vit. Evangeliſtar. Græcè cum Latinâ HIERONYMI Verſione ; Parabol. & miracul. Evangeliſt. per GREGOR. *Nazianz.* Græcis verſibus, cum Latinâ Verſione ; HIERONYM. Vitæ Scriptor. Eccleſ. Latinè cum Græcâ SOPHRONII Verſione & ERASMI Scholiis ; GENNADII Catalog. virorum illuſtrium : *apud* ANDREAM CRATANDRUM. (a) 4.to . Baſil. 1529.

LACTANT. de Opificio Dei, cum ERASM. Schol. *apud.* FROBEN. (b) 8.o Baſil. 1529.

Id. de eodem cum ejusd. Scholiis : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) 8.o Pariſ. 1529.

D. AUGUSTIN. Opera, 8. Vol. *per* HIERONYMUM *&* JOANNEM FROBENIUM. (d) fol. . . Baſil. 1529.

Ejusd. de conſenſu Evangeliſtarum. 8.o Colon. 1529.

D. HIERONYMI Opera omnia : *apud* SEB. GRYPHIUM. (e) fol. . Lugd. 1529.

HAYMONIS Episcopi *Halberſtatten.* in 12. Prophet minor. & in Cantic. Canticor. Commentarii : *ex Officinâ* EUCHARII CERVICORNI, *procurante* GODEFRIDO HITTORPIO *Cive & Bibliopolâ* Colonien. (f) 8.o . . Colon. 1529.

Decreta

(a) Cum præfixâ *Albani* TORINI ad *Petrum* MORNIOSUM apud D. SULPITIUM *Salaudiæ* Abbatem Epiſtolâ.

(b) GESNER. *Biblioth.*

(c) ERASMUS TIELMANNO GRAVIO *ſive* à FOSSA, *S. D.* ——— Lactantius *ad* Demetrianum *ſcripſit & duos Epiſtolarum Libros, qui utinam extarent. Id Opuſculum* de Opificio Dei *aliquot diebus* opellâ, *partim ex additione* Aldinâ, *partim ex vetuſtiſſimi Codicis fide repurgavi mendis, in quibus reperias aliquot, quæ nullâ divinatione poterant reſtitui.* ——— Baſileæ. *decimo Cal.* Martias. 1529.

(d) CAILLE, pag. 35.

(e) GESNER. *Pandect.*

(f) *Pridie Nonas* Auguſtas *anni* M. D. XXIX. Adolpho Rincho, Arnoldo Segenio *Coſſ.*

(a) *Die*

Decreta Provincialis Concilii *Senonenſis* celebrati anno 1529. ſed ANTONIO à PRATO, S. *Anaſtaſ.* Presbyt. Cardinal. *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI, *ad Signum Solis aurei, è regione Collegii* Bellovacenſis. (a) fol. . . Pariſ. 1529.

Compendium Veritatum contra *Lutheranos* ex Actis Concil. *Senonenſ.* per JUDOCUM CLICHTOVEUM *Neoportuenſem* Doctorem Theologum *Pariſienſem* & Canonicum *Carnotenſem*: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (b) fol. . . Pariſ. 1529.

Stylus Eccleſiaſticæ Jurisdictionis Archiepiſcopi *Bituricenſis*: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) 8.° . . Pariſ. 1529.

Vocabulaire du Pſautier expoſé en François avec les Declinaiſons & Conjugaiſons des Noms & Verbes contenus au dit Pſautier pour l'inſtruction en Grammaire de Monſeigneur d'Angoulesme & Madame Magdaleine ſa ſœur enfans de France: *imprimé par* FRANÇOIS DE COLINES. (d) 8.° à Paris. 1529.

PAULI SONCINATIS Epitome Quæſtionum JOHANNIS CAPREOLI ſuper Libros Sententiarum: *apud* JOHANNEM CRISPIGNAM. (e) . . Lugd. 1529.

DIOSCORIDIS Opera Græcè & Latinè, interprete MARCELLO VERGILIO Secretario *Florentino*, cum ejus Notis: *operâ & impenſâ* JOANNIS SOTERIS. (f) fol. Colon. 1529.

THEO-

(a) *Die vigeſimâ ſeptimâ Menſis* Septembris.

(b) *Die quartâ Menſis* Septembris.

(c) Biblioth. *Tellerian.* p. 196.

(d) Sic in Bibliotheq. DU VERDIER pag 1190. Donec mihi contingat hunc Librum videre, cùm nulla *Francisci* COLINÆI adhuc notitia occurrat, ſuſpicor hunc Librum forſan excuſum apud *Franciscum* STEPHANUM & *Simonem* COLINÆUM, quos ſocios in Arte typographicâ fuiſſe compertum eſt.

(e) *Cremon.* Litterat.

(f) *Menſe* Auguſto. PHILIPPO BU-

THEOPHRAST. Plant. Latinè, THEOD. GAZâ interprete : *vænit apud* ÆGIDIUM GOURMONTIUM *in viâ ad divum* Jacobum *ſub Interſignio trium Coronarum.* 8.° Pariſ. 1529.

CELS. de re medicâ ; & SCRIBONII LARGI Liber compoſition. medicinal. induſtriâ JOANNIS RUELLII nunc primùm tineis & blattis ereptus : *apud* CHRITIANUM WECHELUM. (a) fol. Pariſ. 1529.

SCRIBON. LARG. de Compoſitione medicament. *apud* CRATANDR. (b) 8.° Baſil. 1529.

CŒLII AURELIANI *Siccenſis* tardarum paſſionum Libri V.; ORIBASII SARDI JULIANI Cæſaris Archiatri Euporiſt. Libri III.; Medicin. Compen. Lib. I.; curation. Lib. I.; trochiſcorum confect. Lib. I.; Latinè : *excudebat* HENRICUS PETRUS (c) fol. Baſil. 1529.

ÆGIDII MONACHI natione Græci Opuſcula de pulſibus & urinis metricè : *apud* THOMAM WOLFIUM. (d) 8.° Baſil. 1529.

NICOL. LEONICEN. de PLINII & alior. Medicorum errorib. cui addita ſunt quædam ejusd. Autoris de Herb., Frutic., Animal., Metall., Serpent., & tiro ſeu viperâ : *excudeb.* HENRICUS PETRUS. (e) 4.to Baſil. 1529.

GALEN.

(e) 8. *Id.* Sept. Attende, Lector, quàm ſollicitum habuerit ERASMUM illa ſecunda & prima Paraphraſeos Editio. En ERASMI querelam ; in Epiſtolâ ad *Petrum Ægidium* (de quâ antea in XENOPHONT. HIERON. ann. 1530.) pag. 63. *Profiliit in lucem primùm* (*ut audio*) Colonicæ, *mox* Lutetiæ *Libellus, cui titulum ſciliet fecerunt*, Paraphraſis ERASMI in Libros elegantiarum *Laurentii* VALLÆ. *Demiror, quid mentis aut frontis habeant homines iſtiusmodi, qui tantum juris ſibi ſumunt in ſcripta aliena, idque vivo Autore. Olim vix natum annos viginti literator quidam, qui gregem recèns collegerat, oravit me, ut offenderem, quis Autor potiſſimùm conduceret pueris ad diſcendum Latinè. Commendavi* Laurentianum *Opus de Elegantiis. Reſpondit illum fuſiùs ſcribere, eâque cauſâ parum idoneum, qui pueris prælegeretur, ſibi verò non eſſe tantum otii, ut ex eo decerperet precipua. Hæc erat illius oratio, ſed rovera non intellecturus erat* Laurentium, *etiam ſi maximè fuiſſet legendi & relegendi otium. Itaque precibus & blanditiis vitia eſſe mea facilitas. Curſim revoluto* Laurentio *enotavi, qua tali literatori congruere videbantur, adèo nihil cogitans de edendo, ut exemplar nec apud me ſervaverim, nec ab illo unquam repetiverim. Hoc nunc me & vivo nec monito typis evulgant, ac titulum ſuo arbitratu affingunt. Is, qui præfatur in Libellum* Cornelii Croci, *putat hoc Opus*

à me ſcriptum Lutetiæ, *quum illa notârim in* Hollandiâ *annis ſeptem, priusquam viderem* Lutetiam. *Nam quod* Lutetiæ *ſcripſeram, ingens erat hoc Volumen, nec id in hoc paratum ut exiret in manus hominum. Inſinuârat ſe in diſciplinam meam* Anglus *quidam, quem ubi comperiſſem Lipſiam verſus quàm hominem, nec ingenio nec memoriâ valere, mêque prorſus incaſſum voces fundere, cœpi illi craſſius notare, ac veluti pingere, quæ docet* Laurentius. *Hoc quum illi vehementer placeret, ac mihi ſpem profectûs nonnullam oſtenderet, perfici quod inſtitueram. Unicum Exemplar meâ manu ſcriptum illi tradidi, ſed adjurato, ne cuiquam communicaret. Audio nec ab hâc ſervatam fidem, certè ab edendo temperatum eſt. Ad alterum Libellum redeo: nônne vehementer atrox injuria videatur, ſiquis, quod alius in adoleſcentiâ vel in amici gratiam vel exercendi ingenii cauſâ luſſiſſet, eodem ſano, vivo, & ſi ſciat, invito typis evulgaret. Sed atrocius eſt, quod addiderunt: Libellum redegerunt in ordinem literarum, & hâc operâ totam argumenti naturam fructúmque corruperunt, eò quòd vocum proprietates ex collatione mutuâ diluceſcit; veluti quum indicatur, quomodo diſcrepent, vel ſignificatione vel uſurpatione*, quamvis, quanquam, etſi, tametſi, licèt, *&c. Hæc igitur inter ſe cognata ſi per ordinem literarum ſeparentur, nônne pars utilitatis perit, & argumenti ratio corrumpitur?* ——— (pag. 68.) *Idem olim accidit in* Colloquiis. *Libellum meum iſthic extuſum nolim, non tantùm ob id, quòd nan minùs ſordidè tractatum videam quàm inemendatè, verùm etiam quòd intelligam id, quod ſubverebar, evenîſſe, τὸν ἀνέγνω φαυλότερον.* Quoniam *exiſtimabam hoc ab amicis iſthic agentibus rectius poſſe dispici, rem ad illorum arbitrium detuleram, ſive vulgandum ſive premendum cenſerent. Nam ſi fuiſſet mihi certum edere, poteram hîc & commodius & celeriùs & emendatiùs. Mihi nonnulla ſpes erat fore, ut juvenis reſponſionis meæ comitate ſubmonitus verteret ſcribendi genus, præſertim quum nomen quoque ſuppreſſerim. Nam ipſe quidem omnibus naturâ faveo, qui conantur induſtriâ ſuâ qualicunque promovere rem literariam. Sed quando perſpicere mihi videor malum immedicabile, certum eſt illum ſuo morbo relinquere.* &c. In illâ ſecundâ (nam prior nondum mihi occurrit) Paraphraſeos Editione, hæc habetur ad Lectorem Præfatiuncula. *Lectori. Paraphraſim in Elegantias* Laurentii Vallæ *ſi quondam cùm eſſet* Lutetiæ, *ſcripſiſſe fatetur* Erasmus Roterodamus *in quâdam Præfatione: quam non ita pridem ad nos allatam cùm percurriſſem, in eâque ſæpius* Teutonicè *ab* Erasmo *ſcripta quædam, ut qui rudiſſimo homini ea dictâſſet, animadvertiſſem; operæ pretium factûrum me exiſtimavi, ſi & ea ipſa profectûs tui ſtudio in Gallicam Linguam transferrentur: tranſlatâque noſtris typis quàm emendatiſſimè fieri poſſet, excuſſa in noſtratium manus venirent. Vale; & quod in rem tuam factum eſt, boni conſule.* Et ante *Cornelii Croci* farraginem: Cornelius Aurelius Lopsenus Joanni Berio *meritiſſimo apud* Roterodamum *Gymnaſiarchæ S. D. P.* ——— *Fragmentum iſtud* Cornelii Croci, *adoleſcenti mirè dextri ingenii judiciique ſatis exacti* ——— *quidam ex auditoribus ejus nobis dedit utendum.* ——— *Labor is modò exiguus, & quidem non inauſpicato, non tamen ad umbilicum ductus eſt. Proindè confido futurum, ut brevi* ——— *pergat abſolvere. Liberavi meam apud te fidem de edendâ in* Laurentium Vallam *Paraphraſi. Verùm meritò mihi indè male fortaſſe metuendum eſt, quòd* D. Erasmi *veteris olim mei commilitonis inimicitias conflare ſtuduerim. Parum enim candidi eſt animi, Librum edere, quamvis egregium, invito Authore. Fateor equidem. Cæterùm quâ ratione ille porrò ſeſe pulchrè ſcilicet excuſat, quòd* Guilelmi *noſtri* Gaudani *conterranei mei Carmina, noſcio quo Authore,* Lutetiæ *curârit edenda, eodem planè prætextu me quoque tuear licebit. Exemplum enim ſequor, non probo.* ——— *Si peccavimus, magis ineptiis quàm improbitate peccavimus.* &c. *Vale.* Dordraci. Erasmus *in iſtius* Paraphraſeos Editionibus, quæ poſtea à *Roberto* Stephano prodierunt (1531. 1533. 1545.) ſic Lectorem compellat: *Eò nunc rediiſſe videntur hominum mores, ut quod cuique libuerit, idem ſibi licere putet* &c. *Adoleſcens annos natus plus minùs octodecim rogatus ſum à quodam ludi literarii magiſtello, ut ex* L. Vallæ *Elegantiis quadam decerperem puerorum rudium ingeniis accommoda; cui* ——— *morem geſſi, ac plusquam tumultuario ſtudio quæ videbantur, enotavi. Scriptum literatori tradidi, nullo mihi reſervato Exemplari,* de

Biblia Latina: *apud* JACOBUM MYT. (a) fol. . . Lugd. 1531.

Eadem: *apud* JOAN. MARESCHAL. (b) 8.° . . . Lugd. 1531.

Cantic. Canticorum Hebraïcè, cum Verſione Latinâ AGATHII GUIDACERII: *apud* GERARDUM MORRHIUM. (c) 4.to . . . . Pariſ. 1531.

Pſalterium Vetus Latin. Obelis & Aſteriſmis diſtinctum, cum Comment. S. BRUNONIS, ſtudio JOHANNIS COCHLÆI editum. (d) fol. . . Herbipoli. 1531.

Nov. Teſtament. Græcè, cum exhortatione OECOLAMPADII: *apud* BEBELIUM. (e) 8.° . . . Baſil. 1531.

Idem (præter Apocalypſim) ex Græco in Latinum converſum à THOMÂ DE VIO CAIETANO, ope Virorum Linguam Græcam apprime callentium. 2. Vol. (f) fol. Venet. 1531.

Epiſtolæ

de adendo nihilo magis cogitans, quàm de me ipſo ſuſpendendo. Id nunc prodiiſſe video, Exemplaribus innumeris propagatum. —— *Nec hoc ſatis viſum eſt: affinxerunt titulum* * *Paraphraſis, quod ludibrii cauſſa factum videri poteſt. Tolerabile fuerat Epitomen appellare.* —— *admiſcuerunt nonnulla, quæ nec in* Laurentio *habentur, nec à me ſunt addita: rurſus quædam omiſerunt, qua prætermitti non poterant.* —— *præter Argumenti naturam Opus diſtraxerunt ordine literario. Atque hoc non erat ordinare, ſed ſcopas diſſolvere.* —— *Quoniam jam† bis excuſo Libello videbam Typographum Gallum ad tertiam Editionem accinctum* —— *recognovi quod erat excuſum* —— *ut purgatius verſaretur in puerorum manibus* —— *Quid ſupereſt, niſi ut emittam & illos Commentarios, quos ante annos triginta quinque ſcripſi* Lutetiæ *non hominis ſed lapidis, eique adjurato ne cuiquam communicaret. Quod juſjurandum ita ſervavit, quaſi juraſſet communicaturum.* &c. In his poſterioribus Editionibus tituli forma legitur ſic immutata: *Paraphraſis ſeu potius Epitome inſcripta* D. Erasmo Roterod. *luculenta juxta ac brevis in Elegantiarum Libros* Laurentii Vallæ, *ab ipſo jam recognita.*

(a,b) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(c) LONG, *Biblioth. Sacr.* & CHEVILLER. p. 48.

(d,e,f,g,) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) LONG,

* Ad Editionis meæ oram quidam manu hæc adſcripſit: *Ipſemet* Erasmus *in quâdam Epiſt. ſcripta* Lovanii *anno* 1519. *ad Rudiuſum Juventutem, quæ incipit* [Prodiit nuper Libellus] *dicit, ſe ſcripſiſſe craſſiſſimam Paraphraſim in Elegantias* Laurentii Vallæ.

† *Colonia* (quam Editionem nondum inveni) & *Pariſiis* (de quâ ſuprà). *Colonia* certè recuſa ſæpe fuiſſe *Erasmi* ejusmodi Opuscula liquet ex *Colonienſi* Conſultationis *Erasmicæ* Editione ipſo hôc anno ſuperiùs citatâ.

Epiſtolæ PAULI ex duplici Latinâ Verſione, unâ FABRI, alterâ vulgatâ, cum Comment. FABRI. (g) 4.to .	Colon.	1531.
Nov. Teſtam. Latinè : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 12. . .	Pariſ.	1531.
Biblia Gallica gloſſata : *apud* PETRUM BAILLUM. (b) fol. .	Lugd.	1531.
Nov. Teſt. Gallicè : *typis* MARTINI LEMPEREUR. (c) 8.o .	Antverp.	1531.
Tota Biblia (Helvet.) ex origine Hebraicæ & Græcæ veritatis, *imitatione* fideliſſimè *Germanizata* : *apud* CHRISTOPHORUM FROSCHOVERUM. (d) fol. .	Tigur.	1531.
Pſalter. Germanic. LUTHERI. (e) 8.o	Lipſ.	1531.
Idem Danicè ex Verſione CHRISTIANI PETRI. (f) 8.o . .	Antver.	1531.
Nov. Teſtam. Danicè ex Verſione ejusdem, juſſu CHRISTIANI II. *Daniæ* Regis jam Regno expulſi. (g) 8.o .	Antv.	1531.
Idem Belgicè. (h) 12.	Antv.	1531.
AUGUSTINI STEUCHI *Eugubini* Veteris Teſtamenti ad veritatem Hebraïcam recognitio : *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. (i) 8o . .	Lugdun.	1531.
R. DAVID KIMHI Comment. in AMOS Hebraïcè : *apud* HENR. PETR. (k) 8.o	Baſil.	1531.
GREG. *Nazianz.* Orationes XXX. BILIBALDO PIRCKHEIMERO interprete,		nunc

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.* Tertiam fere integram Bibliorum Editionem in 12. apud COLINÆUM conficerem ex his variis annis : Pentateuch. Joſ. Judic. Ruth. 1530. libri Prophetarum, 1531. Machabæorum 1531. Nov. Teſtam. 1529. At deſunt libri Hiſtorici & Mettici.

(b,c,d) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(e,f,g,h) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(i) Hæc (& prior 1529.) Editio tantùm Pentateuchum continet.

(k) *Menſe* Auguſto.

(a) *Menſe*

nunc primùm editæ: *in Officinâ* Frobenianâ, *per* HIER. FROBENIUM *&* NIC. EPISCOPIUM. (a) fol. . . Basil. 1531.

GREGOR. *Nazianz.* in JULIAN. Invectiva prior, Græcè: *apud* WECHELUM. (b) 4.to . . Pariſ. 1531.

JOANNIS DAMASCENI Editio orthodoxæ fidei, & de iis, qui in fide dormierunt; *GRÆCE*: *apud* STEPHANUM *& fratres* SABIOS. (c) 4.to . Veron. 1531.

S.ti *MARCI* Heremitæ de Lege ſpirituali capitula, Græcè cum Latinâ VINCENTII OBSOPŒI Verſione: *in Officinâ* JOANNIS SECERII. (d) 8.° . . Hagan. 1531.

S.ti MAXIMI Centuriæ quatuor de Charitate, Græcè, cum Latinâ VINCENTII OBSOPŒI Verſione, & Pſalmis 146, 34, 103, 20, 57, 125, 25, paraphraſticè Carmine elegiaco per eund. OBSOPŒUM tractatis: *per* JOHANNEM SECERIUM. 8.° Hagan. 1531.

Sententiæ aliquot ex omnibus AUGUSTINI ac aliorum libris per PROSPERUM Epiſcopum *Rheginenſem* ſelectæ: JOANNES PRAEL *excudebat*. (e) 8.° . Colon. 1531.

Epiſtolæ aliquot ſelectiores BASILII *Magni*, antea non verſæ, per JACOBUM MYCREUM *Rhetum* è Græcâ in Latinam Linguam.

(a) *Menſe* Septembri.
(b) GESNER. *Biblioth.*
(c) *Menſe* Maio.
(d) *Menſe* Martio. Cum OBSOPŒI ad *Georgium* VOGLERUM Marchionis *Brandenburg.* Cancellarium Epiſtolâ, *Onoltzbachii* ex Scholâ ſuâ XIIII. Calend. *Sept.* M. D. XXX. datâ

(e) *Menſe* Auguſt. Hujus Typographi Inſigne (uti ad Libri calcem adfigitur) eſt Leo pede Agnum demulcens, cum his Lemmatibus [*Humilitas vincit omnia*; *Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*; *parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.*] & litteris Nominis initialibus majuſculis. I. P.

Linguam tralatæ : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° . . Paris. 1531.

EUCHERII *Lugdunenſis* Epiſcopi Lucubrationes, curâ JOANNIS ALEXANDRI BRASSICANI : *per* HIERON. FROBENIUM & NICOL. EPISCOPIUM. fol. Baſil. 1531.

CAROLI BOVILLI *Samarobrini* de raptu Divi PAULI Libellus, auctus ab ejus Epiſtolâ ad fratrem INNOCENTIUM GUENOTUM in *Cœleſtinenſium* Monachorum Ordine Deo militantem ; ejusdem de prophetică Viſione Liber : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.° . Paris. 1531.

Enarratio in Pſalm. XXXIII. per ERASMUM : *in Officinâ* Frobenianâ, *per* HIER. FROBENIUM, JOAN. HERVAGIUM & NICOL. EPISCOPIUM. (c) 4.to Baſil. 1531.

MICHAEL. SERVET. de Erroribus Trinitatis. (d) . . Aragon. 1531.

Decretales Epiſtolæ GREGORII noni : *apud* JOANNEM PARVUM ; JOANNES KERBRIANDUS *excudebat*. 8.° . Paris. 1531.

The Pilgrimage of Perfection : *imprinted in Fleetſtreet at the Sign of the Sun by* WYNKYN DE WORD. (e) fol. . Londin. 1531.

FRANCISCI BONADI Pſalmorum ratio metrica : *excudebat* CHRISTIANUS WECHELUS. 8.° . Paris. 1531.

GALENI Comment. in HIPPOCRAT. de ſalubri

(a) VI. *Calendas* Junias.

(b) *Menſe* Junio. Ad finem Libelli de raptu PAULI, *Novioduni Calendis* Auguſti 1530. & de prophetică viſione, *anno milleſimo trigeſimo ſupra quingenteſimum*, *octavâ die* Septembris.

(c) *Menſe* Martio.

(d) CAILLE, pag. 52. At verò dubito ubi hic Liber excuſus fuerit ; nam (utì in Bibliothecâ Regiâ *Pariensi* hunc vidi) titulus ſic ſe habet : *De Trinitatis Erroribus libri ſeptem*, *per* Michaelem Serveto, *aliàs* Reves *ab* Aragoniâ Hiſpanum. M.D.XXXI. in 8.°

(e) XXIII. *of February*.

(a) CHE-

de salubri diætâ : *in Officinâ* GERARDI MORRHII Campensis *apud Collegium* Sorbonæ. (a) 4.to . . Pariſ. 1531.

Ejusd. de theriacâ ad PISONEM liber, Latinè, JOANNE GUINTERIO *Andernaco* interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 4.to . . Pariſ. 1531.

Ejusd. de anatomicis Adminiſtrationibus libri novem, Latinè, eodem interprete : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) fol. Pariſ. 1531.

Ejusd. in Librum HIPPOCRATIS de victûs ratione in morbis acutis Commentarii quatuor, Latinè, JOANNE VASSEO *Meldenſi* interprete : *apud* SIMONEM COLINÆUM. fol. . . Pariſ. 1531.

Ejusd. de conſtitutione Artis medicæ, Latinè, JANO AUTONIACO interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 8.° Pariſ. 1531.

Ejusd. de plenitudine Liber, nunc denuo recognitus, Latinè, JOANNE GUINTERIO *Andernaco* interprete : *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS; *ſub Scuto* Baſilienſi *in vico* Jacobæo. (d) 8.° . Pariſ. 1531.

PAULI JOVII *Comenſis* Medici de Romanis Piscibus Libellus : *per* HIER. FROBE-

NIUM

(a) CHEVILLER. pag. 48.

(b) Præmittitur GUINTERII ad FRANCISCUM I. *Francor.* Regem Epiſtola *Lutetiæ* ann. M. D. XXXI. XV. Calend. *Martias* data, in quâ conqueritur *latuiſſe in hunc usque diem nobile* hoc GALENI *Opus* ; & *aliquâ ex parte mutilum* (*nam quindecim Libris comprehenſum erat*) *id perveniſſe* : ſibi *laborem auxiſſe exemplar ab* Aſulani *Officinâ profectum* , *ſcatens mendis*: *juviſſe autem in locis aliquot veterem quandam tralationem nuper* ipſi *à quodam familiari allatam* , *quam Typographi* Bononienſes *viro cuidam magni nominis vitâ defuncto, ut eſſet vendibilior* , *adſcripſerunt. Nam quisquis ille interpres fuerit* , *ſi exordia librorum excipias* , *reliqua tam obscurè vertit* ; *ut à nemine queat intelligi* , *dum videlicet Schemata Græca pugnante Latinorum idiomate reddere totidem verbis nititur* , *idque Medecina imperitus* ; *quemadmodum* Cocles *ille in* Dioscoride, *&* Nicolaus Calaber *in quibusdam* Galeni *Operibus factitavit.* &c.

(c) *Menſe* Maio.

(d) Præmittitur GUINTERII ad LODOVICUM *Brugenſem* FRANCISCI Regis archiatrum Epiſtola XVI. Cal. *Febr.* M. D. XXXI. data.

(a) Au-

NIUM & NICOL. EPISCOPIUM. (a) Basil. 1531.

TACUINI Sanitatis, ELLUCHASEM ELIMITHAR Medici de *Baldath*, de sex rebus non naturalibus, earum naturis, operationibus & rectificationibus, publico omnium usui, conservandæ sanitatis, recèns exarati; ALBENGNEFIT de virtutibus Medicinarum & ciborum: JAC. ALKINDUS de rerum gradibus: *apud* JOANNEM SCHOTTUM *Librarium*. (b) fol. . Argentor. 1531.

Textus de Sphærâ JOAN. DE SACROBOSCO, cum Compositi. *Annuli Astronomici*, & Geometriâ EUCLIDIS: *typis* SIMONIS COLINÆI. (c) fol. . Paris. 1531.

JOANNIS DE MONTEREGIO de Cometâ Problemata XVI: *apud* FRIDERICUM PEYPUS. 4to . . Norimb. 1531.

ARISTOTELIS tota naturalis Philosophia cum Paraphrasi & Annotationibus FRANC. VATABLI: *apud* SIM. COLINÆUM. (d) fol. . . Paris. 1531.

ARISTOTELIS Opera Græcè: *apud* Jo. BEBEL. (e) fol. . . Basil. 1531.

Logica ARISTOTELIS ex tertiâ recognitione: *apud* SIMONEM COLINÆUM. fol. . . . Paris. 1531.

THEOPHRASTI Characteres Græcè, cum Latinâ interpretatione: *in Officinâ* AND. CRATANDRI. (f) 8.° . Basil. 1531.

CEBETIS Tabula; aurea Carmina PYTHAGORÆ

(a) Augusto *Mense*.
(b) Cum *Joan.* SCHOTTI Librarii ad ALBERTUM Cardinal. *Moguntin.* Epistolâ. Adjungitur TACUINI *agritudinum & morborum ferè omnium corporis humani cum curis eorundem*; BUHAHYLYHA BYNGEZLA *Autore*. Argent. *apud* JOAN. SCHOTTUM *Librarium*. M.D.XXXII.
(c) Bibliothec. *Marckian.* p. 59.
(d) Bibliothec. *Thuan.*
(e) Θεφραστου περι λιθων.
(f) *Mense* Septembri.

(a) *Pri-*

THAGORÆ; Græcè : *excudebat* CHRISTIANUS WECHELUS. 8.° . Paris. 1531.

PLATONIS Minos, de Legibus Libri 12. & Appendix vel Philosophus, Græcè : *ex Officinâ* RUTGERI RESCII, *sumptibus ejusd.* RESCII, *&* BARTHOLOMÆI GRAVII *à quo venundatur sub Sole aureo.* (a) 4.° Lovan. 1531.

BOETIO de Consolatione Philosophicâ tradotto in volgare da Don ANSELMO TANZO Milanese : *per* MELCHIOR SESSA. (b) 8.° . . Vineg. 1531.

XENOPHONTIS Symposium ; & compendiosa Explicatio in Errores ULYSSIS Odysseæ *Homericæ*, Græcè, operâ ac studio VINC. OBSOPŒI edita : *per* JOHANNEM SECERIUM. (c) 8.° . Hagan. 1531.

JACOBI ZIEGLERI *Landavi Bavari*, & GEORG. CALLIMITII & JOACH. VADIANI Schol. in secund. Libr. Histor. PLIN. Opus nunc primùm natum & primùm æditum : *excudebat* HENRICUS PETRUS. (d) fol. . . Basil. 1531.

Les Dicts moraux des Philosophes traduicts en François par GUILLAUME DE THIGNONVILLE : *par* PIERRE VIDOUE *&* GALLIOT DU PRÉ. (e) . Paris. 1531.

PLUTARCH. de Placitis Philosophorum, Gr. Lat. BUDÆO interprete : *in Officinâ*

JOAN.

(a) *Pridie Cal.* April. Cum *Rutgeri* RESCII ad *Franciscum* CRANEVELDIUM Cæs. Consiliarium Epistolâ; in quâ commemorat Commentarios XENOPHONTIS Latinos ab illo factos à se anno superiori datos.

(b) *Nel Mese di* Decembrio.

(c) *Mense* Julio. Symposium OBSOPŒUS inscribit *Joanni* BRENTIO in *Halâ Suevorum* Ecclesiastæ ; *Joanni* SECERIO *Haganoensi* Typographo explicationis libellum, quem imperfectum & mutilum, in antiquissimo quodam Codice ἀδέσποτον & ἀνώνυμον repererat.

(d) *Mense* Augusto.

(e) Bibliotheq. de LA CROIX *du Maine*.

(a) *Prid.*

JOAN. HERVAGII. 4.to . Basil. 1531.

Ejusd. Libellus de utilitate ex inimicis capiendâ, Græcè: *ex Officinâ* RUTGERI RESCII, *sumptibus ejusdem ac* BARTHOLOMÆI GRAVII; *vænundantur apud* BARTHOLOMÆUM GRAVIUM *sub Sole aureo.* (a) 8.° . . Lovan. 1531.

PROCLI de motu Disputatio quinque posteriores ARISTOTELIS de auscultatione naturali libros complectens, Gr. Lat. *per* JOANNEM BEBELIUM *&* MICHAELEM YSINGRINIUM. (b) 8.° Basil. 1531.

DIODORI *Siculi* libri sex priores, Latinè, POGGIO *Florentino* interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Parif. 1531.

T. LIVII Decades cum Not. SABELLICI & ASCENSII: *vænundantur ipsi* ASCENSIO; *sub prelo* Ascensiano. (c) fol. Parif. 1531.

VALER. MAXIM. *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Parif. 1531.

Idem cum Comment. OLIVER. ARZIGNAN. & BADII: *per* GULIELMUM DE FONTANETO Montisferrati, *sumptibus* LUCÆ ANTONII JUNTÆ Florentini. fol. Venet. 1531.

EUTROPII de Gestis Romanorum libri decem: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . . . Parif. 1531.

PAULI Diaconi (PAULI VUARNE-

FRID

(a) *Prid. Cal.* Octob. Huic adnectuntur, sed sinè anno, in eâdem tamen Officinâ, PLUTARCH. *de tranquillitate & securitate animi*, *Græcè*: 8.o *duodecimo Kalend.* Decemb. & PLUTARCH. *de cohibendâ iracundiâ*; *item de invidiâ & odio*; *Græcè*, 8.o

(b) *Mense* Augusto. Cum *Simonis* GRYNÆI ad D. CLEMENTEM *Londinensem* Medicum Epistolâ.

(c) Initio annus 1530. præfigitur, fini M. D. XXXI. *mense* Julio, *ad Idus* Julias.

(a) *Men-*

FRID *Langhardi*, qui fuit filius Diaconi *Forojulienſis*) de Geſtis Romanorum libri octo ad EUTROPII Hiſtoriam additi: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1531.

Hiſtoria de Vitâ & moribus Imperatorum Romanorum excerpta ex Libris SEXTI AURELII VICTORIS: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1531.

NICOLAI LEONICI THOMÆI de variâ hiſtoriâ libri tres: *in ædibus* LUCÆ ANTONII JUNTÆ Florentini. (a) 8.° Venet. 1531.

BEATI RHENANI *Seleſtadienſis* Libri tres rerum Germanicarum: *in Officinâ* Frobenianâ. (b) fol. Baſil. 1531.

ALBERTI DURERI *Nurenberg.* Pictoris liber de Urbib. Arcibus & Caſtellis condendis & muniendis: *apud* WECHEL. (c) Lutet. 1531.

Cronicques Annalles dAngleterre & Bretaigne Armorique par ALLAIN BOUCHART: *imprimees par* ANTHOINE COUSTEAU *imprimeur pour* JEHAN PETIT *&* GALLIOT DU PRE' *libraires jures de luniverſité.* (d) fol. Paris. 1531.

Hiſtoire du Roy Perceforeſt: EGIDIUS GORMONTIUS. (e) fol. Paris. 1531.

THUCYDID. I. Libri Conciones, Græcè: *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS. 4.to Pariſ. 1531.

ÆSCHINIS & DEMOSTHENIS Orationes adverſariæ, Græcè: *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS. 4.to Pariſ. 1531.

HERMO-

(a) *Menſis* Januarii *die* XX.
(b) GESNER. *Biblioth.*
(c) GESNER. *Bibliothec.*
(d) *Mil cinq cens* XXXI.
(e) *Tertio*

HERMOGENIS de formis Orationum Tomi duo, Græcè : *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS. 4.to . Pariſ. 1531.

Ejusd. de Methodo gravitatis, Græcè : *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS (a) 4.to . . . Pariſ. 1531.

APHTHON. Progymnasm. JOAN. MARIÂ CATANÆO interprete : *apud* WECHELUM. (b) 8.° . Pariſ. 1531.

ISOCRAT. de Concordiâ conſtituendâ & Bello in *Aſiam* transferendo, Latinè, GEORGIO SABINO *Brandeburgenſi* PHILIPPI MELANCHTHONIS genero interprete. (c) 8.° . . . Pariſ. 1531.

LUCIAN. Judicium Deorum, Græcè : *ex Officinâ* RUTGERI ROSCII, *ſumptibus ejusdem*, *ac* BARTHOLOMÆI GRAVII. (d) 4.to . . . Lovan. 1531.

ISOCRAT. Oratio ad PHILIPPUM, Latinè, *per* GEORGIUM SABINUM. (e) 8.° . . . . . 1531.

CICER. Oratio pro CN. PLANCO, cum F. SYLVII Commentariis : *ſub prelo* Aſcenſiano. (f) 4.to . . Pariſ. 1531.

Ejusd. pro P. SYLLÂ, cum ejusdem commentariis : *ſub prelo* Aſcenſiano. (g) 4.to Pariſ. 1531.

Ejusd. Epiſtol. ad ATTIC. & BRUT. cum Comment. Jo. BAPT. PII, & BADII Adnotation. *ſub prelo* Aſcenſiano. (h) fol. Pariſ. 1531.

M. FABII QUINTILIANI Oratoria-

rum

(a) *Tertio Calendas* Apriles.
(b) GESNER. *Biblioth.*
(c) GESNER. *Biblioth.*
(d) 12. *Cal.* Junias.
(e) FABRIC. *Biblioth. Græc.*
(f) III. *Calend.* Decemb.
(g) *Ad Nonas* Martias *ante Paſcha.*
(h) *Ad* x. *Calend.* Octob. *Venundatur ipſis* Aſcenſio *&* Joanni Roigny Pariſii, *in viâ ad divum* Jacobum.

(a) *Menſe*

rum Inſtitutionum libri duodecim, ſummâ tum diligentiâ, tum judicio ac ad vetuſtiſſimorum quorundam Exemplariorum fidem recogniti unà cum novendecim ſive ejusdem ſive alterius Declamationibus ſubtiliſſimis ad ſeveræ antiquitatis limam reconditis; adjecto Indice alphabetico: *per* NICOLAUM SAVETIER, *in vico* Carmelitarum, *ſub Inſigni Hominis Sylveſtris.* (a) 8.° Pariſ. 1531.

Ejusd.

(a) *Menſe* Februario. In Libri fronte; NICO. SAVETIRIUS *Chalcographus, Lectori.*

Qui fuerat quondam corruptus; nunc tibi terſus,
Splendidus ac nitidus Quintilianus *adeſt.*

Ad calcem;

Ad Præceptorem HUBERTUM SUSSANNÆUM CAROLI DRULINI Sueſſionenſis *Carmen.*

Nobile ſurgit Opus multúmque diúque legendum;
Nobile Rhetoricen, quâ patet, ambit Opus.
Cùm tibi tam placeat Fabii *textura togati,*
Quo ducta ad Muſas Lingua docente tua eſt;
Chalcographi Fabio *lumen manus attulit; artem*
Hic docet, ille polit: ſplendor uterque trahat.

Initio præfigitur recuſa BADII Epiſtola: JODOCUS BADIUS ASCENSIUS LUDOVICO RUSÆO *à judiciis civilibus Supræfecto, ac regium locum in* Parrhiſiorum *Tribunali tenenti Salutem.* MARCI FABII QUINTILIANI *Rhetoris ac Oratoris ſecundùm* Marcum Ciceronem *clariſſimi oratoriarum Inſtitutionum Libros duodecim, rurſus à nobis & coadjutoribus noſtris novâ curâ, vigilantiore lucubratione reſtitutos; nec non & novemdecim Declamationes ſive ejusdem, id quod* Valla *cenſuit; ſive alterius, quod ſtylus arguere videtur; certè, cujus cujus ſint, argutiſſimas, &, ut opinari licet, à* Quintiliano *hôc ſi non compoſitas, ſaltem repoſitas, & à nobis ad religioſæ vetuſtatis Exemplar in illuſtri* Lexovienſium *Bibliothecâ repertum recognitas, tui nomini nuncupo &c. Novitios præſenti munere ſolabor, quòd minoris multo nunc utraque hæc Opera, quàm eorum nuper alterum, emere poterunt —— propediem expectatiſſimas Domini* Nicolai Beraldi *in Inſtitutiones Oratorias lucubrationes emittemus. &c. E Chalcographiâ noſtrâ* XII. *Calendas* Auguſtas M.D.XIX.

Inſtitutionum fini duæ attexuntur Epiſtolæ.

JACOBUS GRASOLARIUS CHRISTOPHORO DE PRIOLIS *amicorum optimo ſalutem dicit.* —— *Fflagitatus à te diu, ut* M. Fabii *magni in primis & præclari Rhetoris Declamationes imprimendas curarem, provinciam ſuſcepi.* —— *Præcepta cùm vir exactiſſimæ Latinitatis & eloquentiæ* Quintilianus *Oratoriis Inſtitutionibus tradidiſſet, quia in omnibus ferè minùs præcepta valent quàm experimenta, hoc Opus unicum propè ac ſingulare declamandi Exemplar edidit.* —— *Id cùm noſtrâ curâ ac diligentiâ imprimendum eſſet,* —— *antiquis Exemplaribus inſpectis ſollicitóque ſtudio perlectis,* —— Georgio Alexandrino *viro doctiſſimo, Præceptori optimo & fideliſſimo corrigendum remiſimus, qui (ut omnia accuratè inſpicit) ſolitâ diligentiâ recognovit.* —— *Vos non ingrati Lectores (quanquam Latini omnes* Georgio *ſolerti ac egregio Rhetori ob diligenter & exquiſitè collectos & interpretatos noſtrorum Scriptorum ſenſus pluri-*

Ejusd. Inſtitutiones cum Notis PET. MOSELLANI & RAPH. REGII: *apud* ASCENSIUM. (a) fol. . Pariſ. 1531.

Epitome Rhetoricæ ex QUINTILIANO per JONAM PHILOLOGUM: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1531.

DION. de non temere credendo, Gr. Lat. Jo. PETRIUS. *exc.* (b) 8.° . Norimb. 1531.

PLIN. Epiſtol. Panegyric. & SUETON. de Gramm. & Rhetorib. & JUL. OBSEQ. de Prodig. *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.° . . Lugd. 1531.

PARTHENII *Nicæenſis* de amatoriis Affectionibus liber, Græcè, & Latinè, JANO CORNARIO *Zuiccavienſi* interprete: *in Officinâ* Frobenianâ *per* HIERON. FROBENIUM & NICOL. EPISCOPIUM. (c) 8.° . . . Baſil. 1531.

ARISTOPHAN. Plutus, Græcè & Latinè, THOMÂ VENATORIO interprete: *apud* Jo. PETREIUM. 4.to . Norimb. 1531.

THEOCRITI Idyllia Latino Carmine reddita, HELIO EOBANO *Heſſo* interprete; acceſſerunt recèns THEOCRITI genus ac Vita, de inventione ac discrimine Bucolicorum

mum debeamus) hôc etiam pro labore nonnihil gratiæ homini apponetis. At noſtri memores, quando Fabii *Declamationes noſtrâ operâ noſtrisque impenſis velut à ſitu ſqualoréque revocavimus, ſi non debebitis, noſtrum tamen imitantes exemplum ad veterum Scriptorum indaganda & corrigenda Volumina elaborate. Vale.*

PETRUS DANESIUS *generoſo adoleſcenti* ANTONIO BOHERO Carnotenſis *Eccleſiæ Canonico primario S.* —— *Monuit me* Aſcenſius *noſter Declamationum* Quintiliani *Editionem maturari* —— *tametſi quidam velint* M. Fabii *ejus, qui Inſtitutionem oratoriam ſcripſit, non eſſe, quibus unius* Vallæ *acerrimum judicium obſtitit, qui in hoc Opus Commentarios eſt pollicitus.* —— *Ego te hortari non intermittam, ut in hôc Opere te exerceas: quod idem* Remigio Rufo Candido *homini prudentiſſimo & padanomo tuo uſum iri ſpero. Eſt enim, ut vir doctiſſimus, ita* Quintiliani *noſtri admirator olim jam maximus. Vale. Ex illuſtri* Lexovienſi *Collegio, ad Idus* Julias.

(a) FABRIC. *Biblioth. Latin.*

(b) GESNER. *Biblioth.*

(c) *Menſe* Septembr.

(a) *Menſe*

corum Carminum, ſingulorum Idylliorum Argumenta, à quodam Græcè Latinéque erudito Latinitate donata: *excud.* ANDREAS CRATANDER. (a) 8.° . Baſil. 1531.

NICAND. & Scholior. ſelecta Latinâ proſâ à JOANNE LONICERO translata. (b) 4.to . . . Colon. 1531.

Florilegium diverſorum Epigrammatum in ſeptem Libros, ſolerti nuper repurgatum curâ, Græcè: *ſub prelo* Aſcenſiano. (c) 8.° Pariſ. 1531.

LUCRETII de rerum naturâ libri ſex, ad verorum Exemplarium fidem accuratè caſtigati: *excudeb.* HENRICUS PETRUS. (d) 8.° . . Baſil. 1531.

VIRGILII Opera cum PHIL. MELANCHTHONIS Adnotatiunculis; & VIRGILII alia Opuscula cum Priapeiis: *venundantur ſub Lilio, in viâ ad divum* Jacobum. (e) 8.° . . Pariſ. 1531.

Ejusdem Opera: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 12. . . Pariſ. 1531.

TERENTIUS: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (f) 8.° . Pariſ. 1531.

HORATII Opera cum NIC. PEROTTI de Metris *Horatianis* Libello: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (g) 12. . Pariſ. 1531.

SILII

(a) *Menſe* Septembri. Cum EOBANI *Heſſi* metrico ad *Hieron.* EGNERUM *Nurimberg.* Senatorem prologo, in quo ſe à *Joachimo* CAMERARIO adjutum fuiſſe agnoscit.

(b) FABRIC. *Biblioth. Gr.*

(c) *Menſe* Maio. *Nunc exit caſtigatius quàm aliàs unquam, priſtinis eluſtratum Erroribus, multisque adauctum adjectis Epigrammatibus.*

(d) Ad finem, *Pariſiis apud Andream Boucard* M. D. XXXI.

(e) *Menſe* Auguſto.

(f) ALMELOOV. in Vit. STEPHAN. & Catalog. *Adrian.* Paw. p 240.

(g) Ad finem, *Excudebat ſuis typis* Simon Colinæus *in almâ* Pariſiorum *Academiâ, ſub Sole aureo vici divi* Joannis Bellovacenſis, *anno Salutis* M. D. XXXI. *Menſe* Martio.

(a) *Menſe*

SILII ITALICI de Bello Punico libri ſeptemdecim : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° . . Pariſ. 1531.

TERENTIAN. MAUR. de Litter. Syllab. Pedib. & Metr. cum NICOLAI BRISSOTI *Montivillarii* Commentariis : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 4.to . . Pariſ. 1531.

ANDREÆ NAUGERII Orationes duæ in defunctos BARTHOLOMÆUM *Livianum* & LEONARDUM *Lauretanum* : *apud* GALEOTUM à PRATO ; *prælo* ANTONII AUGERELLI. (c) 4.to Pariſ. 1531.

SALMON. MACRINI Lyricorum libri duo & Epithalamiorum unus : *ex Officinâ* GERARDI MORRHII Campenſis. 8.° Pariſ. 1531.

NICOLAI BARTHOLOMÆI *Lochienſis* Ennoeæ : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. 8.° . . . Pariſ. 1531.

Ejusd. Chriſtus Xylonicus, Comœdia Chriſtiana : *apud* SIM. COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1531.

ANTON. THYLESII Cyclops Hexametro, & Galatea Elegiaco : *apud* FROSCHOVERUM. (d) 8.° . Tiguri. 1531.

HIERON. FRACASTORII Syphilis : *apud* LUDOVICUM CYANEUM *è regione Collegii* Cameracenſis. 8.° . Pariſ. 1531.

CAR. BOVILL. Proverbia & Sententiæ cum Gallicâ Verſione & Commentario Latino. (e) 8.° . . . Pariſ. 1531.

PET. MOSELLANI & CHRISTOPH. HEGENDORPHINI Dialogi : *ex Officinâ* ROBERTI

(a) *Menſe* Novembri.
(b) *Menſe* Octobri.
(c) v. *Cal.* April. *Impreſſ.* Venetiis *primùm amicorum curâ, deindè* Lutetiæ Pariſiorum *quàm fieri potuit diligentiſſimè.*
(d) GESNER. *Biblioth.*
(e) FABRIC. *Bibliotb. Græc.* Lib. 4. C. 9. p. 297.

(a) *Ca-*

ROBERTI STEPHANI. 8.° Pariſ. 1531.

GERMANI BRIXII *Altiſſiodorenſis* Eleemoſynarii regii gratulatoriæ quatuor ; Epiſlæ quatuor ; & aliquot Verſus : *excudeb.* CHRISTIANUS WECHELUS. 4.to Pariſ. 1531.

ERASMI breviores aliquot Epiſtolæ : *apud* LODOVICUM CYANEUM *impenſis* SIMONIS COLINÆI. (a) . Pariſ. 1531.

Ejusd. florentularum Epiſtolarum liber unus : *excud.* CHRISTIANUS WECHELUS. (b) 8.° . . Pariſ. 1531.

Ejusd. Dialog. de rectâ Pronuntiatione Gr. & Lat. Serm. & Ciceronianus: SEB. GRYPHIUS. *excud.* 8.° . . . Lugd. 1531.

Ejusd. Apologia adverſùs Rhapſodias calumnioſarum querelarum ALBERTI PII : *per* HIER. FROBEN. & NICOL. EPISCOP. 8.° . . Baſil. 1531.

Paraphraſis ſeu potiùs Epitome inſcripta ERASMO, in Elegantiarum libros LAURENTII VALLÆ, ab illo jam recognita, cum CORN. CROCI farragine ſordidorum verborum : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° . . Pariſ. 1531.

ELIÆ LEVITÆ Comment. in Grammatic. R. MOSCHE KIMHI, SEB. MUNSTERO interprete : *apud* CRATANDRUM. (d) 8.° . . Baſil. 1531.

Alphabet. Græc. cum Accentib. Abbreviationib. & nonnullis aliis : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. 8.° . Pariſ. 1531.

MATU-

(a) *Calend.* Martiis.
(b) *Menſe* Novembri.
(c) VII. *Cal.* Julii.
(d) GESNER. *Biblioth.*

MATURIN. CORDERII de corrupti Sermonis Emendatione libellus, nunc primùm per Authorem editus: *apud* ROBERTUM STEPHANUM. (a) 8.° Parif. 1531.

ALDI MANUTII *Romani* Inſtitutionum Grammaticarum Latin. libri quatuor: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 4.to Parif. 1531.

DONAT. de octo partibus Orationis; Editio ſecunda; cum SERGII & SERVII interpretatione; ejusd. DONAT. de Barbarismo & Solœcismo: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° Parif. 1531.

NICOLAI PEROTTI Rudimenta Latin. Grammatices; ſecunda Editio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 4.to Parif. 1531.

JACOBI SYLVII *Ambiani* in Linguam Gallicam Iſagoge, unà cum ejusd. Grammaticâ Latino-Gallicâ ex Hebræis, Græcis & Latinis Authoribus: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI (e) 4.to Parif. 1531.

Pſalterium Hebraïcè: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (f) 16. Baſil. 1532.

Pſalmi V. ſcil. 22. 24. 29. 41. 45. Hebraïcè cum Latinâ Verſione & Expoſitione AGATHII GUIDACERII Clerici *Catacenſis*: *excudebat* FRAN. GRYPHIUS *apud Collegium* Longobardorum. (g) 4.to Parif. 1532.

Pſalter. Latin. ex Hebræo à CONR. PELICANO

(a) XIII. *Cal.* Jun.
(b) VII. *Idus* Mart.
(c) Bibliothec. *Marckian.*
(d) XV. *Cal.* Mart.
(e) VII. *Id.* Jan. Hunc Librum HELIANORÆ *Galliarum* Reginæ dedicat SYLVIUS, *ex ædibus* Gulielmi Vavaſſoris *Chirurgi peritiſſimi, Calendis* Januariis.
(f) LONG, *Biblioth. Sacr.* Hunc *Joannem* oportet eſſe filium; nam *Joannes* FROBENIUS pater jam obierat.
(g) Hos quinque Pſalmos ſecundùm Hebraïcam veritatem expoſitos *Guidacerius* FRANC. I. dedicat.

(a,b) LONG,

LICANO recognitum: *apud* FROSCHOVERUM. (a) 8.° . Tigur. 1532.

Proverb. Latin. ex Hebræo per PHIL. MELANCHTH. (b) 8.° . Norimb. 1532.

Teſtam. Nov. per DES. ERASMUM noviſſimè recognitum, & cum variis Exemplaribus tam Græcis quàm Latinis diligentiſſimè collatum, unà cum Diſtichis ad ſingula capita, quæ ipſorum ſummam Argumenti vice paucis complectuntur, præpoſitis; Scripturæ præterea concordantiis paſſim in margine illuſtratum: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) 12. . . Pariſ. 1532.

Idem ex Verſione etiam ERASMI (d) 8.° Baſil. 1532.

Biblia Latina: *apud* JOANNEM MARESCHAL. (fol.) & *apud* TRECHSEL. (e) Lugdun. 1532.

Biblia Latina cum Teſtamento Novo juxta Vulgatam Editionem; & breves in eadem Annotationes ex doctiſſ. interpretationibus & Hebræorum Commentariis (f); adjectâ propriorum Nominum Hebraic. Chald. Græcor. interpretatione ac copioſiſſimo rerum & Sententiarum Indice: (g) *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (h) fol. . Pariſ. 1532. Nov.

(a, b) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(c) *Menſe* Februario. Minutiſſimo & perlepido charactere: præfixis Epiſtolâ LEONIS X. ad ERASMUM, ERASMIque ad Lectorem Epiſtolâ & adhortatione.

(d, e) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(f) XVII. *Cal.* Novemb.

(g) VIII. *Idus* Novemb.

(h) Præſtantiſſimo Charactere. *Robertus* STEPHANUS ſic ad Lectorem præfatur: *Ne tu fortè nihil in hâc Bibliorum alterâ Editione præſtitum exiſtimares amplius quàm in primâ quæ ex noſtrâ Officinâ ante aliquot jam annos prodiit; voluimus paucis hîc indicare, quo quidque modo, quâque diligentiâ perfectum fuerit. &c. Hoc unum ſemper curavimus, ut hæc noſtra tralatio integra maneret, neque quicquam ab eâ detraheretur, aut minueretur: quod niſi auxilio veterum Exemplarium fieri haud potuiſſe quis non intelligit? Quoniam verò inter conferendum multa obſcuriùs verſa deprehendebantur, quæ niſi conſultis Hebraïcis Voluminibus ſtatim intelligi non poterant; multa præterea, quæ aliter atque ab Interprete verſa erant, tranſferri poterant; nonnulla poſtremò ab Hebraïcâ ſignificatione prorſus aliena;*

Nov. Teſtam. Gallic. FABRI : *I typis* MARTINI LEMPEREUR. (a) 12. Antverp. 1532.

Biblia Italica MALERMI : *apud* GULIELMUM DE FONTANETO & MARCHIUM SESSAM. (b) fol. Venet. 1532.

Eadem ex Hebraïcâ & Græcâ Veritate per ANTONIUM (c) BRUCCIOLUM, *prima Editio*, *ſub hôc titulo*, La Biblia che contiene Sacri Libri del Vechio Teſtamento tradotto nuovamente de la Hebraica verita in Lingua Toscana per ANTONIO BRUCCIOLI, con Divini Libri del Nuovo Teſtamento tradotti da Greco in Lingua Toscana per medeſimo, con privilegio de lo inclito Senato *Veneto* & Letera al FRANCISCO I. Rege Chriſtianiſſimo: *apud* LUCÆ ANTONIUM JUNTAM, *Menſe Maio.* (d) fol. Venet. 1532.

Biblia in Idioma inferioris *Saxoniæ* juxta Verſionem LUTHERI translata à JOHANNE BUGENHAGIO. 8.° Witteberg. 1532.

Biblia Belgica : *apud* VORSTERMAN. fol. Antverp. 1532.

Liber Judicum Danicè, ex Verſione

PETRI

na; eſſetque hac tralatio receptiſſima, quam plures jam memoriâ penè totam tenerent, qui tamen ipſi aliorum quoque verſionibus uti cuperent, nec commodè id facere multis locis poſſent, ignoratione Linguæ Hebraïcæ, ut qui neſcirent quibus verbis noſtri Interpretis verba alterius reſpondere deberent (adeò diverſè locum unum & eundem aliquando à variis redditum offendebant) Idcirco rogati annotavimus in gratiam illorum ad marginem interiorem ea, quæ à diverſis Interpretibus aliter atque aliter reddita eſſent &c. Quantumvis doctus ille fuerit, qui rurſum nobis Biblia vertat, nunquam tamen ea ita vertet, ut omnibus faciat ſatis, niſi ſimul Annotationes ediderit, quibus doceat, quàm variè locus unus aliquando verti poſſit. &c. Placuit interim, dum vir doctus aliquis Annotationes integras in totum Vetus Teſtamentum parabit, Origenem & Hieronymum *imitari*, & *variorum Interpretum*, & *eorum quidem doctiſſimorum Interpretationes ex ipſis Hebraorum Commentariis depromptas, quàm pauciſſimis fieri potuit, ad marginem adſcribere, in gratiam eorum potiſſimùm, qui nihil noverunt in Literis Hebraïcis; iisdem ſignis & notis utentes, quibus ipſi uſi fuerunt, aſterisco & obelisco.* &c.

(a,b) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(c) BRUCCIOLUS in Indice expurgatorio, & à *Richardo* SIMONE (Hiſt. Critiq. V. T. lib. 2. c. 20.) notatur.

(d) Lege, quæ annotantur in LONG, *Biblioth. Sacr.*

1,2,3,4,5. LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) *Menſe*

PETRI TIDEMANNI. ȝ 8.° . . 1532.

Pſalterium Germanico Idiomate ex Vulgato Latino redditum & expoſitum à JOHANNE PEDIANO. 4 . Colon. 1532.

Nov. Teſtam. Germanic. ex Verſione EMSERI: *apud* PETRUM QUENTEL. f fol. . . Tubing. 1532.

BASILII Opera *GRÆCE*: *ex Officinâ* Frobenianâ *apud* HIERONYMUM FROBENIUM & NICOLAUM EPISCOPIUM. (a) fol. . . Baſil. 1532.

Ejusd.

(a) *Menſe* Martio. Libri titulus ſic ſe habet: *en, amice Lector, theſaurum damus inæſtimabilem*, D. Baſilium *magnum ſuâ Linguâ diſertiſſimè loquentem, quem hactenus habuiſti Latinè balbutientem. Unum hunc dedit nobis* Græcia *numeris omnibus abſolutum, ſive pietatem animi ſpectes, ſive ſacra pariter ac prophanæ Philoſophia peritiam, ſive divinitus afflatam Eloquentiam. Mihi crede, reddet te tibi meliorem, quisquis hunc familiarem habere voles.*

ERASMUS JACOBO SADOLETO *Epiſcopo* Carpentoractenſi *S. D.* —— *Statueram Typographorum quamlibri importunis flagitationibus obſequium præſandi in alienas lucubrationes in poſterum omnino pernegare; ſed ab hâc —— ſententiâ me tranverſum abripuit Divus* Baſilius *&c. Perſuaſit* Hieronymo Frobenio *atque hujus ſocio* Nicolao Epiſcopio, *ut quicquid ejus* [Baſilii] *perveſtigari poſſet, typis evulgarent. In his enim, quæ* Baſilii *titulo Latinè verſa tenemus*, Baſili *maxima pars abeſt.* Georgius Trapezuntius *homo doctus ingenuè fatetur eſſe imparem ſuſcepto negotio ——* Ruffinus *nusquam nec elegantem nec bonæ fidei interpretem præſtitit. —— Quæ vertit* Raphael Volaterranus, *viſum eſt cum Græcis conferre, quicquid primum occurriſſet &c. Ex his abunde liquet tantum intereſſe inter* Baſilium *verſum, & ſuâ Linguâ loquentem, quantum inter luſciniam modulantem & corvum crocitantem. Equidem fateor &* Raphaelis & Francisci Aretini & Aniani *aliorúmque hujus notæ Scriptorum induſtriæ nos nonnullam debere gratiam: ſed quid futurum conjectamus, quum ex ad hunc modum verſis Authoribus graves Theologi ſeriò proferunt teſtimonia &c. Quo ſanè nomine ſtudioſorum omnium favorem meo judicio promeretur Officina* Frobeniana, *quæ prima apud* Germanos *auſa eſt Græcum Autorem antea non evulgatum excudere formulis, ab omnium laudatiſſimo* Baſilio *rem auſpicata. Quod ſi ſucceſſerit, ut ſucceſſurum ſpero, decretum eſt quotannis huic negotio præſum dicare. Dein quod in Vitis* Plutarchi *tentatum eſt à quodam utriuſque Linguæ peritiſſimo, idem curabitur in* Baſilio, Chryſoſtomo, Athanaſio, Cyrillo, Gregorio Nazianzeno *& horum ſimilibus Authoribus, licèt quædam ita verſa videantur, ut appareat minus negotii futurum ei, qui denuo vertat ab integro, quàm qui depravata reſtituat. —— Verùm hæc ſcribenti mihi recrudescit dolor, quem graviſſimum ex Bibliothecæ tuæ panolethria pridem conceperam. Poterat enim illa ad hoc inſtitutum, quod absque Græcorum Voluminum copiâ geri non poteſt, magno eſſe adjumento. Nunc ſi tua ſoriè Bibliotheca* Baſilium *Græcum non habet, hujus ſaltem acceſſione ſupellectilem tuam literariam augemus. Atque utinam totum* Baſilium *dare licuiſſet! Libros enim, quos divinitus ſcripſit in-*

Ejusd. Opus de Spiritu Sancto ad AMPHILOCHIUM, Latinè, ERASMO interprete, nunc primùm & versum & excusum: *excudebat* CHRISTIANUS WECHELUS, *sub Scuto* Basilienſi, *communibus impenſis cum* JOANNE ROIGNY. (a) 8.° Pariſ. 1532.

Idem Latinè, eodem Interprete: *in Officinâ* Frobenianâ *per* HIERONYMUM FROBENIUM *&* NICOLAUM EPISCOPIUM. (b) 4.to . . . Baſil. 1532.

OECUMEN. in Act. & Epiſtol. Græcè. (c) fol. . . Veron. 1532.

Decreta

in Eunomium, *multùm veſtigatos nancisci non quivimus.* —— *apud* Friburgum, *octavo Calend.* Martias, *Anno à Chriſto nato* M. D. XXXII.

Non abs re mihi videtur in gratiam eorum, qui Calligraphorum Veterum notitiam requirunt, hic ultimam BASILII Epiſtolam inſerere.

Βασιλείῳ κεφάλαια. Ὀρθὸν γράφει, καὶ χρὴ τοῖς εἴκοσι ἑρθοῦν. Καὶ μήτε αὐτοπρόσωπος ὑψοῦ, μήτε φερέσθω κατὰ κεφαλῆς. μηδὲ βαίνῃ τὸ κάλαμος λοξὸν βαθίζον ὥσπερ τὸν παρ' Αἰσώπῳ κορακίνου. ἀλλ' ἰσόν χώρᾳ ἄνωθεν ἐπὶ κάλαμος βαθίζον πεπτωκώς, ἢ παπαχῶ φυλάττῃ τὸ ἴσον, ἢ πᾶν ἀναιρεῖ τὸ ἀναλόγιον. Τὸ δὲ λοξὸν, ἀτερπὲς. Τό ἡ ἰσόν, τερπνὸν τοῖς ὁρῶσιν, ὡς ἂν ἀναπαύοντι καὶ κατευθύνοντι τὸ κυλόπα τοὺς ὀφθαλμούς. Ὅ ἀναγινώσκοντων. Ὁποῖόν τι κάμοι συμβέβηκε τοῖς γράμμασι τούτοις τοῖς σοῖς. Τῶν δὲ εἴκοσι κεφαλῶν πλεῖόν ἐστιν ἢ ἐλάττω ἐν μεταβολῇ ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον, ἀνάγκη δὲ ἐξορθοῦν πρὸς τὸ τέλος ἕκαστον· εἰ δὲ μηδαμοῦ φαίνοιτο ἐν ἀκριβείᾳ, ἀναπείχειν ἐν πλείονι καὶ τὴν τάξιν ἐπιζητεῖν, ἀναπολιζοῦν καὶ περιφέρον τὸ ἄυλακες, καζώτερ τὸν Θεσσαλὸν τὸ μίτον τὸ Ἀρεάδνες ὅσοι. Γραφεῖ τοίνυν ἐρθῶς καὶ μὴ πλάτει τὸν τοῦ πλαγίου καὶ λοξοῦ τῷ χαρακτῆρι.

(a) JOHANNI DANTISCO *Epiſcopo* Culmenſi Poloniæ *Regis apud Ceſarem Oratori* ERASMUS S. D. —— *Hoc probatiſſimi Doctoris Opus, quoniam videbam à* Gregorio Nazianzeno *magnopere laudatum in monodiâ, nec hactenus à quoquam, quod equidem ſciam, Latinè verſum, eò libentiùs hoc laboris mihi ſumpſi, quòd ſubodorarer hisce temporibus furtim revriviſcere conantem jam olim extinctæ viperæ progeniem, quæ rurſus duas perſonas, Verbum & Spiritum, meditatur à vero Dei cognomine depellere, ut jam hâc in parte nihilo meliores futuri ſint Chriſtiani quàm Judæi aut Turcæ &c. Poſteaquam dimidium Operis abſolveram citra tedium, viſa eſt mihi phraſis alium referre parentem, aliùmque ſpirare genium. &c. Ex his ſubiit animum ſuſpicio ſtudioſum quempiam, quò Volumen redderet auctius, multa intertexuiſſe, vel ex aliis Auctoribus decerpta Emblemata (nam hoc Argumentum à compluribus Græcis accuratè tractatum eſt) vel ex ſeſe reperta. Sunt enim in his quædam erudita, ſed à charactere* Baſilii *diſcrepantia; quædam rurſus ejusmodi, ut indole referant parentem ſuum, videlicet eum, qui doctiſſimi* Athanaſii *libellis de Spiritu Sancto ſuas loquaces ſed elumbes attexit nanias; quique in Epiſtolam ad* Corinthios *poſteriorem, & in Apoſtolorum Acta* Chryſoſtomus *haberi ſtuduit.* &c. *apud* Friburgum Brisgoæ, *pridie Calendas* Maias. M. D. XXXII.

(b) *Menſe* Maio.

(c) GESNER. *Bibliothec.*

(a) *Die*

Decreta Provincialis Concilii *Senonenſis*: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (a) fol. Pariſ. 1532.

LAURENTII *Novarienſis* Homiliæ duæ: *apud* VASCOSANUM. (b) 4.to . . . .

THEODOR. BIBLIAND. in ESAI. de Sermone prophetico: *apud* FROSCHOVERUM. (c) . . Tigur. 1532.

GALENI Opera de Pulſibus, Latinè HERMANNO CRUSERIO *Campenſi* Interprete: *apud* SIMONEM COLINÆUM. fol. . . Pariſ. 1532.

PAULI ÆGINETÆ Opus de re medicâ nunc primùm integrum Latinitate donatum per JOHANNEM GUINTERIUM *Andernacum* Doctorem Medicum: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) fol. . Pariſ. 1532.

OCTA-

(a) *Die decimâ tertiâ menſis* Martii.

(b) Biblioth. *Cordeſian.* Ubi annus (utſuſpicor) mendoſè imprimitur 1522.

(c) *Bibliothec.* SIMLER.

(d) *Candido Lectori. S.* — *Jampridem* Paulum Æginetam *à me converſum ediditſem, niſi meliorum Exemplarium ſpes aliqua me detinuiſſet. Cupiebam enim optimum Authorem non mutilum, ut in impreſſo Codice habetur, ſed, quatenus liceret, integrum, fideliter ac purè expreſſum ſtudioſis hominibus impartire. Quippe videbam parum adeò utilitatis ad ſtudioſos perventurum, ſi* Aldino *Exemplari duntaxat uſus, in quo permulta deſiderantur, Scriptorem interpretandum ſuſcepiſſem.* &c. *Itaque primùm laboravi ſedulò, ut Codicem meum ex aliis Exemplaribus manuſcriptis, ſinè quibus neminem puto quamlibet ingenioſum aliquid profectûrum, emendarem: deinde ſententiam* Pauli, *ſiqua erat obſcurior, cum Scriptoribus, unde tranſcripſerat, conferrem: ac ſtatim in* Joannis Lascaris *viri incomparabilis antiquum Exemplar incidi, ſed non ita per omnia fidele; ad hæc ſæpius* Ruellii *Medici clariſſimi admirandæ vetuſtatis Codicem inſpexi, ſed ne is quidem omni ex parte reſpondit, præſertim in Chirurgiâ, licèt aliis, quos viderim, fuerit emendatior. Porrò non contentus fui iis ſolùm Exemplaribus; verùm longis itineribus antiquiſſimum* Oribaſii *Volumen, literis Longobardicis ſcriptum, egregium vetuſtatis monumentum conſului; quod ſanè quo minus elegantiæ & ornatûs, eo plus fidei & authoritatis habuit. Unde non paucos correxi locos, quos* Paulus *ad verbum ex illo tranſcripſit. Omitto quot ex* Galeno, Hippocrate, Alexandro *inſtaurârim, qui in omnibus Exemplaribus erant depravati. Sed ecce dum pulcherrimo Authori conor ſubvenire, rumor hîc ſpargitur, eundem* Baſileæ *Latinitate donatum exudi. Quod ſanè non potui non demirari, quum Typographi illic anno, antequam interpres ille cogitaſſet vertere, me propemodum abſolviſſe per meas & amicorum literas cognoviſſent. Non tamen ideo mœrori me dedam* &c. *Id tamen malè me habuit, quòd ſtatim, ubi huc fama de* Pauli *impreſſione veniſſet, meum coactus ſum prelo committere nondum dedolatum imò ne runcinas quidem expertum, ut jam tertius liber eſſet impreſſus ferè, antequam ex* Germani.

OCTAVIANI HORATIANI rerum medicarum libri quatuor ; per HERMANNUM Comitem à NEUENAR integro nitori nuper reſtitutus Autor; ALBUCASIS Chirurgicorum omnium primarii libri tres : *apud* JOANNEM SCHOTTUM. (a) fol. Argent. 1532.

PSELLI Opus in quatuor Mathematicas Diſciplinas, Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, & Aſtronomiam Græcè : *apud* STEPHANUM SABIUM *& fratres.* (b) 8.° . . Venet. 1532

Aſtronomica quædam Græcè & Latinè, JOACHIMO CAMERARIO Interprete : *apud* Jo. PETREIUM. (c) 4.to . Norimb. 1532.

ORONTII FINÆI Protomatheſis: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) . Pariſ. 1532.

PLA-

maniâ *alter adveheretur. Illud veriſſimum, ſi domi Libros iſtos diutius paulo, & in manibus habere atque reguſtare interim ex intervallo licuiſſet, longè elimatiores prodituros fuiſſe. Quum verò per Typographum id non licuerit, feſtinatâ Operis deſcriptione factum eſt, ut aliquoties dictio una pro alterâ poſita ſit, quæ optimè in præcedentibus habebatur. Sed omnia Libris jam impreſſis ad fidem reſtituimus, ut ſecundæ recognitionis loco eſſe poſſint.* &c.

(a) XXVI. *Febr.*

Eadem cum Concordantiis per *HENRICUM REGIUM*: *apud* MELCHIOR. NOVESIAN. (h) 4.to . Colon. 1535.

Eadem ad Hebraïcam veritatem reſtituta: *apud* JOAN. SCHOTTUM. (i) 8.° Argent. 1535.

Eadem juxta Vulgatam Editionem ad Hebraïcam veritatem candori priſtino reſtituta. (k) 8.° . . . 1535.

Nov.

(a) 1534. ; 1535. ; Charactere apud *Judæos Germanos* vulgari. De his lege LONG, *Biblioth. Sacr.*

(b) LONG, *Biblioth. Sacr.* prim. part. p. 129. ubi puto errâſſe Typographum; nam Geneſis (cujus Editionem vidi) Hebraïcè in 4.to excuſa eſt apud *Chriſtianum* WECHELUM anno 1537.

(c) *Menſe* Februario. Cum *Joan.* OECOLAMPADII exhortatione.

(d,e,f,g,h,i,k,l.) LONG, *Biblioth. Sacr.*

1,2,3,4,5,6,7,8,9.

Nov. Teſtam. Latin. *apud Viduam* THIELMAN. KERVER. (1) 12. .	Pariſ.	1535.
Idem, ERASMI. [1] 8.° .	Baſil. & Mogunt.	1535.
Biblia Italica MALERMI: *apud* BERN. BENDONUM. [2] fol. .	Venet.	1535.
Biblia Germanica LUTHERI cum Annotationibus & figuris. [3] fol. .	Aug. Vind.	1535.
Eadem: *apud* WIND. RIHELIUM. [4]	Argent.	1535.
Nov. Teſtam. Germanic. ex Verſione LUTHERI. [5] 8.° .	Auguſt.	1535.
Idem, ex Verſione LEONIS JUDÆ & aliorum Miniſtrorum *Tigurinorum*. [6] fol.	Tigur.	1535.
Biblia Saxonica: *apud* WINDEL. RIHELIUM. [7] fol. . . .	Argent.	1535.
Apocryphi Libri *Saxonicè*. [8] 8.°	Magdeburg.	1535.
Biblia Belgica: *apud* JACOBUM à LIESVELT. [9] fol. . . .	Antverp.	1535.
La Bible qui eſt toute la S.te Ecriture, en laquelle ſont contenus le Viel & le Nouveau Teſtament, translaté en François, le Viel de L'Ebrieu, & le Nouveau du Grec: *imprimé par* PIERRE DE WINGLE, *dict* PIROT PICARD *Bourgeois de* Neufchatel. (a) fol. . .	Neufchatel.	1535.

The

1,2,3,4,5,6,7,8,9. LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) *Achevé d'imprimer en la Ville & Conté de Neufchatel l'an* M.D.XXXV. *le 4. jour de Juin.* Huic Editioni præfiguntur Latina *Joan.* CALVINI ad Principes omnes &c. Epiſtola; *Roberti* OLIVETAN interpretis (cui quædam cum CALVINO cognatio intercedebat) ad *Hilerm.* CUSEMETH, *Cepham* CHLOROTEN & *Anton.* ALMEUTEN (ſuos unà cum CALVINO adjutores) Apologia, deinde *Jo. Eutychi* DEPERII anianuenſis interpretis de Gallinâ hâc Bibliorum Verſione Carmen.

„ Plus nimio quondam rerum ſtudioſa
„ novarum
„ Eloquii dives Gallica Lingua fuit.
„ Tot

„ Tot ſibi librorum cùm ſcripſerit agmina,
„ (mirum eſt)
„ Rarò vel nunquam Biblia ſacra refert:
„ Vana refert, Domini ſpernens oracula
„ vatum;
„ Seria futilibus, poſthabet illa jocis.
„ Ridiculas autem Chriſto revocante jo-
„ candi
„ Optabat tandem ponere blanditias.
„ Blanditias ſed nacta novas, monumen-
„ ta ſalutis
„ En habet & fidei pignora certa ſuæ.
„ Religionis habet nunc pura fluenta beatè,
„ Trita ſub *Auſonio* quæ latuere luto.
„ Viderat antè ſuas hæc Gallica Lingua
„ forores
„ Scribere veracis verba retecta *Dei*.
„ Ocia dum captat, tandem perfuſa re-
„ centi
„ Luce Dei, voluit tam pia facta ſequi:
„ Immo jam ſequitur non inferiore lo-
„ quendi
„ Utilitate eadem quotquot in Orbe
„ ferunt.
„ En igitur faxis, Gens Gallica, cordis
„ apertas
„ Trajiciant aures, quæ tua Lingua
„ canit.
„ Accipe, volve diu noctuque Volumina
„ ſancta,
„ Non ſinè ſollicito verſa labore tibi.
„ Vana decent vanos, tu non ignota re-
„ cantes,
„ St, tua (cùm potis es) non aliena
„ colas.

Ad candidum Lectorem.

„ Quiſquis es, ô Lector, (1) primores
„ Carminis hujus
„ Tu ne ſperne notas, qui tibi vertit,
„ is eſt.

Initio Novi Teſtamenti præmittitur Gallica Præfatio, quam R. P. LE LONG CALVINO (licèt nomen non addatur) adſcribit. Ad calcem, Index & Interpretatio Nominum Hebræorum, Chaldæorum, Græcorum & Latinorum, cum Alphabeto Græco & Hebræo, figuriſque Ciphrarum.

„ *Concinnatores Tabulæ ad Lectorem.*

H. ROSA.

„ Nomina perfacili diſtinximus ordine,
„ Lector,
„ Ut collecta tuis uſibus apta foret.

EUTYCHUS DEPER.

„ Ne mirere novo prodire vocabula cultu,
„ Sed verum in tenebris delituiſſe diu.

Demum Recognitio Erratorum; & Rerum Index à *Matthæo* GRAMBLIM compoſitus.

Typographus ad Lectorem.

„ Has *Gramelinus* opes tibi, Lector a-
„ mice, coëgit,
„ Ut poſſes loculo multa tenere brevi.

Hanc Gallicam Bibliorum Verſionem, apud *Proteſtantes Calvinianos* ſive *Genevenſes* primam, annui ſpatii Opus fuiſſe ex Interpretis Præfatione comperimus: quam (2) *Valdenſium* ſumptibus excuſam non admodum probaverunt (3) *Paulus* COLOMESIUS, (4) *Arnoldus* BOOTIUS & (5) *Richardus* SIMON: quæ ſi conferatur, penè (6) eadem eſſe deprehendetur cum eâ, quam ann. 1530. & 1534. *Antuerpiæ* typis ſuis vulgavit *Martinus* LEMPEREUR; niſi ubi Vulgata ab Editione *Antverpienſi* expreſſa à textu Hebræo Veteris & Græco Novi Teſtamenti diſcrepat: ibi enim OLIVETANUS PAGNINUM in Vetere, ERASMUM in Novo, vel variantes in Utroque ad *Antuerpienſis* Editionis 1534. marginem adjectas ſecutus eſt. Hujus Editionis character eſt Gothicus apud Gallos eo tempore familiaris: in quo obliquæ lineolæ pro virgulis ſeu commatibus uſurpantur. In V. T. titulo, ישעיה פ רבר אלהינו יקום לעולם & in N. T. Εσου) πατηρ ἡμων τα Θεω. Ioan. 5.

(2) Ad

(1) Ex ſingulis verſuum literis initialibus conficitur hoc nomen; PETRUS ROBERTUS OLIVETANUS.
(2) Lege THEOD. BEZ. Icon. de Martyr. *Valdenſ.*
(3) Lege ejus Oper. Edit. 1709. p. 660.
(4) Obſerv. Sacr. in Indic. Author. Vide vocem *Gallica*.
(5) Critiq. du Vieux Teſtam. Edit. 1680. p. 382.
(6) LONG, *Bibliothec. Sacr.*

The Englyſh Bible. (a) fol. Lond. 1535.

Beati BASILII *Cæſarienſis* Epiſcopi *OPERA QUÆDAM*; ſcil. Tractatus Ethicorum, Aſcetica, de Virginitate, contra EUNOMIUM, Sermones & Epiſtolæ nonnullæ; Græcè; quæ omnia nunc primùm impreſſa ſunt: *per* STEPHANUM DE SABIO. (b) fol. . . . Venet. 1535.

HILA-

(a) Ad calcem, (nam Exemplar, quod vidi, titulo carebat) *Printed in the yeare of oure LORD* M.D.XXXV. *and fynifhed the fourth daye of Octeber.* Character eſt Gothicus.

„ Preface of Myles Coverdale to Henry „ the eight —— wherein he compares „ Byſhoppe Cayphas and the Byſhoppe „ of Rome together. The firſt pro„ phecy'd that it was better to put „ Chriſt to death than that the people „ ſhould perish. The laſt giving Henry „ the eight the Title of Defendour of „ the Faith. He calleth the Byſhoppe of „ Rome Balaam. —— I thought it „ my dutye, whan I had tranſlated this „ Byble, to dedicate this translacyon unto „ your Highneſſe —— to the intent „ that, if ony thynge therin be translated „ amyſſe, it may ſtand in your Highneſs „ handes to correct, amend, improve it, „ yee and clene to reject it, yf your „ godly wyſedome ſhall thynke it neceſ„ ſary. " [*Quale adulationis genus erga Regem haud ſanè prorſus reformatum, uti & acerbiſſima inter Romanum Epiſcopum ac Judaicum Pontificem Ethnicúmque Pſeudoprophetam comparatio, an ab omni reprehenſione abſit in Reformatore Chriſtiano, qui & fucum aſſentationis omnem omnémque ſermonis contumeliam debet evitare, dubito.*]

„ A Prologue of Myles Coverdale to „ the Chriſten reader. —— whan I „ conſyder how great pytie it was that „ ſhuld wante it to longe, and called to „ my remembraunce the adverſite of „ them [*Tyndal*] which were not only „ of rype knowledge, but wold alſo with „ al theyr harts have perfourmed that they „ beganne, yf they had not had impedi„ ment, —— I was the more bolde „ to take it in hande: and to helpe me „ therin, I have had fundrye translacyons „ not only of Latyn but alſo of the Douch „ interpreters, whom (becauſe of theyr „ ſyngular gyfts and ſpecyal diligence in „ the Byble) I have bene the more glad „ to folow for the mooſte parte, accor„ dynge as I was requyred. &c.

In his Biblis hgnæ paſſim imprimuntur tabulæ; & marginales ubique adjiciuntur locorum conſimilium allegationes. Diſtribuitur hæc Editio in ſex partes: quarum prima complectitur *Pentateuchum*; ſecunda, *Joſuam* usque ad Codicem *Eſtheræ*; tertia, *Jobum* usque ad *Canticum*; quarta, omnes Prophetas; quinta, Libros apocryphos; ſexta, Novum Teſtamentum.

De hâc Editione quid R. P. LE LONG ſcribat, lege *Biblioth. Sacr.* Cap. 10. Sect. 5.

(b) In initio, *Menſe Novembri*; in fine, *Menſis* Octobris XXV. Argumenta multáque paſſim alia rubricis exponuntur. Editor hoc Opus *Gaſpari* CANTARENO tit. S. VITALIS S. R. E. Presbytero Cardinali inſcribit. *Gratiâ*, ait, *Domini noſtri* JESU CHRISTI *& diligentiâ tuâ effectum eſt, ut Beati* BASILII Ἀσκητικὰ *nunc primùm editum, nunc primùm catholicorum deſideriis virorum & mulierum donetum cenſeri poſſit: quando antehac rari habebantur hujusmodi Libri, adeóque difficilis erat eorum inſpiciendorum nedum deſcribendorum facultas, ut paucis quibusdam exceptis —— reliqui omnes vix famam Operis hujus vel nomen agnoſcerent. Erant quippe pauci præſertim apud nos, itaque pau-*

HILARII *Pictav.* Episcop. Lucubrationes: *apud* FROBEN. (a) fol. Basil. 1535.

HAYMONIS Episcopi *Halberſtattenſis* Commentariorum in Apocalypſin libri ſeptem, jam primùm in lucem editi, & ad multorum ſcriptorum Codicum fidem caſtigati: *ex Officinâ* FRANCISCI REGNAULT *in viâ* Jacobæâ *ſub Signo Elephantis.* (b) 8.° Pariſ. 1535.

ANDR. ALTHAMERI BRENTII Sylva Biblicorum Nominum: *apud* THO. WOLF. (c) 8.° Baſil. 1535.

Annotationes fratris AMBROSII CATHARINI POLITI *Senenſis* Ordin. Prædic. in excerpta quædam de Commentariis Cardinal. CAIETANI S. XISTI Dogmata: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Pariſ. 1535.

Idiotæ Contemplationes: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 12. Pariſ. 1535.

Ὡρολόγιον: *excudit* BARTHOLOMÆUS Casterzagenſis *impenſis* VINCENTII & JOANNIS FRANCISCI TRINCAVELORUM. 8.° Venet. 1535.

Gu-

pauci multâ curâ ſervabantur in Bibliothecis publicis & in nonnullis Monaſteriis. —— *Multi cùm legiſſent illa fragmenta à* RUFINO *Presbytero* Aquilegienſi *tranſlata ſub appellatione ac titulo Regulæ Beati* BASILII, —— *neque meliùs quicquam nec aliter de eâ re ſenſiſſe vel ſcripſiſſe hunc virum arbitrantes, quàm quod ipſi in parvo illo ac diminuto libello tranſlatum legerent; illico frigeſcebant, adeò ut remitterent omne ſtudium diligentiùs inquirendi.* —— *Ope atque induſtriâ tuâ tria antiqua Exemplaria ex Bibliothecâ publicâ Civitatis tuæ, hoc eſt Reipublicæ* Venetorum, *nobis conceſſa ſunt.* —— *Quartum obtinuimus ex Monaſterio ſanctæ* JUSTINÆ *congregationis* Caſſinenſis, *ſtudio & diligentiâ* Rainaldi POLI Britanni, *qui etiam ex his omnibus Codicibus ſtudioſè inter ſe collatis unum elegit, ac per familiarem ſuum optimum juvenem quintum nobis deſcribendum diligentiſſimè curavit, quem not ſexto loco acceptum poſtea non minori diligentiâ uſi ad hunc modum, quem vides, imprimendum curavimus.* —— *In hoc Volumine tria Opera continentur, inter ſe quidem diverſa, ejuſdem tamen Authoris; videlicet primum τῶ ἀσκητικῶν, ſecundum* de Virginitate, *tertium* contra EUNOMIUM. *Primo Operi annexus eſt Tractatus* Ethicorum *collectus poſiſſimùm ex Evangelio & Apoſtolo. Secundo* de Virginitate *adjungitur Sermo* de Paradiſo. *Tertio additur etiam aliquid in fine contra* Sabellianos: *quæ omnia ab hoc Pontifice fuiſſe compoſita nemo dubitat.* &c.

(a) GESNER. *Biblioth.*

(b) Initio affigitur Jo. PARVI Inſignæ; Lilium inter duos Leones. *I. P. IEHAN PETIT. PETIT A PETIT.*

(c) GESNER. *Bibliothec.*

(d) *Menſe* Aprili. POLITUS ad Magiſtrum Ordin. Prædicat. *Joannem* DE FENARIO & reliquos ejuſdem Ordinis Patres præfatur.

(a) Ca-

GULIELM. BUDÆI Secretarii Regii Annotationes in quatuor & viginti Pandectarum Libros : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (a) fol. . . Parif. 1535.

Ejusd. BUDÆI Conſiliarii Regii Libellorúmque Magiſtri in Prætorio altera Editio Annotationum in Pandectas : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) fol. Parif. 1535.

Sanctiſſimi Juris Civilis Lexicon ab ANTONIO *Nebriſſenſi* adverſùs quosdam inſignes ACCURSII errores editum, hâc formulâ jam primùm caſtigatiſſimè excuſum : *ex Officinâ* SERVATI ZASSENI (c) 8.° Lovan. 1535.

ÆTII AMIDENI Libri Latinè, partim à JO. BAPT. MONTANO, partim à JANO CORNARIO translati : *apud* FROBEN. (d) fol. Baſil. 1535.

GALENI de Compoſitione Medicamentorum ſecundùm locos libri decem, Opus nunc primùm Latinitate donatum ac in lucem editum per Jo. GUINTERIUM *Andern.* publicum Scholæ Medicorum *Pariſienſis* Profeſſorem : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (e) fol. . . Parif. 1535.

Anatomia

(a) *Calendis* Septembr. Cum Epiſtolâ BUDÆI ad *Joannem* DEGANAIUM Cancellarium Franciæ, *Pariſiis, pridie Nonas* Novembres, *milleſimo quingenteſimo octavo.*

(b) VI. *Calend.* Novemb. Cum Epiſtolâ BUDÆI ad *David.* BURESIUM Conſiliarium regium in Curiâ *Rhotomagenſi, Pariſiis, octavo Calendas* Junias, M.CCCCCXVI.

(c) *Menſe* Aprili. In hâc Editione recuditur ſequens *Joannis* GRAPHEI ad *Petrum* TAYSPIL ſacrarum Legum conſultiſſ. Conſilii *Flandren* Præfidem Epiſtola. *Quaſi nihil optimorum Librorum non fuerit olim fœdâ undique barbarie plus ſatis conſpurcatum, anniſi ſunt quidam malum addere malo, inter quos quidam deprehenderunt* Accurſium *Leguleium quendam, qui, dum quædam ad Juris civilis ſtudium pertinentia* ——— *male legit, ea præcipiti judicio longè pejùs interpretari non eſt veritus. Quod cùm animadvertiſſet* Antonius Nebriſſenſis *homo ad oppugnandam explodendámque barbariem perquam ſtrenuus, edidit Juris Civilis Lexicon perbreve ſed utile, in aliquot tantùm loca, per barbaros fœdiſſimè depravata* &c. *Id jam à nobis publicæ utilitati hâc enchiridii formulâ excuſum tua humanitati dicamus* &c. Antverpiæ *ex Officinâ noſtrâ chalcographicâ.* XII. *Calend.* Januarias. 1527.

(d) GESNER. *Biblioth.*

(e) Cum GUINTERII ad *Joannem* à MEITZCHUSEN Archiepiscopum *Trevirenſem*

Anatomia Carpi ; Iſagogæ breves Anatomices Authore artium & Medicinæ Doctore JACOBO BERENGARIO *Carpenſi* Regii Lepidi ac *Bononiæ* cive, Chirurgiam ordinariam in *Bononienſi* Gymnaſio docente anno M. D. XXII. ſub die 30. Decembris: *impreſſ. per* BERNARDINUM DE VITALIBUS Venetum. 4.to . . . Venet. 1535.

ALCINOI Sermo doctrinalis de Dogmatibus PLATONIS Græcè : *apud* STEPHANUM SABIUM. (a) 12. . Venet. 1535.

EPICTETI Enchiridium cum ARRIANI Commentariis, Græcè : *in ædibus* BARTHOLOMÆI ZANETTI Caſterzagenſis, *ære verò & diligentiâ* JOANNIS FRANCISCI TRINCAVELI. (b) 8.° . Venet. 1535.

In ARISTOTEL. Politic. Introductio CLICTOVEI : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (c) fol. . . Pariſ. 1535.

ARISTOTEL. Phyſiognomic. ANDREÂ LACUNÂ interprete. (d) 8.° Pariſ. 1535.

Ejusd. Topic. Latinè, cum ANTONII DEMOCHARIS *Reſſonei* Hypomnemate : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (e) 4.to Pariſ. 1535.

JOAN-

renſem Epiſtolâ, Lutetiæ *anno milleſimo quingenteſimo triceſimo quinto, undecimo Calendas* Maias.

(a) *Mavii Mantiæ.* Cum Græcâ ARSENII ad POLUM RENALDUM (Πώλῳ τῷ Ῥενάλδῳ) Epiſtolâ, in quâ notat ARISTOTELIS & HERMOGENIS Rhetoricam SOPATRIque & aliorum non paucorum lucubrationes, APHTHONII item Progymnasmata, PLATONÉMque jam antea, ALCINOUM verò nondum hactenus è prelo prodiiſſe. Illud tamen ipſum ALCINOI Opusculum anno ſuperiore VASCOSANUS excudit Græcè & Latinè. Hoc enim promittit titulus, quamvis illud, quod vidi, Exemplar Latinam tantùm habeat FICINI Verſionem.

(b) *Menſe* Septembri. *Victor* TRINCAVELLUS hanc Editionem procuravit, & *Georgii* à SELVÂ *Vaurenſis* Epiſcopi Regis *Gall.* apud *Venetos* Oratoris, è cujus copioſiſſimâ Bibliothecâ Exemplar manuſcriptum depromſerat, nomine ornatam edidit.

(c) CHEVILLER. pag. 323.

(d) FABRIT. *Biblioth. Grac.* lib. 3. cap. 6. p. 144.

(e) Hoc Hypomnema *Carolo* VILLERIO Epiſcopo *Bellovaco* DEMOCHARES,

XIIII.

JOANNIS Grammatici Comment. in ARISTOTELIS quatuor Libros de naturali Auscultatione, Græcè: *in ædibus* BARTHOLOMEI ZANETTI Casterzagensis, *ære verò ac diligentiâ* JOAN. FRANCISCI TRINCAVELI. (a) . . . Venet. 1535.

JOANNIS MURMELLII *Ruremundensis* Isagoge in ARISTOTELIS Categorias: *apud* PRIGENTIUM CALVARIN. 8.° Paris. 1535.

PLIN. Natur. Histor. cum Annotat. GELENII. (b) fol. . Basil. 1535.

VITELLIONIS Perspectivæ libri decem: *apud* Jo. PETREIUM, fol. Norimb. 1535.

JACOBI MILICHII Mathematum in Scholâ *Wittebergensi* Professoris Commentarii in lib. 2.m Histor. PLIN. *ex Officinâ* PETRI BRUBACCHII. (c) 4.to . Hagan. 1535.

THEOD. GAZ. de Mensib. Attic. Latinè, JOANNE PERRELLO interprete, cum PERRELLI Commentariolo de ratione Lunæ, Epactarum & Mensis intercalarii: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.° Paris. 1535.

JOANNIS MARTINI POBLATII in figuram dierum criticorum Explanatio: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° Paris. 1535.

ROBERTI SENALIS Episcop. *Abricens.* Opus de verâ Mensurarum Ponderúmque ratione: *apud* JOANNEM ROIGNY *sub Basilisco in viâ ad Divum* Jacobum. 8.° Paris. 1535.

Libri

XIIII. *Calend.* Januar. *anno* 1534. dedicavit *ex Gymnasio* Burgundiano, ubi *discipulos*, *quos* Claudius ROILLETIUS illius *Gymnasii primas ei crediderat educandos*, Philosophiæ studiis instituebat. Huic edendi author fuit *Joannes* ARBOREUS. Opusque collatis veterum & recentiorum traductionibus cum quatuor Græcis Exemplaribus perfecit.

(a) *Mense* Septembri.
(b) FABRIC. *Biblioth. Lat.*
(c) *Mense* Augusto.
(d) *Tertio Nonas* Junias.

(a) Cum.

Libri de Re ruſticâ: *ex Officinâ* JOANNIS HERVAGII. 4.to . . Baſil. 1535.

ALBERTI DURERI Pictoris & Architecti de Urbibus, Arcibus, Caſtellisque condendis ac muniendis rationes aliquot, nunc recens è Linguâ Germanicâ in Latinam traductæ: *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI *ſub Scuto* Baſilienſi. (a) fol. Pariſ. 1535.

Supplementum Chronicorum; Opus primùm à PHILIPPO *Bergomate* Ordin. Eremit. conſcriptum, deinde multis mendis ac ſuperfluis quibusdam *robus repurgatum*, cum brevi noſtrorum temporum ab anno 1500. ad 1535. acceſſione: *operâ ac prælo* JACOBI (b) NYVERDI *adſcriptitii Bibliopolæ & Chalcographi, ſumptibus verò ac diligentiſſ. curâ* SIMONIS COLINÆI *&* GALEOTI *à* PRATO *Bibliopolarum* Pariſienſ. (c) fol. Pariſ. 1535.

Jo. PHILIPPI *Novarienſis* Chronicon: *excuſum per* CÆSAREM DE RICARDIS. (d) . . . Cremon. 1535.

ACHILL. GASSARI Epitome Hiſtoriarum totius Mundi: *apud* HENR. PETRUM. 8.° . . . Baſil. 1535.

JOACH. VADIANI Epitome topographica totius Orbis: *apud* JOAN. GRAPHEUM. 8.° . . Antverp. 1535.

FLAV. JOSEPHI Opera Latinè: *Vænunt in ædibus* JACOBI KERVER *ſub Signo geminorum Pullorum in viâ divi* Jacobi. (e) fol. Pariſ. 1535.

THUCYDIDIS Hiſtoriæ Liber ſecundus:

(a) Cum *Chriſtiani* WECHELI ad D. *Gulielmum* LANGÆUM Epiſtolâ.

(b) Idémne eſt ac ille, quem *Jacobum Nymerd* vocat CHEVILLER. p. 358.

(c) *Pridie Calendas* Auguſti.

(d) *Cremon.* Litterat.

(e) Tituli marginales limbuli *Joannis* PETIT nomen exhibent.

(a) Li-

dus, Græcè : *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. (a) 4.to . Pariſ. 1535.

Les trois premiers livres de DIODORE, par ANTOINE MACAULT : *à l'Enſeigne du Pot caſſé.* (b) 4.to . . . . 1535.

HERODIAN. Gr. Lat. *Excud.* HENRIC. PETRUS. (c) 8.° . Baſil. 1535.

ARRIANI Hiſtor. de Aſcenſu ALEXANDRI Græcè : *in ædibus* BARTHOLOMÆI ZANETTI Caſterzagenſis, *ære verò ac diligentiâ* JOANNIS FRANCISCI TRINCAVELI. (d) 8.° . . Venet. 1535.

TIT. LIV. cum GELENII & RHENANI notis atque ERASMI Præfatione : *in Officinâ* Frobenianâ. (e) fol. . Baſil. 1535.

SUETON. ex ERASMI recognitione, cum

(a) Librum primum Græcè hôc anno in 4.to *Pariſiis* excuſum memorat FABRIC. *Biblioth. Grac.*

(b) *En* Avril. Hoc erat *Godofridi* TORINI Inſigne. *Privilege donné à Macault, qu'il puiſſe faire imprimer, ſoit par Galiot du Pré, Anthoine Augereau, ou autre tel Imprimeur,* &c.

(c) *Menſe* Auguſto.

(d) *Menſe* Septembri. Hanc Editionem à *Viſſore* TRINCAVELLIO curatam liquet ex *Jo. Bap.* EGNATII ad *Andr.* FRANCISCUM *Venet.* Cancellarium Epiſtolâ *Venetiis* M.D.XXXV. datâ.

(e) FABRIC. *Biblioth Latin.* — Lege etiam inter *Pet.* BEMBI Epiſtolas hanc, quæ ſequitur.

P. B. HIERONYMO FROBENIO *Officinæ librariæ Magiſtro S. P. D.*

Quòd à me per literas Viglii *Jureconſulti ſuaſu petiiſti, ut Libros priores ſex* Livianæ *tertiæ Decadis manuſcriptos perquirerem, &, ſi haberi poſſent, ad te mitterem, fuit mihi gratum. Diu enim eſt, cùm te diligo, faciòque plurimi: diligentiâque tua, quam adhibes in juvandis bonis Artibus Librorum probè incuſſorum ſupellectili, vehementer mihi quidem probatur. Itaque quoniam eos ego Libros non habebam, quæſivi à nonnullis, ac demum repertos Librario dedi meo deſcribendos. Eorum ille complures jam paginas cùm deſcripſiſſet, collatis Codicibus deprehendi nihil boni illis ineſſe, quod non haberent ii Libri, qui ex* Aldi *Officinâ quindecim abhinc annis parvâ ſub formâ exiere; mali verò ac errati ſanè plurimum. Quamobrem ne tibi meâ diligentiâ laberem ſupervacaneum adjungerem, Librarium continui. Equidem doleo hâc in re, quam à me unam expetiveris, me tibi ſatisfacere non potuiſſe. Tu verò, ſi me amas,* Frobeni, *propterea ne deſiteris, ſiquid poſthac erit, in quo mea tibi opera opus ſit, à me omnia expectare amici hominis officia. Non fallam expectationem tuam.* Viglio *multam ſalutem. Vale. Cal.* Jul. M.D.XXXIIII. Patavii.

(a) XVI.

cum Not. EGNAT. & Epitom. Aſſ. BUD. *apud* SIMONEM COLINÆUM. (a) 8.° Pariſ. 1535.

VALER. MAXIM. *apud* SIMONEM COLINÆUM 8.° . . Pariſ. 1535.

VEGET. & FRONTIN. *apud* CHRISTIAN. WECHELUM. 8.° . . Pariſ. 1535.

GIUSTINO Hiſtorico nuovamente in Lingua Toscana tradotto: *ſtampato per* PIETRO DE NICOLINI DE SABIO. (b) 8.° Vineg. 1535.

FENESTELL. & LÆT. de Magiſtrat. Sacerdot. & Legib. Roman. *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1535.

HERMOGENIS Rhetoris Præexercitamenta, Latinè, ductu & inverſione PRISCIANI: *in Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) 8.° . . Pariſ. 1535.

LUCIANI Opera, Græcè: *excuſa per* PETRUM BRUBACCHIUM. (d) 8.° Hagan. 1535.

ISOCRATIS *Evagoras*, Græcè: *ex Officinâ* RUTGERI RESCII. (e) 8.° Lovan. 1535.

CICERONIS *Brutus*: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1535.

Ejusd. Topica: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1535.

Ejusd. Topic. cum BOET. Comment. tertia Editio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (f) 8.° . . Pariſ. 1535.

In

(a) XVI. *die* Julii.
(b) *Del Meſe d'*Ottobrio.
(c) HILARIUS CORTÆSIUS *Neuſter* OLIVARIO AQUARIO *Placida Sedis* (i. e. * Collegii Pleſſæi) *apud* Athenas Pariſias *Gymnaſiarchæ S.* —— *Feci ne fordesceret hic noſter* Hermogenes Prisciani *fœturâ concinnior effectus. Atque ita feci,*

* Lege CORTÆS. *Velamill.* Edit. 1533. 8. fol. 19.

ut —— *noſtro monitu* Colinæi *hominis ſanè accuratiſſimi typis nunc ſæltim excuderetur primulum* &c.
(d) *Μετὰ ἐπιμελείας ἐξεικάσθη.*
(e) In initio, *Menſe* Jul. In fine, 3. *Idus* Julii.
(f) XIII. *Cal.* Jul.

(a) Bi-

In CICER. Partition. Commentaria GEORGII VALLÆ: *typis* ROBERTI STEPHANI. (a) 8.° . . Pariſ. 1535.

Ejusd. Oratio pro CECINNÂ, cum JACOB. OMPHALII Prolegomenis & Scholiis: *apud* COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1535.

Ejusd. pro A. CLUENTIO, cum Comment. SYLVII: *ſub prelo* Aſcenſiano. (b) 4.to Pariſ. 1535.

Ejusd. pro L. VAL. FLACCO, cum Comment. SYLVII: *ſub prelo* Aſcenſiano. (c) 4.to . . Pariſ. 1535.

Ejusd. Oratio pro P. SYLLÂ cum SYLVII Comment. *venundatur* JOANNI ROIGNY. 8.° . . Pariſ. 1535.

Ejusd. pro CORN. BALBO: *apud* BADIUM. (d) 4.to . . Pariſ. 1535.

Ejusd. pro P. QUINTIO; cum Comment. SYLVII: *apud* BADIUM. (e) 4.to Pariſ. 1535.

Ejusd. *Somn.* SCIPION. cum Scholiis PETRI JOANNIS OLIVARII Valentini: *excudebant* JOAN. & ENGUILB. MARNEFII *fratres ſub Pelicano.* 4.to . Pariſ. 1535.

Ejusd. CATO *Major*, cum Not. SYLV. & ERASMI: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM. 4.to . Pariſ. 1535.

GYBERTI LONGOLII Annotat. in CICER. Rhetoric. ad HERENN. cum textu & duobus Libris de Invent. cum VICTORINI Comment. per LONGOLIUM reviſis: *apud* Jo. GYMNIC. (f) 8.° Colon. 1535.

QUIN-

(a) Bibliothec. *Markian.* p. 162.
(b) *Ad Nonas* Novemb.
(c) *Sub Idus* Junias.
(d) *Ad tertium Calend.* Maii.
(e) *Ad quartum Idus* Septembr.
(f) GESNER. *Biblioth.*

(a) GES-

QUINTILIAN. Institut. & Declamat. *apud* SEB. GRYPHIUM. (a) 8.°	Lugdun.	1535.
GULIELMI PHILANDRI *Castilionici* Castigationes pauculæ in XII. Libros Institutionum QUINTILIANI: *apud* SEB. GRYPHIUM. 8.° . .	Lugd.	1535.
GEORGII *Trapezuntii* de re dialecticâ Libellus cum Scholiis per JOANNEM NEOMAGUM: *apud* FRANC. GRYPHIUM. 8.°	Paris.	1535.
Epitome Commentariorum Dialecticæ Inventionis RODOLPHI AGRICOLÆ, per BARTHOLOMÆUM LATOMUM *Arlunensem*; Quarta Editio: *apud* FRANC. GRYPHIUM. (b) 8.° . .		1535.
ATHENÆI Deipnosophistarum Libri XV., *apud* JOANNEM VALDERUM. (c) fol. . . .	Basil.	1535.
ZENOBII Proverbia, Græcè. (d) 8.°	Hagen.	1535.
JOANNIS STOBÆI Collectiones Sententiarum Græcè: *in ædibus* BARTHOLOMÆI ZANETTI, *ære & diligentiâ* JOHANNIS FRANCISCI TRINCAVELLI. (e) 4.to . .	Venet.	1535.
C. JUL. HYGIN. Fabul. & Astronomica; PALÆPHAT. de Fabulos. Narrat. Latinè, PHIL. PHASIANINO *Bononiensi* Interprete: FULGENT. Mytholog. & de antiq. Vocibus; ARAT. Gr. Lat. & Phænom.		

(a) GESNER. *Pandect.*

(b) Hanc Epitomen LATOMUS *Andreæ* GOUVEANO primario Collegii *Barbaræ* in Gymnasio *Parisiensi* dicat Epistolâ XV. Cal. *Oct.* 1533. datâ.

(c) *Mense* Septembri. Ηνώχω ποθ. VALDERVS. *Quò seniùs, eò perseverantius.* JACOBUS BEDROTUS *Lectori.* *Annis abhinc minùs viginti ex* Aldi *Officinâ prodiit* Athenæus *multis in locis mutilus* &c. *Aldus Pius* MANUTIUS ATHENÆUM excuderat M.D.XIIII. & *Jano* VYTHESI *Pannonio* nuncupaverat.

(d) GESNER. *Biblioth.*

(e) *Mense* Februarii. Has Editor *Victor* TRINCAVELLUS *Petro* BEMBO dedicavit.

(a) *Mense*

nom. GERMANIC. Interprete; & PROCLI Sphær. Gr. Lat. LINACRO interprete: *apud* JOANNEM HERVAGIUM. (a) fol. Basil. 1535.

HOMERI Ilias & Ulyssea cum Interpretatione, Græcè: *apud* Jo. HERVAGIUM. (b) fol. . . . Basil. 1535.

Ejusd. Ilias, Græcè: *ex Officinâ* RUTGERI RESCII, *sumptibus ejusd. ac* BARTHOLOMÆI GRAVII. (c) 4.to . Lovan. 1535.

Ejusd. Ulyssea, Batrachomyomachia, & Hymni, Græcè: *ex Officinâ* RUTGERI RESCII, *sumptibus ejusdem ac* BARTHOLOMÆI GRAVII. (d) 4.to Lovan. 1535.

Ejusd. Odysseæ libri primi quinque priores, Græcè: *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. 8.o . . Paris. 1535.

PLAUTUS: *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.o . . Lugd. 1535.

TERENTIUS; quarta Editio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.o Paris. 1535.

VIRGILII Bucolica: *apud* CHRISTOPHORUM FROSCHOVERUM. (f) 8.o Tiguri. 1535.

CATULL. TIBULL. PROPERT. Gall. *apud* SEB. GRYPHIUM. (g) 8.o Lugd. 1535.

OVIDII Opera: *apud* SEB. GRYPHIUM. (h) 8.o . . Lugd. 1535.

JUVE-

(a) *Mense* Martio.

(b) Cum annotatione locorum, quibus *Aldino* Exemplari, quod ferè secuta est hæc Editio, cum *Florentino* non convenit.

(c) *Quarto Idus* Octob.

(d) *Pridie Idus* Augusti.

(e) Id adnotandum hîc duco, *Terentianas* ROBERTI Editiones in 8.o annorum 1533, 1534, 1535, vocari omnes figillatim, *quartam Editionem*; & certè nihil discrepant. At miror *Terentianas* ROB. STEPHANI Editiones in 8.o Anni 1536. appellari *quintam*, & ann. 1538. *sextam*, cum hæ quoque illis aliis haudquaquam sint absimiles.

(f,g,h.) GESNER. *Pandect.*

(a) *Mense*

JUVENALIS & PERSIUS: *in ædibus hæredum* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (a) 8.° Venet. 1535.

JUVENAL. cum marginal. Annotatiunculis : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1535.

PERS. cum marginal. Annotatiunculis : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1535.

CLAUDIAN. *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.° . Lugd. 1535.

AUSONIUS : *apud* SEB. GRYPHIUM. (b) 8.° . Lugd. 1535.

ACT. SYNC. SANNASAR. Eleg. & Epigramm. *in ædibus hæredum* ALDI MANUTII *&* ANDREÆ ASULANI. (c) 8.° Venet. 1535.

MARCI HIERONYMI VIDÆ *Cremonenſis Albæ* Epiſcopi Chriſtiados libri ſex : *in ædibus Divæ* Margaritæ ; LODOVIC. BRITAN. *impr.* (d) 4.to . Cremon. 1535.

MACROBII Opera : *ex Officinâ* JOANNIS HERVAGII. fol. . Baſil. 1535.

ASCANII BOTTÆ Rurale con l'Aggiunta della terza giornata: *apud* FRANCISCUM RICARDUM DE LUERE. (e) Cremon. 1535.

BUDÆI de tranſitu Hellenismi ad Chriſtianismum libri tres : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (f) 4.to . Pariſ. 1535.

GILBERT COGNAT. *Nozeren.* de famulorum officio : *in Officinâ* Frobenianâ *per* HIE-

(a) *Menſe* Martio.
(b) GESNER. *Pandect.*
(c) *Menſe* Septembri.
(d) *Menſe* Octobri.
(e) *Cremon.* Litterat.
(f) III. *Non.* Mart. Hunc Tractatum BUDÆUS (Epiſtolâ *Pariſ.* 1534. datâ) nuncupavit FRANCISCO Regi, quem laudat ob ſolennes ſupplicationes decretas ad expiandum nefarium hominum quorundam amentium facinus in ſacroſ. Sacramentum Altaris perpetratum. De quo lege *Antiquités de Paris*, in 8.o 1562. fol. 157.

(a) *Men-*

HIERON. FROBEN. & NIC. EPISCOP. (a) 8.° . . Basil. 1535.

CAROL. STEPHANI de re hortensi Libellus : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.° . Paris. 1535.

Ejusd. de re vestiariâ, ex BAYFIO; secunda Editio : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° . . Paris. 1535.

Ejusd. de Vasculis, ex BAYFIO : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 8.° Paris. 1535.

Ejusd. idem : *apud* MAURICIUM DE PORTÂ. (e) 8.° . . Paris. 1535.

ERASM. de Civilitate morum : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (f) 8.° Paris. 1535.

Ejusd. de copiâ verborum : *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.° Lugd. 1535.

Ejusd. de copiâ verborum libri Epitome : *in Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. 8.° . . . Paris. 1535.

Ejusd. Colloquia : *impressa per* WINANDUM DE WORD. 8.° . . 1535.

LAUR. VALL. Elegant. & de *Sui* ac *Suus*; cum BAD. Epitom. & MANCINELL. Limâ : *apud* SIMONEM COLINÆUM. (g) 4.to . . Paris. 1535.

STEPHANI DOLETI Dialogus de imitatione *Ciceronianâ* adversùs ERASMUM pro CHRISTOPHORO LONGOLIO : *apud* SEB. GRYPHIUM. (h) 4.to Lugd. 1535.

HIE-

(a) *Mense* Augusto.
(b) III. *Non.* Novemb.
(c) XIII. *Cal.* April.
(d) *Idib.* Novemb.
(e) XIIII. *Calend.* August.
(f) *Mense* Januario.
(g) *Mense* Martio.
(h) De hôc Dialogo dictum est priùs.

HIERON. SAVONAROLÆ Dialogus, cui titulus, Solatium Itineris mei, nunc primùm impressus: *per* JOANNEM PATAVINUM & VENTURINUM DE RUFFINELLIS. 12. . . Venet. 1535.

Apparatus Latinæ locutionis ex CICER. CÆSAR SALLUST. TERENT. PLAUT. ad HEREN. ASCON. CELS. & de re rustic. per BARTHOLOMÆUM RICCIUM *Lugiensem* in suum ordinem descriptus: *apud* JOANNEM GYMNICUM. (a) 8.° Colon. 1535.

BARTHOL. de *Proprietatibus Rerum*, Anglicè: *apud* THOMAM BERTHELETUM. (b) fol. . Londini. 1535.

Dictionarium Poeticum, quod vulgò inscribitur Elucidarius Carminum: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° . Parisi. 1535.

Idem:

(a) RICCIUS in suâ ad *Aloisium* CORNELIUM *Joannis* P. Patritium *Venetum* in D. JOANNIS Ordinem cooptatum Epistolâ fatetur se à *M. Antonio* FLAMINIO ad id Opus edendum permotum: & in Præfatione ad Lectorem hanc sui periculi mentionem facit; *Poetarum quoque ad hanc dicendi rationem formulas separatim à nobis habuisses, nisi subita illa vis* Corneliani *incendii extitisset: quod quidem non solùm* Corneliorum *familiæ, sed ipsi etiam urbi* Venetiis *calamitosum extitit, mihi verò calamitosius. Hôc enim Opere cum vitâ ex medio incendio vix erepto, cætera mihi omnia multorum annorum studia concremata sunt; in quibus cum his poëticis locutionibus, quicquid in simplicibus observâram, haud mibi ingratus labor periit. Nec non etiam* Cornelii Celsi, *ac quas observâram in libris de re rusticâ locutiones, quas per illud tempus reliquo Operi adjungebam, nefario illo incendio consumptæ sunt: ut si minùs crebrò, quàm in Operis principio institueram, ex his duobus Autoribus adduci exempla videbis, me excusatum habeat, totámque hanc culpam in illud crudelissimum incendium transferas.* &c. *Codices, ad quos te rejicio, scito, prater unum* Asconium, Aldinos *esse omnes.* &c.

(b) *ANNO* M.D.XXXV. *BERTHOLOMEVS DE PROPRIETATIBVS RERVM LONDINI IN ÆDIBVS THOMÆ BERTHELETI REGII IMPRESSORIS CVM PRIVILEGIO A REGE INDVLTO translated into Englysh. Printed by me Thomas Berthelet the* XXVII *yere of our soveraign Lord Kynge Henry the* VIII. Ad calcem Libri, Lucretiæ pictura.

LVCRECIA ROMANA.
THOMAS BERTHELETVS.

Endlesse grace, blysse, thankynge and praysyng unto our Lord God omnipotent, by whose ayde and help this translation was ended at Berkeley the VI *daye of Feverer the yere of our Lord* M.CCC LXXXXVII. *the yere of Kyng Richard the second, after the conquest* XXII. *the yere of my Lord's age Sy^e Thomas Lord of Berkeley, that made me to make this translation,* XLVII.

(c) II. *Cal.* Novemb.

(a) Va-

Idem: *typis* THOMÆ WOLPHII. (a) Basil. 1535.

JOANN. DESPAUTERII Ars Epistolica: *typis* MICHAELIS VASCOSANI. (b) . . . Pariſ. 1535.

CUTHB. TONSTALL. de Arte ſupputandi: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 4.to . . Pariſ. 1535.

THEODOR. BIBLIANDRI Inſtitutiones Hebraeæ: *apud* CHRISTOPHORUM FROSCHOVERUM. (d) 8.o . Tigur. 1535.

APOLLON. de Conſtructione liber primus Græcè. 8.o . . Dionyſii. 1535.

Lexicon de partibus ædium FRANCISCI MARII GRAPALDI *Parmenſis*: *apud hæredes* SIMONIS VINCENTII; *excudebant* MELCHIOR & GASPAR TRESCHEL *fratres*. (e) 8.o . . Lugd. 1535.

De octo Orationis partium Conſtructione libellus, poſtpoſitâ ad ejus enodationem acceſſione perbrevi: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.o . . Pariſ. 1535.

JUN. RABIR. Comment. in libell. de 8. part. Conſtructione: *excud.* ROB. STEPHANUS. (f) 8.o . . Pariſ. 1535.

Modus examinandæ conſtructionis in Oratione, JOANNE PELLISSONE *Condrienſi* Authore; quarta Editio ab Authore recogni-

ta:

(a) VALER. ANDR. *Biblioth. Belgic.*] *Hermannus* TORRENTINUS *Zwollanus* primus conſcripſit Elucidarium Poeticum *Baſil.* 1535 typis THO. WOLPH. cui *Robertus* STEPHANUS *Pariſiis* altique dein alibi manum admoverunt & auxerunt.

(b) VALER. ANDR. *Biblioth. Belgic.*

(c) ALMELOOV. *de Vit.* STEPHANOR.

(d) GESNER. *Pandect.*

(e) Initio affigitur Inſigne VINCENTII, Oculus, cum hôc verbo VINCENTI.

(f) GESNER. *Biblioth.*

ta : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI.
(a) 8.° . . Parif. 1535.

Naturæ Adverbiorum : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Parif. 1535.

Principia Elementaria, juvenibus maximè accommoda ; quibus Naturæ verborum ſubnectuntur : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . . Parif. 1535.

Maniere de tourner les Verbes Actifz, Paſſifz, Gerundifz, Supins & Participes : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° Parif. 1535.

Biblia Hebraïca, charactere apud *Judæos Germanos* vulgari, ſtudio SEB. MUNSTERI, 2. Vol. *apud* HIERON. FROBENIUM & AMBROSIUM EPISCOPIUM.
(b) 4.to . . . . Baſil. 1536.

Secundus Liber Legis *Moſaïcæ*, qui ab Hebræis *Elle Semoth*, à Græcis & Latinis *Exodus* dicitur ; Hebraïcè : *ex Officinâ* CHISTIANI WECHELI, *ſub Scuto* Baſilienſi. (c) 4.to Parif. 1536.

Biblia Latina : *apud* JOANNEM SAVOREAM. 1 fol. . . Lugd. 1536.

Eadem : *apud* HENRICUM LAURETUM. 2 fol. . . Lugd. 1536.

Eadem : *apud* JACOBUM GIUNTAM. 3 8.° . . Lugd. 1536.

Eadem, cum Annotationibus ROBERTI STEPHANI : *apud* SCIPIONEM DE GABIANO. 4 fol. . . Lugd. 1536.
Nov.

(a) x. *Cal.* April.
(b) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(c) Typographus (in LONG, *Biblioth. Sacr.* part. prim. p. 129.) lapſus eſt, hunc Librum *Andreæ* WECHELO adſcribens. (1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) CAIL-

Nov. Teſtam. Lat. *apud* YOLANDUM BONHOMME. [5] 16. Pariſ. 1536.

Epiſtola D. PAULI ad *Romanos* juxta vulgatam Editionem ad Textum Græcum plurimùm recognitam à JACOBO SADOLETO. [6] 8.° . . . Venet. 1536.

Eadem: [7] fol. . . Lugdun. 1536.

Biblia Germanica LUTHERI : *apud* JOANNEM LUFFT. [8] fol. . Witteberg. 1536.

Biblia Saxonica : *apud* MICH. LOTHERUM. [9] fol. . . Magdeb. 1536.

Biblia Helvetica, ſive Tota Biblia, hoc eſt, omnes Libri V. & N. T. ad originalium Linguarum præſcriptum fideliſſimè in Germanicum verſi; acceſſit nunc pulcher & plenus Index in tota Biblia cum quibusdam Goncordantiis, Argumentis, Numeris & Fig. *apud* FROSCHOVERUM. [10] fol. Tiguri. 1536.

DIONYS. Areopagit. Opera : *apud* PETRUM QUENTEL. (a) fol. . Colon. 1536.

D. JOANNIS CHRYSOSTOMI Opera, Latinè, quinque Voluminibus : *apud* CLAUDIUM CHEVALLONIUM. fol. Pariſ. 1536.

BASILII *Magni* Homilia in quadraginta Martyres, Græcè : *ex Officinâ* RUTGERI RESCII (b) 8.° . . . Lovan. 1536.

Venerabil. BEDÆ Presbyteri in Proverbia & Cantica Canticorum Libri, nunc primùm in *Gallis* excuſi: *in ædibus* JOANNIS ROIGNY & MICHAELIS VASCOSANI *excudebat JOANNES LODOICUS TI-*

LE-

(a) CAILLE, p. 27. (b) *Menſe* Auguſt. [1] (a) *Men;*

LETANUS. (a) fol. . . . 1536.

ORIGENIS Opera per ERASMUM recognita: *in Officinâ* Frobenianâ. (b) fol. Basil. 1536.

D. AUGUSTINI Retractationes: *apud* FRELLONIOS. (c) . . Lugd. 1536.

IGNATII Epistol. cum Operib. DION. *Areop.* & ANTONII Eremitæ Epistolis: *apud* QUENTEL. (d) fol. Colon. 1536.

Conciliatio Sacræ Scripturæ & Patrum: *in Officinâ ipsius Authoris* BARTHOLEM. WESTHEMERI. *(e) 8.°* . Basil. 1536.

Divi ALCHIMI AVITI *Viennensis* Archiepiscopi & CLAUDII MARII VICTORIS *Massilienſis* Poemata, aliáque non pœnitenda, per JOANNEM GAGNEIUM *Parisiensem* Theologum è vetustiſſ. in lucem asserta suóque nitori restituta: *væneunt à* VINCENTIO PORTONARIO; *excudebant* MELCHIOR *&* GASPAR TRECHSEL *fratres.* 8.° . . Lugd. 1536.

JACOBI OMPHALII Jureconſ. Nomologia, quâ eloquendi ac disserendi ratio ad usum forensem accommodatur: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (f) 8.° . Pariſ. 1536.

ANDREÆ ALCIATI *Mediolanensis* Judiciarii processûs compendium, atque adeò Juris utriusque praxis, nunc primùm typis excusa: *excudebat* MELCHIOR NOVESIANUS. 8.° . . Colon. 1536.

De Hæreticis aureus Tractatus primùm nunc

(a) *Mense* Martio. Cum LODOICI ad *Cornelium* MUSIUM *Delphum* Theologum Epistolâ.
(b) GESNER. *Biblioth.*
(c) GESNER. *Pandect.*
(d,e.) GESNER. *Biblioth.*

(f) Cum OMPHALII ad *Joannem* AB ANGESTO Præsulem & Comitem *Noviodunensem* Epistolâ, in quâ *Paulum* PARADISUM Professorem Regium laudat. Ad calcem, Dialogus de fato adjicitur.

(a) Bi-

nunc JOAN. NICOLAI *Arelatani* I. V. D. operâ & vigiliis in lucem missus : *venit apud* VINCENTIUM PORTONARIUM. 8.° Lugd. 1536.

THEOPHILI Institutiones Juris Civilis, Gr. Lat. ex Edit. VIGLII ZUICHEMII & Annotat. PET. NANNII. (a) 4.to Lovan. 1536.

GALENI de ratione medendi ad GLAUCONEM libri duo, Græcè : *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. (b) 8.° Parif. 1536.

Ejusd. Opera diversa, Latinè, jam primùm in lucem edita Jo. GUINTERIO interprete : *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) fol. . . . Parif. 1536.

Institutionum Anatomicarum secundùm GALENI sententiam libri quatuor, per GUINTERIUM : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Parif. 1536.

CAROLI STEPHANI Anatomia : *apud* STEPHANUM. (d) 8.° . . Parif. 1536.

CAROL. STEPHANI de Latinis & Græcis Nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum, Piscium & Avium Liber : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.° Parif. 1536.

NICOLAI MASSA *Veneti* Artium & Medicinæ Doctoris Liber introductorius Anatomiæ sive dissectionis corporis humani, nunc pri-

(a) Bibliothec. *Albin.* p. 72.

(b) Cum *Joannis* GUINTERII ad *Joannem* TAGAULTIUM *Parisiensis* Medicorum Collegii Decanum Epistolâ, in quâ se ait *hos Græcos Libellos seorsim eudendos curâsse & interpretandos suscepisse.*

(c) De tremore, prænoscendo, typis, præstantissimâ Medicorum Secta, Vulvæ confectione, formatione fœtus, ratione medendi per venæ sectionem, Sanguinis missione ad ERASISTRATUM, hirudinibus, sanguine an in arteriis secundùm naturam contineatur, facultate purgantium medicamentorum, quos & qualiter & quando purgare ; de venæ sectione adversùs *Erasistrateos* : Hunc Tractatum *Josephus* TECTANDER *Cracovienſis*, illos omnes GUINTERIUS interpretatus est.

(d) Bibliothec. *Adrian.* PAW. p. 176.

(e) ALMELOVEEN. *Vit.* STEPHAN.

(a) *Mas-*

primùm ab ipſo Auctore in lucem æditus: *in vico Sancti* Moyſi, *aput Signum Archangeli* Raphaelis, *in ædibus* FRANCISCI BINDONI *ac* MAPHEI PASINI, *ſocios*, *accuratiſſimæ impreſſum.* (a) 4.to . . Venet. 1536.

CONSTANTINI AFRICANI poſt HIPPOCRATEM & GALENUM Medicorum nulli poſthabendi Opera jam primùm typis evulgata, præter paucula quædam, quæ impreſſa fuerunt: *apud* HENRICUM PETRUM. (b) 8.° . . Baſil. 1536.

JOANNIS RUELLII de naturâ ſtirpium libri tres: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (c) fol. . . Pariſ. 1536.

PLATONIS *Timæus* Latinè, MARSIL. FICINO interprete: *apud* PRIGENTIUM CALVARIN. (d) 8.° . Pariſ. 1536.

Ejusd. *Phædo*, Latinè, eodem interprete, & eodem recognitore: *apud* PRIGENTIUM CALVARIN. (e) 8.° . Pariſ. 1536.

L. APULEII de Aſino aureo Libri: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (f) 8.° Pariſ. 1536.

ALEXANDRI APHRODIS. Commentaria in duodecim ARISTOTELIS Libros de primâ Philoſophiâ, Latinè, JOAN. GENESIO SEPULVEDA interprete: *apud* SIMONEM

(a) *Menſe* Novembri. Notatu dignum eſt, quàm non accuratè titulus imprimatur libri, qui dicitur accuratiſſimè impreſſus.

(b) Tomis duobus, quorum prior *Menſe* Auguſto M.D.XXXVI. poſterior *Menſe* Auguſto M.D.XXXIX. Præfigitur *Henrici* PETRI ad D. D. CLET Cancellarium Epiſcopi *Baſilienſis* Epiſtola.

(c) Hoc Opus RUELLIUS FRANCISCO Regi nuncupavit, quarto Idus *Junii*, 1536.

(d) Ex *Francisci* ZAMPINI recognitione, cum *Joannis* FERRERII *Pedemontani* octaſticho ad Lectorem Epigrammate. ZAMPINI Epiſtola ad *Franciscum* MEDULLAM Conſiliarium regium data eſt *Pariſiis*, 4. Nonas *Auguſti*. 1527.

(e) Cum *Jo.* FERRERII ad *Franc.* MEDULLAM Epiſtolâ, *Pariſiis* 15. Cal. *Auguſt.* 1527. datâ.

(f) Cum *Phil.* BEROALD. Præfatione & Argumentis; perbrevibus Annotationibus adjectis.

(a) *Ex*

NEM COLINÆUM. (a) fol. . Parif. 1536.

ARISTOTEL. de longit. & brevit. Vitæ, & Divinat. per ſomn. Græcè, & Latinè, CHRIST. HEGENDORPH. interprete, cum Schol. *apud* WESTHEMERUM. (b) 8.° . . Baſil. 1536.

HIERON. RUPEI *Metinenſis* lucubrationes in SIMONIS BROSSERII naturalis Philoſophiæ Epitomen: *apud* COLINÆUM. (c) 8.° . . Parif. 1536.

FERDINANDI PINCIANI in *Salmaticenſi* Gymnaſio Profeſſoris in omnia L. ANNEI SENECÆ Philoſophi Scripta ex vetuſtiſſimorum Exemplarium collatione caſtigationes utiliſſimæ: *juſſu & expenſis honeſti viri* JOAN. AUGUSTINI DE BURGO. 4.to Venet. 1536.

JOAN. ARBOREI in Dialectica Elementa Introductio: *excud.* SIMON COLINÆUS. (d) 8.° . . Parif. 1536.

SIGISM. GELENII Caſtigationes ex vetuſtorum Archetyporum collatione, in aliquammulta *Pliniani* Operis loca; nunc primùm in *Galliis* impreſſæ: *excudebat* JOANNES LODOICUS TILETANUS JOANNI PARVO. (e) 8.° . Parif. 1536.

ORONT.

(a) *Ex Officinâ chalcographicâ* Ludovici CYANEI *ſumptibus honeſtiſſimi viri* Simonis COLINÆI M. D. XXXVI. *Menſe* Aprili.

(b, c.) GESNER. *Bibliothec.*

(d) *Menſe* Januario.

(e) *Menſe* Aprili. DAMIANO à GOES SIGISMUNDUS GELENIUS *S. P. D.* — *Haud facile erat poſt* Hermolaum *ſuper Hiſtoriâ* Plinianâ *impudentia arrogantiave opinionem evadere, ſi primus tale aliquid attentaſſem.* &c. *Eam caſtigandi rationem ſecutus ſum, quam omnium certiſſimam uſu comperi. Quid enim certius, quam duo pervetuſta Exemplaria inter ſe conſentientia ſequi; alterum longè integerrimum; depravatius alterum; ita tamen ut ſinceriora lectionis manifeſta etiam nunc veſtigia retineat, maximè ſi phraſin quoque* Plinianam *diligenter obſerves. Me certè hic oculatiorem fecit cum diuturna in cæteris Latinis Scriptoribus exercitatio, dum eò attentius in his verſor, quòd non mihi ſolùm cavo, ſed & his, qui* Frobenianos *Codices evolvunt, proſpectum cupio; tum hic ipſe Author plus minus decies non oſcitanter perluſtratus, ac proinde jam familiarior. Et in primâ quidem Editione quadam non exiguè momenti reſtituimus, parciùs tamen, quia ultrò & à nemine dum demandata ea provincia.*

ORONT. FIN. in ſex priores Libros EUCLIDIS: *ex Officinâ* SIMONIS COLINÆI. (a) fol. . . Pariſ. 1536.

FULGENTII Chriſtiani Philoſophi Mythologiarum libri tres; PALÆPHAT. de non credendis fabulis, Latinè, interprete PHILIPPO PHASIANINO: *excudebat* HENRICUS PETRUS. (b) 8.° Baſil. 1536.

Muſurgia ſeu Praxis Muſicæ; illius primò, quæ Inſtrumentis agitur, certa ratio, ab OTTOMARO LUSCINIO *Argentino* duobus libris abſoluta; ejusdem OTTOMARI *Luscinii*, de concentûs polyphoni, id eſt, ex plurifariis vocibus compoſiti, canonibus, libri totidem: *apud* JOANNEM SCHOTTUM. (c) Oblong. . Argent. 1536.

THEOD. GAZ. de Menſibus Attic. Gr. Lat. JOANNE PERRELLO interprete: *apud* ROB. WINTER. (d) 8.° . Baſil. 1536.

POMP. MEL. cum Annot. PET. JOAN. OLIVARII: *apud* CHRISTIANUM WECHELUM. 8.° . . Pariſ. 1536.

SALLUST. cum Florib. SALLUST. per HULDERICHUM HUTTENUM: *apud*

Si-

vincia. At in ſecundâ accuratius idem eſtimus, ſed tum quoque ob anguſtiam temporis ſaltuatim duntaxat, prout ad ſingulos ſcrupulos res poscere videbatur, Exemplaria conſulendo. Nunc poſtremò nactus plusculum ocii, à capite usque ad calcem totum Opus contuli: tantúmque erratorum ſublatum eſt, quantum ſupereſſe non eram creditурus ni ipſe periculum feciſſem &c. *Vale.* Baſileæ Calendis Januarii, *anno* M.D.XXXV.

(a) Lege *Hiſtor. Typograph. aliq.* Pariſienſ. Part. I. p. 10. l. 11. & Part. II. p. 131. l. 10.

(b) *Menſe* Martio.

(c) ANDREÆ GALVO Mediolanen. OTTOMARUS LUSCINIUS Argentinus, *S. D.* —— *Tuo ductu, quem ſubinde alii atque alii inſignes Libelli ex Officinâ* Joannis Schotti *Chalcographi impendio ſolertis, haud ſecus quàm ex daratæo equo fortiſſimi armati, prodierint, ſuperioribus diebus benignè me adhortatus es, ut Libellum* Sebaſtiani Virdung *de Inſtrumentis Muſicis ex Germanico Latinum facerem; fit enim fore, ut etiam ab exteris Muſica ſtudioſis legi poſſit; eâ tamen lege, ut liceret nobis (ſi modo ex re Lectoris id futurum ſoeſtaremus) ab Authore longo intervallo diſſentire.* —— *Hùic Libello, ut ex certis conjecturis deprehendere licet, propter ereptum præmaturè è vivis* Sebaſtianum, *ſupremam manum conſtat haudquaquam contigiſſe.* &c.

(d) GESNER. *Biblioth.*

(a) III.

SIMONEM COLINÆUM. 8.° Pariſ. 1536.

SALLUST. cum Comment. JACOBI BRITANNICI. 8.° Pariſ. 1536.

CÆSAR. Comment. *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.° Lugd. 1536.

VEGECE, FRONTIN, ÆLIAN, & MODESTE traduicts en François par le Polygraphe humble Secretaire & Hiſtorien du Parc d'honneur, avec les figures : par CHRESTIEN WECHEL. fol. Paris. 1536.

PLIN. de Vir. illuſtrib. SUETON. de Grammat. & Rhetorib. OBSEQ. de Prodig. *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (a) 8.° Pariſ. 1536.

Inſulæ *Melitæ* Deſcriptio ex Commentariis rerum quotidianarum F. JOAN. QUINTINI *Hedui* ad SOPHUM : *apud* SEB. GRYPHIUM. 4.to Lugd. 1536.

Antiqua & inſignis Epiſtola NICOLAI Papæ I. ad MICHAELEM Imperatorem Auguſtum ante annos DC. data. Ejusdem NICOLAI Decreta ex grandi Decretorum Volumine in compendium redacta. Brevis hiſtoriarum illius temporis Commemoratio ex REGINONE vetuſto Chronographo ad Regem *Angliæ* HENRICUM VIII. Defenſio JOANNIS Epiſcopi *Roffen.* & THOMÆ MORI adverſus RICHARDUM SAMSONEM *Anglum* per JOANNEM COCHLEUM. Fragmenta quarundam THO. MORI Epiſtolarum ad ERASMUM *Rot.* & ad JOANNEM COC. *ex Officinâ* MELCHIORIS LOTTHERI. 4.to Lipſ. 1536.

ARISTOTEL. de Rhetoricâ libri tres; de eâdem ad ALEXANDRUM liber unus; de Poeticâ liber unus; Græcè: *in ædibus* BAR-

(a) III. *Cal.* Maii.

(a) *Menſe*

THOLOMÆI ZANETTI, *ære & diligentiâ* JOANNIS FRANCISCI TRINCAVELI. (a) 8.° . . Venet. 1536.

Rhetores antiqui Latini : *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. (b) 8.° Lugdun. 1536.

LUCIANI Parasitus, Græcè : *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. 8.° Paris. 1536.

Ejusd. aliquot Dialogi per ERASMUM versi, cum NICOL. *Boscoducensis* Explanatione ; tertia Editio ab Authore recognita: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° . . . . Paris. 1536.

CICER. Paradox. cum Comment. SYLVII: *ex Officinâ* MICHAELIS VASCOSANI. 4.to . . . Paris. 1536.

Ejusd. Oratio pro Rege DEIOTARO, cum Artificio rhetorico FRANC. JAMMETII TEXTORIS: *apud* HIERONYMUM GORMONTIUM *in viâ* Jacobæâ. 8.° Paris. 1536.

Ejusd. Oratio pro DEIOTAR. cum Argum. & Annot. marginal. BARTHOL. LATOMI: *apud* FRANC. GRYPHIUM. 4.to . . . . Paris. 1536.

Ejusd. pro MARCELL. cum Artificio & Paraphrasi PHIL. MELANCHTHON. & Annot. BARTHOL. LATOMI : *apud* FRANC. GRYPHIUM. 4.to . Paris. 1536.

Ejusd. pro Lege *Manil.* cum Argum. & Annot. BARTHOL. LATOMI : *apud* FRANC. GRYPHIUM. 4.to . . Paris. 1536.

Ejusd. pro ARCHIâ Poetâ cum Annotat. BARTHOL. LATOMI, addito artificio & dis-

(a) *Mense* Januario.
(b) P. RUTIL. LUP. & AQUIL. & JUL. RUFFINIAN. cum BED. & PET. MOSELLAN. de Schemat.
(c) 4. *Cal.* Jan.

(a) Jo-

dispositione & integrâ Paraphrasi PHIL. MELANCHTHON. *apud* FRANC. GRYPHIUM. 4.to . . . Paris. 1536.

CICER. Rhetoric. ad HERENN. libri quatuor ad vetustissimorum Codicum fidem restituti: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM. (a) 4.to . . Paris. 1536.

Ejusd. de Inventione & Arte Rhetoricâ libri duo: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM. (b) 4.to . . Paris. 1536.

Ejusd. Oratio pro MILONE cum dispositione PHIL. MELANCHTHONIS: *apud* JOAN-

(a) JODOCUS BADIUS ASCENSIUS FRANCISCO SYLVIO Ambianati *humaniorum literarum Professori doctissimo Salutem*: *Rhetorices ad* C. Herennium *scriptes Libros, cujuscunque sint Authoris, sanè quàm eruditos, & tanti olim jam æstimatos, ut plurimi vel prima classis judices eos* Ciceroni *addixerint, prelo nostro cum* * *aliis septem ejusdem farraginis Rhetoribus coimpressos nomini tuo nuncupo, quòd illos ad* Herennium *& sæpe & feliciter juventuti Parisinæ prælegisti* ——— *& quòd hos posteriores hortatu tuo egregius sanè & maxima spei adulescens* Joannes Stiffaccius *discipulus tuus quàm liberalissimè suppeditavit mihi. In quibus posterioribus integritati restituendis longè major, ac verebar, me deprehendit difficultas. Cùm enim essent ex eâ* † *Officinâ emissi, è quâ emunctæ & tersæ exire solent omnia, sinè cunctatione illos prelo commisi; verùm inter legendum sexcentos offendi locos puerili hallucinatione depravatos, quos tamen, ne pro temporis angustiâ potuì, expeditâ Minervâ reposui: superiores autem cum nuper* ‡ *Basileâ emissis contuli quidem, sed parum admodum commutavi: quod cur fecerim, si hos cum illis conferas, ipse judicabis facillimè.* &c. *Vale, Mense* Decembri; *sub natalem Dominicum.* M.D.XXVIII.

(b) *Typis imprimebat* Michael VASCOSANUS Lutetiæ, *anno* M.D.XXXVI. *Calendis* Augusti. *His duobus Libris de Inventione addi possunt sequentes Authores, quos eâdem formâ separatim imprimendos curavimus.* M. T. Ciceronis *Rhetoricorum ad* C. Herennium *Libri quatuor.* Rutilii Lupi *&c.* uti in Libro proximè præcedente. Præmittitur BADII ad *Francicum, Carolum, Crispherum, Claudium* & *Ludovicum* CHALANCONIOS, adulescentes clarissimos, Epistola x. Cal. *Jan.* M.D. XXXIIII. data: quibus sub *Francisco* FLORETO & *Francisco* JAMMETO jus utrumque discentibus CICERONIS Libros Rhetoricos de Inventione à se jamprimùm seorsum imprimendos BADIUS nuncupavit.

(a) *Mense*

* Quos scilicet (mihi nondum visos) ad hujus Editionis calcem enumerat his verbis: *Commentariorum Rhetoricorum ad* Caium Herennium *Finis. Quibus addi possunt sequentes Authores, quos sic impressendos curavimus, ut & cum his & sinè his, & emi, & legi possint.* M. T. Ciceronis *de Inventione Rhetoricâ, Libri duo.* Rutilii Lupi *de figuris sententiarum & elocutionis, Libri duo.* Romani Aquilæ *de Nominibus figurarum & Exemplis, Liber unus.* Julii Rufiniani *de Figuris Senten. & Elocution. Liber unus.* Sulpicii Victoris *oratoriorum Institutionum Præcepta. Authoris incerti de Rhetoricâ Libellus.* Emporii *Rectoris de Asphaltâ & loco communi Liber unus.* Aphthonii *Rhetoris Præexercitamena.*

† Notetur, quàm velit Editionem aliam, quàm *Frehmianam* anni 1521. aut forsan *Venetam* 1523. in FABRIC. *Bibliothec. Latin.* memoratam.

‡ Nulla adhuc mihi innotuit *Basiliensis* Rhetoricorum ad *Herennium* Editio.

JOANNEM STEELSIUM, *in Scuto* Burgundiæ. (a) 8.° . . . Antv. 1536.

CICER. Orationes cum Doctorum omnium, qui in eis in hunc usque diem elaboraverunt, Commentariis in unum Volumen collatis; quibus accessere non pauca, nunc primùm nata & edita: *apud* JOANNEM ROIGNY *Sub Basilisco*; *excudebat* JOANNES LODOICUS *impensis* JOANNIS ROIGNY. (b) fol. . . Paris. 1536.

Ejusd. Orator. ad BRUTUM cum Scholiis JACOBI LODOICI RHEMI: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM. 4.to Paris. 1536.

Ejusd. Topic. cum JOANNIS VISORII *Cænomani* Commentariis: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM *in ædibus* Ascensianis. 4.to . . Paris. 1536.

Ejusd. Orationes IIII. in CATILINAM: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. 8.° Paris. 1536.

Ejusd. Somn. SCIP. cum Schol. PET. JOAN. OLIVARII: *in ædibus* JOAN. LODOICI TILETANI. (c) 4.to . Paris. 1536.

Q. ASCONII PÆDIANI *Patavini* ad filios Commentarii in aliquot insigniores CICERONIS (d) Orationes; & ANTONII Lus-

(a) *Mense* Novembri. *Typis* Joannis Graphei. *Anno* XXXVI.

(b) *Mense* Augusto. Hæ sunt Orationes cum earum Interpretibus. Pro P. QUINTIO, S. ROSC. AMERINO, M. FONTEIO, A. CLUENTIO, C. RABIRIO, in CATILINAM IIII. pro L. MURENÂ, L. FLACCO, L. SYLLÂ, C. BALBO, Q. LIGARIO, DEIOTARO; SALLUST. in CICER. & CICER. in SALLUST. cum Commentariis F. SYLVII: pro A. CECINNÂ; cum *Joan.* TISLINI novo Commentario nunc primùm edito; pro M. CÆLIO, eodem TISLINO interprete: pro Lege *Manil.* cum F. SYLVII & *Jac.* OMPHALII Commentariis: pro CN. PLANCO, F. SYLVIO & *Barpt.* LATOMO Interpretibus: pro A. LICIN. ARCHIÂ, M. MARCELLO, cum Not. F. SYLVII, *Phil.* MELANCHTHONIS, & *Barpt.* LATOMI: pro T. ANN. MILONE, cum Not. Q. ASCON. PÆDIANI, F. SYLVII & LATOMI: adjiciuntur Q. *Ascon.* PÆDIANI in *Verrinas* & aliquot alias Commentarii.

(c) *Mense* Junio.

(d) *Verrinas* IIII. in L. PISON. pro M. SCAURO, pro T. ANN. MILONE, pro

LUSCHI *Vincentini* ad fratrem ASTOLFINUM XI. (a) Orationes: *excudebat* JOANNES LODOICUS TILETANUS *in ſuis ædibus viâ ad Divum* Hilarium *ſub Signo D. Virg.* Mariæ. (b) 4.to . . . Pariſ. 1536.

CICER. CATO Major cum F. SYLV. Comment. & ERASM. Annotat. *apud* MICHAELEM VASCOSANUM *in ædibus* Aſcenſianis, *viâ ad D.* Jacobum, *ſub Signo Fontis.* (c) 8.o . . . Pariſ. 1536.

CICER.

pro C. CORNELIO; in L. CATILINAM & C. ANTONIUM competitores.

(a) Pro Lege *Manilia*, MILONE, PLANCIO, STLLâ, ARCHIâ, MARCELLO, LIGARIO, DEIOTARO, A. CLUENTIO, P. QUINTIO, L. FLACCO.

(b) *Menſe* Maio. Quædam Exemplaria hunc exhibent titulum: Pariſiis *in ædibus* Joannis Roigny, *viâ ad* D. Jacob. *ſub Signo Baſilisci*, M. D. XXXVI., *Menſe* Maio.

(c) Ad calcem, *ex Typographiâ* M. Vaſcoſani, M. D. XXXV. In titulo Libri hæc inferuntur; *De quo* (ſcil. Libro) *idem* *Cr. [Legendus eſt mihi ſæpius CATO *Major* ad te miſſus; amatiorem enim me ſenectus facit.] Præmittitur *Franc.* SYLVII ad *Antonium* SYLVIUM Pontificem *Blitteranſem* Epiſtola; in quâ *Certum* ait *habemus te in Cœnobio divi* Luciani *ad* Bellovacum, *cujus tu Abbas poſtulatus es, Bibliothecam locaſſe faciendam. Eam ut referires cujus-que generis Librorum, permultos habes in hâc Urbe viros doctos, qui velut* Coryceï *auscultent diligentiùs aut diſquirant, ſiqui novi Libri imprimantur, aut aliunde advehantur.* —— *Nullius Libri magnitudo pretii tibi ingrata eſt.* —— *Nec Libros curas emendos, ut eorum multitudine, ut apud* Auſonium Philomuſus, *doctum te putes: eos enim pertinaci ſtudio evolvis. Memini ſæpe, quum eſſem apud te, ingravescentem ætatem nihil te impedire, quin legendis Libris juvenum quemvis exuperares. In his me eſſe voluiſti, qui Libros tua iſti Bibliothecæ conquirerent. Aliquot in eam contuli. Quum autem anno ſuperiore publico auditorio enarrarem* M. T. Ciceronis CATONEM Majorem, *eum agnovi maximè fructuoſum juvenibus atque ſenibus* &c. *Hic Liber mihi viſus eſt enarratu difficilior, quàm quod hominum vulgo perſuaſum erat.* —— *Plurimis enim exemplis uſus eſt* Cicero. *In his, aliquando ab Hiſtoriarum Scriptoribus, aliquando à ſe ipſe diſſentit.* —— *Verùm multo me pejùs habebat tam mendoſa libri lectio, qui quò magis vulgi manibus tritus eſt, eò factius eſt maculatior. Avaritia Librariorum atque inſcitia multa invertit fœdavitque: qui nihil penſi habent, quàm emendatè imprimant: modò in chartis facies literarum ſit, ad faciendam quæſtum ſatis eſſe putant.* —— Timon Nicæus *ab* Arato *rogatus, quo facto quispiam* Homeri *Poema ſinè mendis habere poſſit, reſpondit, ſi antiqua legat Exempla, non ea quæ nuper ſcripta ſunt. Antiqua igitur Exempla ſtudio multo diſquiſita nactus ſum tandem, ſed maximè tria: unum † anno abhinc quinquageſimo impreſſum; quo ferè tempore hæc imprimendi Ars inventa eſt. Alterum multo multòque antiquius ex Bibliothecâ Sancti* Victoris; *cujus litera antiquitatis.*

* Lege Lib. 14. ad ATTIC. Epiſtol. penultim.

† EX Epiſtolæ hujus datæ anno, oportet annum deſignari 1472. quo edidit VINDELINUS *Offic. Paradox. Amic. Senect. Somn.* At diu ante ARS imprimendi inventa eſt. Præterea alia huic præiverat CATONIS *Majoris* Editio, ſcilicet *Romana* per SWEYNHEIM & PANNARTZ 1469.

CICER. Epiſtola ad OCTAVIUM JACOBI LODOICI RHEMI Commentariis illuſtrata: *apud* MICHAELEM VASCOSANUM, *in vitâ quæ eſt ad D.* Jacobum, *ſub Fontis Signo.* (a) 4.to . Pariſ. 1536.

HUBERTI SUSSANNÆI Dictionarium *Ciceronianum*; & ejusd. Epigrammatum Libellus: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (b) 8.o . . . Pariſ. 1536.

QUIN-

tatis ſitu propè obliterata erant. Ejus mihi copiam fecit Nicolaus Pratenſis, *ejus Cœnobii vir ut religione ita literarum meliorum ſtudio nobilis. Tertium ut antiquiſſimum ita emendatiſſimum: quem* [repone, *quod*] *mihi dedit utendum* Petrus Gillius *Grecarum Literarum & Latinarum non indoctus. Id ſe dicebat habuiſſe à* Ludovico Roberteto *juo aliorúmque ſtudioſorum patrono.* —— *Quàm ſedulam navaverim operam in his Exemplis conferendis, teſtis eſt* Ludovicus Allegrinus *adoleſcens probæ indolis maturique ingenii, filius ſororis* Ludovici Ruſei *hominis doctiſſimi, qui Urbis hujus præfecti legatus eſt. Eum enim* Allegrinum *Bibliothecâ meâ participabam.* —— *In antiquioribus duobus Exemplis aliquantum multa inveni ex antiquorum more ſcripta, ut* adulescentem, lubidinem, optumum, maxume, inkecebras, inludi, arramirari, adfert, adfectum, cotidie. *Quæ propterea non reposui, quòd antiqua nimium viſa ſunt. Hic verò admonere libuit, quòd* Catonis *ætate ſic ferè loquebantur. Haud equidem ſcio, an* Cicero *decorum ſervare voluerit, ideóque* Catonem *fecerit loquentem multis verbis ætatis ſuæ, quæ omnino dura & aspera non eſſent, quò magis* Cato *ipſe loqui videretur. Quæ verò dura nimis & abſurda, ut* recipiem, dicem, faciem, ques, *pro* recipiani, dicam, faciam, qui, *aliâque generis ejusdem plurima, quòd in hoc Libro* Catonem *dicentem* Cicero *non faciat, ideóque eruditius quàm in libris ſuis diſputare* Cato *videatur, Græcis literis attribuendum dicit, quarum perſtudioſus* Cato *in ſenectute fuit,* &c. *Vale,* Pariſiis: *ex Scholis noſtris* Beccodianis, *anno* M. D. XXIII.

(a) VII. *Idus Octob.* JACOBUS LODOICUS STREBÆUS MICHAELI VASCOSANO *S. Cum paucis his diebus* CICERONIS * Antonianas *literario prelo ſubjicere velles, & in libello noſtro locos aliquot manu ſignatos & in integrum reſtitutos eſſe cognoviſſes, pro familiaritate noſtrâ petiſti ut & libellum tibi commodarem, & quæ breviter admodum in Epiſtolam ad* Octavium *ſubnotâram, paulò fuſiùs & copioſiùs explicarem. Id aliorum Commentariis in* Philippicas *haud malè annexum iri, & forteſſe nonnullis uſui futurum. Acceſſi tua voluntati &c. Hoc quicquid eſt, tuum eſſe volo, ut ſiquid forte boni portet, hanc quoque tibi gratiam debeat Lector, qui jam plurimum debet eo nomine, quòd in comparandis undique terſioribus Libris, tam Græcis quàm Latinis, ſumptibus nullis pepercifi. &c.*

(b) PHILIPPO COSSEIO *Epiſcopo* Conſtantienſi HUBERTUS SUSSANNÆUS Sueſſionenſis *felicitatem.* Lutetiæ Virgilii & Ciceronis *Opera interpretatur, definitiones prælectioni appoſitas mercimi ex* Tullianis *Operibus delibare, quæ ab auditoribus grato animo exciperentur. Itaque definitionum Volumen divulgaturum polliceba, ubi me ab omni occupatione expedivi ſſem. Quo tempore Rex* FRANCISCUS Pariſiis *conſiſtebat, cujus Cubicularium* Salm. Macrinum *in Poematis clariſſimum frequenter inviſebam.* &c. *Additit me te deſiderio flagrare; quem tamen non aliunde notum haberes, quàm ob pauca † Carmina olim à me* Pictavii *fuſa.* —— *Suaſit, ut ſiquando aulam viſerem, ad te ſalutatum diverterem. Sub feſtum Divi* Remigii Joannes Tuttæus *Nemoris* Hamoniani

* Quæ prodierunt anno 1537.

† Lege SUSSANN. *Lud.* ann. 1538. in 8. fol. 2.

QUINTILIANI Instit. cum Not. PET. MOSELLAN. in Libros septem; & QUINTILIAN. Declamat. *apud* JACOBUM KERVER *sub duobus Gallis in viâ* Jacobæâ; *apud* FRAN. GRYPHIUM. (a) fol. Pariſ. 1536.

Eædem, cum Caſtigationib. GUIL. CASTILION. PHILANDRI: *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. (b) 8.° Lugd. 1536.

QUIN-

niani *Dominus*, *non tenuì loco inter* Britonas *ortus*, *mecum egit*, *ut ad ſuos ſecum pergerem*. *Cui protinus conſenſi*, *quòd Orbis Regiones aliquot ebaundi ocarrione ſtudio teneror*, *poſſiſſimùm* Italiam, *qua domus ſemper habita eſt doctrinæ*. Lutetiâ *decedens* Ambaſiam *veni*. *Illuc Rex adventat*. *Hortatore* Macrino *te adeuntem admirabiliter excepiſti*, *viatico proſecutus es abeuntem*. *Illinc* Andes *me vertì*. Andibus *me ſtatim commovi*. ——— Britonum *conſuetudo mihi non vulgariter arriſit*. *Quorum aliquot Oppidis peragratis*, Italiam *perpetuò cogitantes*, *verſus* Bituriges *iter ſentulimus*, Lugdunum *capeſſimus*. *Ibi me* Sebaſtianus Gryphius *emendationi aliquot Operum* Ciceronis, Horatii *&* Cypriani *præpoſuit*, *quocum* Stephanus Doletus *agebat*, *de cujus dexteritate & eruditione nihil aliud dicam*, *niſi in eo eſſe omni virtute præcellentem naturam*, *ut juvenis jam per mediar laudes quaſi quadrigis vehatur*. *Tum adornabat Lingua Latinæ Commentaria homo lectioni* Ciceronianæ *à puero deditus*, *quorum admiratione collectanea mea abjicere cum animo deliberabam*. *Collectio paulò poſt meipſo conſilium capere de ſententiâ ejus deſtinavi*. *Ille rem licèt exiguam pro ſuâ humanitate probavit*. &c. Lugduno *Montes* Allobrogum *trangreſſus*, *in* Italiâ *doctiſſimos quosque conveni*, *ſententias elicui*, *imprimis*, L. Honorati Draconis, Scaravelli, *&* D. Rodolphi *Officialis* Taurinenſis. *Illi me mea lentè adhuc & faſtidioſè probantem ſuâ approbatione ut emitterem perpulerunt*. *Aliquantò poſt ab* Italiâ *decedens per* Burgundiam *iter feci*. ——— *Sententiam fluctuantem confirmavit* Antonius Frachetius *optimis literis eruditus*, *dum reditum conficerem*, Divionenſis *juventutis moderator*. *Multo tempore in peregrinatione conſumpto*, *cùm ad Urbem* Lutetianam *& ad prælectiones*, *quarum annuam intermiſſionem feceram*, *rediſſem*, *vehementius auditores contenderunt*, *ne latere in tenebris laborem paterer*. ——— *Mihi* Guil. Budæus, Jac. Tuſanus, Jo. Sturmius, Jo. Ruellius *Doctor. Theologus*, Michael Garnerius *meam cogitationem explicanti ſententias ſuas aſcripſerunt*. &c. Lutetiæ, *Calend.* Mart. Inter SUSSANNÆI Epigrammata leguntur Elegiæ de morte *Petri* ROSSETI Poetæ, & de morte patris *Petri* SUSSANNÆI ad SUSSANNÆOLUM fratrem.

(a) FRAN. GRYPHIUS *Lectori S. Cùm poſt multas veteres & novas Editiones hunc Librum nos quoque excudendum ſuſcepiſſemus*, *viſum eſt aliquid accuratioris operæ impendendum eſſe*, *quò & ipſe per ſe Liber vendibilior & gratior ſtudioſis foret*. *Itaque induſtriâ & labore * non imperiti hominis lectio ejus tota recognita eſt*, *adhibitâ optimorum Exemplarium collatione*; *& diſtinctâ notis inſignioribus*: *& in margine additi Indices per ordinem totius Operis*, *qui non ſolùm compendio ducant legentem ad cujuſque loci cognitionem*, *ſed etiam oculos ipſos admoneant*. &c.

(b) Declamat. & Caſtigat. gerunt 1535.

(a) JOAN-

* Neſcio an is ſit *Adamus* PETRUS, qui ante MOSELLANI Annotationes literarum meliorum candidatus ſic affatur. *Petri* Moſellani *viri eruditiſſimi in* Fab. Quintilianum *vigiliis conſilium erat in aliud tempus rejicere*, *magis ſortè iſti argumento convenient*. *Ejuſmodi enim videbatur hoc ſcripti genus*, *quod nullam cum hoc ſæculo tam iniquè comparatâ gratiam videretur initurum*: *& ita jam nunc res noſtra habebant*, *ut tempus quod debatur vacuum mallemus aliis inſumere*. *Sed quia impatientiâ nonnulli fidem noſtram appellant*, *ubi meruiſſe ſumus eorum ſtudiis obſequi* &c.

QUINTILIANI Inſtitutiones Oratoriæ; & Declamationes; omnia ad veterum Codicum fidem recognita & reſtituta: *pro hæredibus* Jo. BADII ASCENSII. (a) fol. Pariſ. 1536.

Sphæræ atque Aſtrorum Cœleſtium ratio, natura & motus; ad totius Mundi fabricationis cognitionem fundamenta: *apud* VALDERUM. (b) 4.to Baſil. 1536.

TEREN-

(a) JOANNES LODOICUS *Lectori.* —— *dum ſtudiosè Codices impreſſos veneranda Vetuſtatis ſcriptoſque nonnullos conquiro, eósque confero* —— *usque eò omnia partim mendoſa, partim ab iis, qua manibus hominum teruntur, abhorrentia, veteris tamen* Fabii *non obſcura reperio indicia;* —— *eam ſum viam ingreſſus, quâ temeritatis accuſari à quoquam jure non poſſim: ſed ſatius viſum eſt, Aſteriscis locos inſignire notare, idque ſeorſum, ne margines confunderentur annotatiunculis, chartis aliquot ac ſubjectis rationibus vobis communicare* —— *In pluribus ἰφιξῆσθαι, judiciúmque noſtrum in aliud tempus differemus, quo noſtros in hunc Auſtoremm Commentarios, qui à nobis maximo comparantur labore, in veſtram edemus utilitatem* —— *Hanc igitur operam* —— *boni conſule, & hanc noſtra nascenti Officina, quæ veſtra conſtantiſſimè ſtudebit augere commoda, ſave.*

Ad calcem Inſtitutionum; *Pariſiis Excudebat* Joannes Lodoicus Tiletanus *Menſe* Februar. M.D.XXXVI.

Ad calcem Declamationum.

Ex Officinâ noſtrâ librariâ 1536. *Menſe* Martio.

Petri Moſellani *in* Quintil. *Inſtitut. Annotationes. Pro hæredibus* Jod. Badii Aſcenſii. M.D XXXV.

(b) I. VALDERUS *Lectori S. Quantum video me erga bonarum literarum ſtudia adjuvanda ſuſtinere officii, tantum laboro, ne jucundo alli in me negligentiæ ſuſpicio cadere poſſit. Declarârunt id cùm multa cætera, tum in primis* a Plato & b Athenæus, *ſuperioribus diebus per nos excuſi; in quibus & ſi forte plus pro facultatibus contendiſſe aliis videri minus eamen ipſe mihi pro debito feci.* Quòd ſi cui obſcuriora adhuc mea officia videbuntur, *expreſſiora ei ſpero ac illuſtriora brevi reddent* ὑπομνήματα *illa* c Ptolomæi μεγάλη, & *in eandem Commentatio* Theonis, *quorum utrumque Opus jam in manibus habemus: ut interea diſſimulem quàm præclarè operam ſuam Officina noſtra, cùm ma Magiſtro, tum* Valentino Curione, *Libris iis navârit, quos in fidem jam olim ipſa recepit,* d *Lexicon illud Græcum, Commentariáque Latina* e P. Perotti, & f A. Calepini *cum* g Theodoro & h Urbano *Grammaticis: quibus ut ſemper adhuc quàm diuti poteſt commodiſſimè ſtudioſe uti licuit, ita deinceps ſi non majore, certè non minore cum fructu atque commoditate quàm antea licebit. id quod præſertim de Lexico Græco affirmare non dubito, ad quod excudendum nunc ita me confirmavi, ut eò edito facile ſperem nihil amplius te, quantum ad hanc rationem attinet, deſideraturum. Sed vale; & nunc quid in hâc Opere tibi proponatur, cognoſce.* Jacobus Zieglerus Landavus *de ſolidæ Sphæra conſtructione.* Proclus Diadochus Lycius *de Sphærâ ſive Globo Cœleſti, Scholiis ejusdem* Ziegleri *explicatus. De canonicâ per Sphæram operatione. Hemicyclium* Beroſi. Leontius Mechanicus *de Conſtitutione* Arateæ *Sphæræ Græcè.* Aratus Solenſis *de Siderum naturâ & motu, ſimul in eundem cum Commentariis* Theonis Alexandrini *Philoſophi* Græcè. *Planiſphærium* C. Ptolomæi & Jordani.

(a) IIII.

a Ann. 1534. b Ann. 1535. *Bibliothec.* SIMLER. c Ann. 1538. *Bibliothec.* SIMLER.
d 1539. in 4.
e At vero quilum PEROTTUM novi præter *Nicolaum*, cujus Commentaria *Baſilea* apud CURIONEM & WALDERUM aliquoties excuſa lego in *Bibliothec.* SIMLER.
f *Bibliothec.* SIMLER. g Ann. 1523. & 1529. h 1524. & 1530.

TERENTII Comœdiæ: *apud* SEBAST. GRYPHIUM. 8.° . . Lugd. 1536.

Eædem, cum Argument. DONATI & Verſuum generib. per ERASMUM; Quinta Editio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (a) 8.° . . . Pariſ. 1536.

Eædem, cum DONATI & CALPHURNII Commentariis: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) fol. . Pariſ. 1536.

LUCRETIUS: *apud* SEB. GRYPHIUM. (c) 8.° . . . Lugd. 1536.

HORATII Opera: *apud* SEB. GRYPHIUM. 8.° . . Lugd. 1536.

OVIDII Opera amatoria: *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1536.

Ejusd. eadem: *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. 8.° . . . Lugd. 1536.

Ejud. Faſt. Triſt. & de Pont. *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Pariſ. 1536.

MARTIALIS: *apud* SEB. GRYPHIUM. (d) 8.° . . . Lugd. 1536.

Idem, cum OTHMARI NACHTGAL interpretatione vocum Græcarum: *apud* VINCENTIUM DE PORTONARIIS. 8.° Lugd. 1536.

Sententiæ & Proverbia ex PLAUTO, TERENTIO &c. *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.° . . Pariſ. 1536.

PRU-

(a) IIII. *Cal.* Julii.

(b) *Nonis* Aprilis. Hæc poſterior Editio à priore, quæ anno 1529. prodiit, nihil differt; niſi quòd character prioris non adeò terſus ſit & nitidus. In poſteriore indicata ſunt diligentiùs carminum genera ſtudio ERASMI cum ejus Epiſtolâ de iisdem annò 1532. datâ. At verò Index prioris, quàm poſterioris Editionis, multò copioſior eſt.

(c, d) GESNER. *Pandect.*

(e) Ex iisdem Poetis, quos habet Editio prior (ann. 1534.) à quâ hæc nihil differt,

PRUDENTII Opera multo quàm antehac caſtigatiora, præterea & ÆL. ANTONII *Nebriſſenſ.* Commentariis illuſtrata; quibus inſuper adglutinata ſunt Scholia JOANNIS SICHARDI, quæ omnia nunc primùm excuſa ſunt: *excudebat* MARTINUS CÆSAR. (a) 8.° . . Antverp. 1536.

Diſticha de Moribus, cum Latin. & Gallic. Interpretatione; & Dicta Sapientum: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b)

CYRI THEODORI PRODOMI Epigrammata vetuſtiſſima & piiſſima, cum *aliis* nonnullis, *apud* JOANNEM BEBELIUM. 8.° . . Baſil. 1536.

ALCIM. AVIT. & CLAUD. MAR. VICTORIS Poemata per JOANNEM GAIGNEIUM: *à* VINCENTIO PORTONARIO; *excudebant* MELCHIOR *&* GASPAR TRECHSEL *fratres.* 8.° . Lugdun. 1536.

JACOB. SANNAZARII Opera omnia: *apud* SEB. GRYPHIUM. 8.° . Lugdun. 1536.

HIERON. VID. Opera, 2. Tom. *apud* GRYPH. 8.° . . Lugdun. 1536.

ALANI Poema anti-Claudianum: *apud* HENRIC. PETR. (c) 8.° . Baſil. 1536.

AONII PALEARII *Verulani* de Animorum Immortalitate libri tres, *apud* SEBASTIANUM GRYPHIUM. (d) 8.° Lugd. 1536.

JACO-

differt, niſi quòd in hâc typorum figura paulò major ſit, & Index ſententiarum & Proverbiorum adjiciatur.

(a) Præfigitur *Joannis* SICHARDI Epiſtola ad *Martinum* GOLIAM Decanum *Aſchaffenburgenſem*, *Baſilea* anno M.D. XXXVII. Menſe *Martio* data; in quâ hæc legimus: —— *Priſtino nitori reſtituimus, non ingenio freti, quod eſt genus emendandi ſatis lubricum, ne dicam interim peſtilens, ſed ex Codicibus vetuſtioribus, quorum ad me unum ex* Argentorato *ſubmiſit* Vuerinherus Vuoſſinus *vir eruditus* &c.

(b) XII. *Cal.* Maii.

(c) GESNER. *Bibliothec.*

(d) JAC. SADOLETUS Carp. *Ep.* SER. GRYPHIO *S. Superioribus proximis diebus,*

JACOBI MICYLLI Epithalamium in Nuptias FRIDER. Com. *Palat.* & DOROTH. *Cimbr.* Reg. Filiæ: *apud* JOANNEM HERVAGIUM. (a) 4.to . Basil. 1536.

Epitaphes de GILLES CORROZET ſur ROBERT DE LA MARCHE: *imprimés par ledit* CORROZET *&* JEAN ANDRE'. (b) . . . Paris. 1536.

AUL. GELL. cum *Aſcenſianis* Scholiis collectis ferè ex annotatis ÆGIDII MASERII *Pariſienſis* & PETRI MOSELLANI *Protogenſis*: *in Officinâ* MICHAELIS VASCOSANI; *excudebat* JOANNES LODOICUS TILETANUS. (c) fol. . Pariſ. 1536.

BUDÆI de Philologiâ libri duo: *excudeb.* MICHAEL VASCOSANUS, *in ædibus* Aſcenſianis, *viâ ad D.* Jacobum, *ſub Signo Fontis.* fol. . . Pariſ. 1536.

Ejusd. de Studio litterarum rectè & commodè inſtituendo: *excudeb.* MICHAEL VASCOSANUS, *in ædibus* Aſcenſ. fol. Pariſ. 1536.

Vitæ

bus, cùm eſſet allatus ad me Liber Aonii Palearii *de immortalitate animorum, —— legere eum ſtatim quàm avidè cœpi —— atque ibi video id, quod mihi primùm ſummæ voluptati, deinde penè incredibili fuit admirationi: rem tantam —— tam graviter, tam eruditè, tam etiam & verbis & numeris aptè atque eleganter tractatam eſſe —— Numerus Carminis is eſt, ut videatur* Lucretium *velle imitari. —— mi* Gryphi, *primùm volui dare teſtimonium apud te doctiſſimo viro, ut, quid de eo ſentirem, tu planè cognoſceres: deinde à te petere id, quod ipſe quoque, cujus volo cauſſâ, & petit à te per Litteras, & ſummè flagitat, ut ejus tres Libellos tuis formis exprimendos curare vellet. —— Noli putare, non apud* Italos *omnes tuum eſſe nomen in magnâ gratiâ: quicquid prodit ex Officinâ tuâ, id ita demum & rectum & probatum habetur omnibus, ſi in eo tuum nomen ſit præſcriptum. Nota eſt enim bonitas & diligentia tua, nota eruditio. —— ſum in hoc ipſo Libro honorificentiſſimè appellatus, (* ſecundo, ut opinor, Volumine) ut tibi hæc opera, mihi quoque unà cum* Aonio, *non ipſi ſoli prædicanda ſit. Nec erit. cur te pœniteat hunc talem Librum* Actii Synceri & Vidæ *doctiſſimorum Poëtarum Operibus adjunxiſſe: cum quibus iſte certè jure comparari poteſt.* &c. *Vale, mi* Gryphi. Carpentorati III. *Cal.* Julii. M.D.XXXVI.

(a) *Menſe* Octobri. *At in fine* M.D. XXXV. *Menſe* Octobr.

(b) Bibliotheq. de LA CROIX DU MAINE.

(c) *Menſe* Septembri. Sunt hujus Editionis Exemplaria, quæ habent, *in Officinâ* JOANNIS PARVI. Alia *in Officinâ* JOANNIS ROIGNY.

(a) *Menſe*

* Pag. 44.

Vitæ Virorum illuſtrium, qui ſuperiori noſtróque ſæculo eruditione & doctrinâ memorabiles fuerunt à JOANNE FICHARDO in unum Volumen collectæ: CHISTIANUS EGENOLPHUS *excudebat.* (a) 4.to Francof. 1536.

NICOLAI BORBONII *Vandoperani* Opusculum ad pueros de moribus ſive παιδαγωγικὸν Latino Carmine, cum ejusdem aliis: *apud* SEB. GRYPHIUM. (b) 4.to Lugdun. 1536.

CONRADI NEOBARII compendioſa Artis Dialecticæ ratio: *apud* WENDELINUM RICHELIUM. (c) 8.o *Argent.* 1536.

Oratio JOACHIMI PERIONII Benedictini *Cormæriacenſi* de Laudibus DIONYSII BRICONETI Epiſcopi *Maclovienſis*, qui his paucis diebus exceſſit è vitâ: *apud* SIMONEM COLINÆUM. (d) 8.o Pariſ. 1536.

LAZARI BAYFII libri de Re Navali & Veſtiariâ & de Vasculis; & ANTON. THYLES. de coloribus: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 4.to Pariſ. 1536.

CAROL. STEPHANI de re Hortenſi Libellus, recognitus & auctus: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (f) 8.o Pariſ. 1536.

Ejusd. Seminarium ſive Plantarium: *excudeb.*

(a) *Menſe* Septembri.

(b) Ad calcem conſpicitur Icon Authoris cum his verbis Faciem circumeuntibus, *Nicolaus Borbonius Vandop. ætatis* XXXII. 1535.

(c) GESNER. *Biblioth.*

(d) Cum PERIONII ad *Franciſcum* BOHERUM, quem *Dionyſii* BRICONETI avunculum dicit, *Maclovienſem* Epiſcopum Epiſtolâ, *Pariſiis* 12. Cal. *Aprii.* 1526. datâ.

(e) *Prid. Cal.* Septembr. Præfixam BAYFII ad Regem FRANCISCUM Epiſtolam (VIII. *Cal.* Sept. M. D. XXXVI. *datam*) ſequitur *Caroli* STEPHANI Præfatiuncula, quâ Lectorem monet *Navium, Veſtium & Vasculorum figuras in his Opusculis paſſim depictas, cum ex antiquiſſ. monumentis, tum maximè ex vetuſtioribus illis marmoribus, quæ etiam hodie* Romæ *conſpiciuntur, deſumptas fuiſſe*: ſibi *in hoc negotio haud parum ſatisfeciſſe* exiſtimans, *ſi* Lectori & ejus *ſtudiis* ſuam *hanc mediocrem diligentiam placuiſſe & juvaſſe* cognoverit. Unde colligo hujus Editionis curam *Carolo* STEPHANO à BAYFIO fuiſſe creditam.

(f) VI. *Cal.* April.

(a) XII.

deb. ROBERTUS STEPHANUS. (a) 8.° Pariſ. 1536.

Ejusd. de re veſtiariâ ex BAYFIO ſecunda Editio: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.°. . . Pariſ. 1536.

Ejusd. de Vasculis ex BAYFIO: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° Pariſ. 1536.

Ejusd. de Latinis & Græcis Nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum, Piscium & Avium Liber: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 8.° . . Pariſ. 1536.

Proteſtatio Cæſaris apud Rom. Pontif. & Colleg. Cardinal. XVII. *April.* ann. M. D. XXXVI. & de clade *Turcorum*; & de recenti Montis *Ætnæ* incendio; omnia ex Italico in Latinum tranſcripta. 4.to . . . . 1536.

Antiqua & inſignis Epiſtola NICOLAI Papæ I. ad MICHAELEM Imperatorem Auguſtum ante annos DC. data; Ejusd. NICOLAI Decreta; Brevis Hiſtoriarum illius temporis Commemoratio ex REGINONE; Defenſio JOANNIS Episcopi *Roffen.* & THO. MORI adverſus RICHARDUM SAMSONEM *Anglum* per JOANNEM COCHLEUM; Fragmenta quarundam THO. MORI Epiſtolarum ad ERASMUM *Rot.* & ad JOANNEM COCHLEUM: *ex Officinâ* MELCHIORIS LOTTHERI. 4.to Lipſ. 1536.

PETRI MOCHII *Senenſis* de cruciatu & exilio Cupidinis Dialogus: *in Officinâ* CHRISTIANI WECHELI. 8.° Pariſ. 1536.

JOANNIS TRITEMII Abbatis *Spanhemenſis* Epiſtolarum familiarium libri duo ad diverſos

(a) XII. *Cal.* Jul.
(b) III. *Non.* Maii.
(c) XV. *Cal.* Jun.
(d) ALMELOOV. *Vit.* STEPHAN.

(a) CA-

diverſos *Germaniæ* Principes, Epiſcopos, ac eruditione præſtantes viros; edente JACOBO SPIGELIO: *ex Officinâ* PETRI BRUBACHII. (a) 4.to . . Haganoæ. 1536.

CHRISTOPH. HEGENDORPHINI Methodus ſcribendi Epiſtolas; & de locis Dialectic. & Rhetoric. *apud* FRANC. GRYPHIUM. 8.o . . Pariſ. 1536.

Ejusd. Paræneſes de inſtituend. Juvent. cum Præceptionibus CHRISTIANI THEODIDACTI: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.o . . Pariſ. 1536.

ERASMI ad GUL. COPUM *Baſilienſem* Ode de Senectutis incommodis: *apud* PRIGENTIUM CALVARIN. (c) 8.° Pariſ. 1536.

Ejusd. Colloquia nunc aucta ſex Dialogis, Epitha-

(a) CAROLUS *Quint.* Romanorum *Imperator* &c. *Quum* Jacobus Spiegel Seleſtadienſis *Iu. ut. Doctor* Maximiliani *avi & prædeceſſoris noſtri, ac noſter, & fratris noſtri* Ferdinandi Romanorum, Hungar. & Bohem. *Regis Conſiliarius & Secretarius à primis annis usque ad ingravescentem ætatem ſuam eidem* Maxim. *nobis & præfato fratri inſerviverit; quum & ætate & valetudine minùs firmâ eſſe cœperit; impetratâ honeſtâ miſſione ad vitam tranquilliorem ſeſe conferre decreverit; atque omnem curam bonis Authoribus tum à ſitu & mendis vendicandis & repurgandis tum doctis Scholiis illuſtrandis convertere non deſiſtat; Nos eidem* Spiegellio *hoc privilegium indulgemus, ut quæcunque bonorum Authorum Volumina alicui Typographo ſibi grato excudenda dederit, nequis alius intrà quatuor annos ab eorundem Editione procudere, vendere, diſtrahere auſit* &c. *Datum in Civitate noſtrâ* Panormo, *die decimâ quartâ* Septembris, *anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, imperii noſtri decimo, & Regnorum noſtrorum vigeſimo.*

Suo amantiſſimo PETRO BRUBACCHIO *Typographo* Haganoenſi JACOBUS SPIEGEL *Doctor ſacrique* Lateranenſis *Palatii Comes S. D. Niſi mihi animus tuus perſpectus eſſet, amantiſſime* Petre, *non ſic admitterem excuſationem, quâ in proximis tuis Literis uſus es. Scribis enim te præ tenuitate hôc præſertim tempore non poſſe mihi gratificari, ut Epiſtolas familiares* Joannis Tritemii *ad proximas nundinas edas, niſi te ac rem tuam familiarem quantulamcunque* (ſic enim ſcribis) *in dammum conjicere velueris. Itaque ne quid detrimenti rebus tuis meo nomine accerſas, mitto tibi exemplum privilegii, quod ante paucos dies à Cæſareâ Majeſtate accepi, ne tibi improbitas quorundam veſtri ordinis virorum noceat, qui vos nec primitias veſterorum laborum patiuntur deguſtare. Quare rogo, ut, quantâ fieri poſſit diligentiâ, in imprimendo adſis, ut quàm emendatiſſimè publicentur. Quòd ſi hâc in re tuum ſenſero ſtudium, ſæpius poſthac in aliis quoque Authoribus edendis me amico ſis uſurus.* Gebuilerum, *per quem has accipies, & ſimul* Stemlerum *noſtrum ſalutabis nomine meo. Et tu tum eis bene vale. Raptim. Ex* Seleſtadio. *Nonis* Januariis. M.D XXXVI.

(b) III. *Non.* Julii.

(c) Cum *Leodegarii* DE QUERCU *Neuſtri* Phaleucio in Odes *Erasmianæ laudem.*

(a) In

Epithalamio PET. ÆGIDII, Exorcismo, Alcumiſticâ, Hippoplano, πλωχολογίᾳ, & Convivio fabuloſo; quæ in reliquis aliis hactenus excuſis neutiquam habentur: *in rapo apud* MICHAELEM HILLENIUM.
(a) 8.° . . . Antverp. 1536.

ERASM. de Puritate Eccleſiæ Chriſtianæ: *ex Officinâ* CHRISTIANI WECHELI.
(b) 8.° . . . Pariſ. 1536.

Ejusd. Carmen in Martyr. *Roſenſ.* Episcop. & THO. MOR. (c) 4.to . . . 1536.

NICEPHORI CALLISTI *Xanthopuli* Opuscula & Epigrammata: *apud* BEBELIUM.
(d) 8.° . . . Baſil. 1536.

Recueil de Vers Latins & Vulgaires de pluſieurs Poetes Francois compoſés ſur le trépas de feu Monſieur le Daufin : *on les vend chez* FRANCOIS JUSTE *pres noſtre Dame de Comfort.* 8.° . . Lyon. 1536.

PET. MOSELLAN. Tabulæ de Schematib. & Tropis, & in PHIL. MELANCHTHON. Rhetoricam, & ERASMI Copiam: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI.
(e) 8.° . . . Pariſ. 1536.

ERASM. de dupl. cop. verb. & de ratione ſtudii, ac laudibus Societ. *Argent. apud* SIMONEM COLINÆUM. (f) 8.° Pariſ. 1536.

NICO-

(a) In titulo exprimitur annus M.D. XXXVI. Sed ad calcem, *Menſe* Januario. M.D.XXVI. & *auctarium* (Dialogorum quatuor, ſcil *Puerperæ*, *Peregrinationis*, Ἰχθυοφαγίας, *Funeris*) *hactenus non viſum*, *commodo eorum*, *qui priores tantùm habent Dialogos*, *jam primùm ſeorſim excuſum.* 8.° Antverpiæ, *apud* Michaelem Hillenium *Anno* M.D.XXVI. *Menſ.* Febr. Puto equidem in titulo lapſum fuiſſe Typographum, & reponi oportere (uti in fine & in auctario legitur) *M.D. XXVI.* Nam COLINÆI Editio, quæ anno 1527. prodiit, complectitur illos Dialogos, qui in *Hilleniana* prodiiſſe tunc primùm dicuntur.

(b) Cum ERASMI ad *Chriſtoph.* ESCHENVELDIUM Telonem *Poppardienſem* Epiſtolâ datâ *Baſileæ* 6. Cal. *Febr.* 1536.

(c) Bibliothec. *Carlſonian.* p. 158.

(d) GESNER. *Bibliothec.*

(e) *Non.* Decemb.

(f) Cum GEORGII MAJORIS Tabulis in *Erasmianam* Copiam.

(a) Hujus

NICOLAI BORBONII *Vandoperani. Lingonenſis παιδαγωγεῖον* : *apud* PHILIPPUM RHOMANUM; *excudebat* JOANNES BARBOUS, *aliàs* LE NORMAND. (a) 8.° Lugdun. 1536.

Bellum Grammaticale : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 8.° Pariſ. 1536.

Vocabula Hebraïca irregularia per HELIAM LEVITEN explicata, & per SEB. MUNSTERUM ex Hebraismo in Latinam Linguam verſa: *excudebat* HENRICUS PETRUS. (c) 8.° . . . Baſil. 1536.

JOHN. LONICERI Methodus Græcæ Gram-

(a) Hujus Editionis fronti præfigitur laureatum caput formâ juvenili & imberbi, cum voce hâc *POETA* & his gnomis Græcis Ἀριστὸς ἄριστος. Τύχῃς ἀκαλήφης. Ἔσῃ πάντα καλός. Fini adjicitur pileatum caput formâ viriliore & barbatâ, cum his circumeuntibus vocibus & Epigrammatibus ſubjectis;

NIC. BORBONIUS VANDOP. ANNO ÆTATIS XXXII. 1535.

Ἰσσὶ δὲ ἄνδρες ἐχέτω τε Ἑλλὰς ἀοιδούς.
Βυρβούιον γαῖα Λίγγονες ἴδιον ἐσί.

Mantua Virgilios & Gracia jactet Homeros.
Borbonio gaudet Lingonis ora ſuo.

Οὐκ ἀσὸ τ μωτῶν.

Ad finem ejusd. Tabellar. & Carmin. Edit. in 8.o apud SIM. COLINÆUM 1539. eadem conſpicitur figura, Verſibus autem paululum immutatis;

Ἰσσὶ δὲ ἄνδρες ἐχέτω τε Ἑλλὰς ἀοιδούς
Βυρβόνιον τὸν ἐμὸν Λίγγονα ἴδιον ἐσί.

Latinè ferè,

Ilique ſuos jactent Itali Graiique Poetas.
Borbonio gaudet Lingonis ora ſuo.

In ejus Pædagog. p. 39. laudat GRYPHIUM, & in Carmin. p. 52. COLINÆUM.

Peregre agebam Lugduni *à* Britanniâ
Reverſus nuper, & Officinam Gryphii
Typographi inclyti ingreſſus, hominem rogo
Statim, novorum ecquid librorum excuderet.
Libellum tum profert, titulo Epigrammaton.
Lego, percurro avidiſſimè: quid pluribus
Verbis opus? invenio illic è nugis meis
Surrepta Carmina innumera, & ſententias
Aliò tortas, & Argumenta pleraque
Aſſuta ineptis nebulonis illius.
Nunc nomini parco; olim nominabitur,
Si pergit: & ſuis pictum coloribus
Videbit ſe, improbum os, lavernio impudens.

SIMONI COLINÆO *Typographo præſtantiſſ.*

Si mea prodiderint in lucem Carmina, prælo
Cuſa tuo & formis, ô Colinæe, *tuis;*
Illa ego non dubitem cupreſſo dicere digna
Carmina, non dubitem dicere digna cedro.

(b) VI. *Cal.* Febr.

(c) *Seb.* MUNSTERUS bina Exemplaria ſe à *Simone* GRYNÆO accepiſſe teſtatur in Epiſtolâ ad Lectorem, *Heidelberg.* 10. Cal. *Novemb.* M. D. XXV. datâ.

(a) GES-

Grammatices : *apud* WESTHEMERUM. (a) 8.° . . Basil. 1536.

JUL. POLLUCIS Onomasticum Græcè cum Præfatione SIMONIS GRYNÆI : *per* BALTHASAREM LASIUM *&* THOMAM PLATTERUM. (b) 4.to . Basil. 1536.

ÆL. DONATI de octo partibus Orationis Editio secunda, cum SERGII & SERVII Interpretatione; Ejusd. de Barbarismo & Solœcismo; ex secundâ Editione: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (c) 8.° Paris. 1536.

MAT. CORDER. de corrupti Sermonis Emendatione; tertia Editio ex recognitione Authoris: *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (d) 4.to . . Paris. 1536.

Ejusd. de eâdem : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) 8.° . Paris. 1536.

Latini Sermonis Obſervationes per ordinem Alphabeticum à JOANNE GODSCALCO digeſtæ : *in ædibus* JOANNIS GRAPHEI. (f) 8.° . . Antverp. 1536.

VALLÆ Elegant. adeps : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . Paris. 1536.

Contextus primæ partis *Despauterianæ* Gram-

(a) GESNER. *Bibliothec.*
(b) *Menſe* Martio.
(c) II. *Non.* Febr.
(d) VII. *Cal.* Septemb.
(e) IIII. *Cal.* Octob. Editio hæc minor non habet CORDERII Præfationem, Operis Capita, Carmen paræneticum, & Indicem Latinum; quæ omnia in majori continentur.
(f) JOAN. GODSCALCUS *Lectori S.* —— *Quum primùm in lucem Libellus hic emitteretur, proprium nomen multorum exemplo popularem auram contemnentium ſuppreſſimus* —— *At nunc Bibliopolis Librum ſinè Authoris nomine excuſum minùs vendibilem eſſe confirmantibus, eóque diligentiùs de Authore multos emptores ſcicitari, quia Operis fronti inſcriptum ejus nomen non haberetur, tandem noſtrum non utique aucupandæ famæ gratiâ, imò cum timore maximo addidimus* &c. *Vale.* Antverpiæ, *anno* M. D. XXXVI. *Nonis* Junii.

(a) Ad-

Grammatices : *apud* SIMONEM COLINÆUM. 8.° . . Pariſ. 1536.

Alphabetum Græcum : *apud* MICHAELEM VASCOSANUM, *in ædibus* Aſcenſianis, *ſub Signo Fontis.* (a) 8.° . Pariſ. 1536.

THO. LINACRI Rudiment. Grammatic. ex Anglico Sermone in Latinum verſa interprete GEORG. BUCHANANO : *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (b) 4.to Pariſ. 1536.

Dictionarium Poeticum, vulgò Elucidarius Carminum : *apud* JOANNEM PARVUM. (c) 8.° . . . Pariſ. 1536.

Commentariorum Linguæ Latinæ Tomus primus, STEPHANO DOLETO *Gallo Aurelio* Autore : *apud* SEB. GRYPHIUM. (d) fol. . . Lugd. 1536.

Dictionarium ſeu Linguæ Latinæ Theſaurus 2. Tom. *ex Officinâ* ROBERTI STEPHANI. (e) fol. . . Pariſ. 1536.

Cùm prius Annalium Typographicorum Volumen πεντηκονταετίαν circiter complecteretur ; eundem huic quoque numerum deſtinaveram, meóſque igitur Catalogos *decreveram ad medium usque* hujus Centuriæ tempus continuare. Verùm ſentiens chartarum molem nimio jam plus, quàm à principio inſtitueram, intumuiſſe ; ac Lectori longius forſan aridæ iſtius materiæ tædium faſtidienti, mihíque ex crambe hâc coctâ ac recoctâ penè nauſeanti aliquod reſpirandi ſpatium daturus ; continui calamum, voluíque hunc ſecundum mearum lucubrationum Tomum intrà annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum ſextum conſiſtere ; magno illi ſcilicet literarum inſtau-

(a) Adjiciuntur hæc Græcè & Latinè ; Oratio Dominica & dupl. Salutat. ad Virgin. Symbol. Apoſtol. Init. Evang. S. *Joan.* Decalog. Cantica Virgin. Angelor. *Symeon. Zachar.* Benedict. menſ. & gratiar. Act ὀcto beatitud. Carmin. *Pythagor.* & *Phocylid.* cum *Aldi Manutii* Epiſtolâ, quæ eidem Alphabeto Græco ab illo ann. 1495. excuſo præfigitur.

(b) III. *Id.* Mart. Cum Supplement. ad conſtructionem, & *Ludov.* VIV. de ratione ſtudii.

(c) *Menſe* Decembri.

(d) De his ſuſè, ubi *Stephani* DOLETI mentio.

(e) XIIII. *Cal.* Decembr. *Ex Catone, Varrone, Cæſare, Cicerone, Livio, Columellâ, Plinio utroque, Plauto, Terentio, Virgilio, Martiale.*

inſtauratori ERASMO coævam: cujus quia mentio complures paginas (ob frequentes neceſſariásque, quæ ipſi per totum ætatis ſtadium cum eruditis variorum paſſim locorum Typographis erant, conſuetudines) implevit; mihi perſuaſiſſimum fuit à me nil rectius fieri poſſe, quàm ut idem, qui ERASMI vitam, annus hunc quoque meorum Annalium Tomum finiret. Præterea erat, cur metuerem, tum ne ulteriùs dilata hujus, cujus ſpem in primo feceram, Voluminis emiſſio noſtrorum fautorum, quos ab amicâ in labores hosce literarios gratiâ non avertit mearum virium tenuitas, expectationi fiat moleſtior; tum etiam, ne ipſa expectatio, cui (utì æquum eſt) explendæ parem me nunquam fore confido, diutius ſuſpenſa, exiguis meis mercibus, ubi denique protrudentur, pauxillulum pretii, quantulumcunque ſit, id totum imminuat.

Quamvìs autem Librorum in continuâ hâc Annalium ſerie enumeratorum Nomenclatura annum 1536.um non tranſiliat; nulliúsque, niſi qui intrà illum terminum Typographicen exercere cœperit, Chalcographi Vita deſcribatur; in nonnullis tamen plus minúsve evagari coactus ſum: ne incœptæ Orationis curſum immaturiùs abrumpendo, & res, quas inter ſe naturâ ſuâ connexas uno æquali ſermonis filo contexi ratio imperat, divellendo, Lectoris animum nimis diſtraherem; ordinémque compoſitionis hiatibus intempeſtivis laxarem. Sic ROBERTI STEPHANI Vitam ad annum ferè 1552. deduxi; ut integram ipſius cum *Pariſienſibus* Theologis ab anno propè 1522. concertationem uno tanquam & indiviſo ſtyli ductu abſolverem: noluíque ejus Hiſtoriam intercidere, niſi ubi per ejusdem à *Gallis* ad *Genevenſes* migrationem commodiſſimè poſſe hanc abrumpi exiſtimavi.

Materiam multiplicem variámque in ordinem disponere eſt arduum. Ubi multorum Vitæ ſibi concurrunt diverſis utcunque & epochis inchoatæ & periodis concluſæ locorúmque intervallis diſſociatæ, modum ſanè methodúmque ſervare non potui: &, impellente, quem nequibam moderari, ſermonis æſtu, mihi modò ultrà quàm vellem transgrediendum fuit; ſæpius ad id, unde digreſſus eram, regrediendum: multa veniebant interjicienda; quædam erant à ſuo ad alium commodiorem locum rejicienda; alia porrò frequentiùs iteranda: res eædem multoties mihi (verborum interim, quibus eadem ſenſa vario dicendi modo exprimerem, inopiâ laboranti) inculcandæ. Tot itaque divortiis & ambagibus implicitus, tantâ materiæ ubertate & varietate oppreſſus confuſúsque, infelici ad hæc ingenii & ſtyli exilitate coarctatus, non mirum cuiquam videatur & veniâ indignum, quòd in locis compluribus aber-

raverim. Lectores ergo benevolos, ut cœptis aspirent, veniámque indulgeant, precor; quò alacriùs (cùm paulisper animum recepe-rim) pergam, quæ reliqui interrupta, continuare; omissa supplere; errata repurgare; quicquid demùm laboris hujus superest, Deo Opt. Max. favente, decurrere.

FINIS.